



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

HARVARD COLLEGE
LIBRARY



Bought from the Fund for
CURRENT MODERN POETRY
given by
MORRIS GRAY
CLASS OF 1877



PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB APO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS,
ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS, FLORUERUNT;

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXISTERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA
ECCLESIAE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS,
PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS
DETECTIS, AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI
SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULISSINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO
SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM AUTEM UNUSQUISQUE

PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR;

ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIVIUM QUINAM PATRES ET
IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERBUS,

A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS

TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO OPERIS DECURSU CONSTANTER

SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODOICA ET CHRONOLOGICA,

SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,

PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS AD OMNES ÆTATES,

LOCOS, LINGVAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI AMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR; UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXXIX.

S. NILUS. HYPERECHIUS.

179

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISIENSIA.

1860,

27

1863, July 8.

July 14. 63

July 22. 63

8040
13

SÆCULUM V, ANNUS 450.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΝΕΙΛΟΥ ΑΒΒΑ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ

S. P. N. NILI

ABBATIS

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA;

VARIORUM CURIS OLIM,

TEMPE :

LEONIS ALLATII, PETRI POSSINI, JOS. MARIE SUARESII, FRANC. COMBESII, J.-B. COTELERII,

SEORSIM EDITA,

NUNC PRIMUM IN UNUM COLLECTA ET ORDINATA;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 11 FRANCIS GALLICIS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIINA.

1860

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO LXXIX CONTINENTUR.

Quæ stellula prænotantur, inter opera S. Nili nunc primum comparent.

S. NILUS ABBAS.

EPISTOLARUM libri quatuor ex editione Leonis Allatii cum Petri Possini recensione collata.	col. 58
S. Nili NARRATIONES de cæde monachorum in monte Sina, ex editione Petri Possini.	83
Oratio in Albanum, ex ejusdem editione.	695
OPUSCULA S. Nili a Josepho Maria Suaresio, episcopo Vasionensi, primum edita.	
Liber de monastica exercitatione.	719
Peristeria seu Tractatus de virtutibus excolendis et vitiis fugiendis.	811
Tractatus de paupertate voluntaria.	967
De monachorum præstantia.	1062
Tractatus ad Eulogium monachum.	1094
De vitiis quæ opposita sunt virtutibus.	1139
De octo spiritibus malitiæ.	1146
De oratione.	1166
De malignis cogitationibus.	1199
Institutio ad monachos.	1235
Sententiæ.	1239
* Capita parænetica (Ex <i>Auctario</i> Frontonis Ducæi).	1250
Sermo in illud Evangelii : « Nunc qui habet sacculum, tollat, similiter et peram, » etc.	1263
SPURIA.	
Tractatus moralis.	1279
De tentatione monachi Pachon.	1283
Epicteti Manuale.	1286
<i>Jos. Mariæ Suaresii Dissertatio de operibus S. Nili.</i>	1318
<i>Ejusdem liber chronologicus de vita S. Nili.</i>	1367
SUPPLEMENTUM ad scripta genuina S. Nili.	
* De octo vitiosis cogitationibus, ex editione J.-B. Cotelerii.	1435
* Sæmonum et homiliarum fragmenta ex Photio.	1491
APPENDIX. * Hyperechii abbatis capitula adhortatoria ad monachos, ex editione Francisci Combesisii (a).	1471

(a) Hæc, typographorum oscitantia, locum non suum obtinent.

NOTITIA

(Jos. Fessler, *Institutiones Patrologiæ*. OEniponte MDCCCLI. t. II, p. 592.)

Fontes : *Ipsius sancti Nili Opera, præsertim Epistolæ, et Opuscula a P. Possino edita Parisiis 1659 in 4°; Photii cod. 201 (p. 270); Nicephori Callisti Histor. eccles. lib. xiv, c. 54 — Subsidia : J. M. Suaresii Index Operum S. Nili et liber chronologicus de vita S. Nili abbatis in edit. Opp. p. 591-640, et p. 641-705; Leonis Allatii de Nilis et eorum scriptis Diatriba, § IV, ad calcem edit. Epistolarum S. Nili Romæ 1668; Tillemont t. XIV, S. Nile, p. 189-218; Ceillier t. XIII, chap. III. (p. 146-95); G. Cave vol. I, p. 428-29; C. Bellarmin. et Labbe De scriptoribus ecclesiasticis edit. cit. p. 173; Cas. Oudin t. I, col. 1254-58; J. A. Fabricii Biblioth. Græc., vol. X, p. 3-17.*

VITA S. NILI.

Sanctus Nilus, nobili loco natus, opibus ac eloquentia illustris, urbi Constantinopolitanæ præfectus erat, vel etiam, ut alii suspicantur, præfectus prætorio evasis, atque tunc temporis matrimonio junctus duos habuit filios. Etenim licet, supremo honoris apice potius, bonorum omnium copia afflueret, rerum tamen divinarum amore permotus renuntiavit omnibus vitæ commodis et in solitudine pauper ac humilis soli Deo servire statuit. S. Joannes Chrysostomus, sive ante, sive post captum ejusmodi consilium, in pietatis studio et S. Scripturæ scientia eum instituit multumque promovit (a). Secessit igitur sub finem sæculi IV (b) cum filio Theodulo in montem Sinai, ut vitam asceticam ibi degeret ac ex monachorum consuetudine in perfectione Christiana proficeret (c). Vir admirandus mox omni virtutum genere rerumque divinarum scientia tantopere inclaruit, ut frequenter consultus epistolas quaquaversus dirigeret, in iisque vel de S. Scriptura, vel de Ecclesiæ doctrina, vel de morum institutione uberrime dissereret. Præterea nonnunquam ubi imminens periculum fidei aut turbatum Ecclesiæ statum cognovit, divinam veritatem strenue defendit contra hæreticos et paganos, abusus atque facinora ubivis reprehendit (lib. I, ep. 301; lib. II, ep. 190, 285.) : nec ipsi etiam imperatori delinquenti pepercit; duces et præfectos, episcopos et abbates convenienter admonuit (d). Gravissima subinde afflictione tentavit illum Deus, cum hostili irruptione (c. a. 410.) per Saracenos facta (e) filius Theodulus, ob eximias virtutes jam clericali militiæ ascriptus, ab iisdem in captivitatem abduceretur; quem tamen Deo propitio iterum liberatum postea apud episcopum Elusæ invenit. Is utrumque, patrem et filium, non antea dimisit, quam impositis manibus sacro presbyteri honore ab ipso insigniti essent. Reversi in montem Sinai votum patris, reddito sibi filio, perfectius Deo serviendi, junctis viribus executi sunt (f). Scripsit S. Nilus ad ædificationem et instructionem monachorum usque ad a. circiter 430 (g).

(a) Nicephori Callisti *Hist. eccles.* lib. XIV. c. 54. 30. et 53. S. Nili Narratio I et II. in Opp. ed. Possini p. 4. et 13-16. Cf. Suares. I. c. p. 641-56. Leo Allat. I. c. p. 7-9. Tillemont I. c. art. I et II (p. 189-90. 193).

(b) Variæ sunt eruditorum sententiæ de tempore quo vixit S. Nilus. Ea autem sententiæ, quæ tradit, ipsum circa a. 390. abdicata præfectura in solitudinem se recepisse, haud obscuris locis epistolarum ejus et judicio gravissimorum auctorum innitur. Cf. Tillemont I. c. art. I et II. (p. 190. 191.) cum Not. I (p. 742-43); Ceillier I. c. art. I n. 4 et 2. (p. 146-47). Alii secessum S. Nili paulo serius collocant, nempe ad a. 404, cf. Leo Allat. I. c. p. 11-14. et Suares. I. c. p. 651. 656. 660. 667-68. et 692. P. Possin. in Opp. S. Nili p. 166-67.

(c) S. Nili Narrat. II et I. I. c. p. 14-17. 46. Menolog. Græc. ap. Leonem Allat. I. c. p. 8. Cf. Tillemont I. c. art. II (p. 191-193), Leo Allat. I. c. p. 15, et Suares. I. c. p. 656-57.

(d) Inde est, quod tanta epistolarum ejus multitudo ad nos pervenerit; sunt enim fere responsa ad consultationes undique ad ipsum delatas. Quanta porro dicendi libertate imperatoris Arcadii inique gesta contra S. Joannem Chrysostomum increpuit, ostendit lib. III. ep. 279; lib. II. ep. 265. Vid. in eadem causa epistolas ad alios viros dignitate conspicuos, lib. I. ep. 309; lib. III. ep. 199. Nec minoris fiducia ad famosum illum Gainam, Gothorum ducem, scripsit (lib. I. ep. 79. 114. 115.

116. 205. 206. 286), ut eum ab Ariana hæresi reduceret.

(e) De tempore hujus incursionis Barbarorum, quam ipse Nilus fuse describit in suis Narrationibus de cæde monachorum montis Sinæ et captivitate filii sui Theoduli (Nili Opp. ed. P. Possini Paris. 1638), Eruditi fere inter se conveniunt, dum juxta S. Hieronym. ep. 126. n. 2. et S. Augustin. ep. 111. n. 1. eam ad annum circiter 410. referunt. Cf. Suares. I. c. p. 666. Tillemont I. c. art. VIII (p. 405) et t. XII. S. Jérôme Not. 82. (p. 660).

(f) S. Nili Narrat. VII. I. c. p. 120-25. Cf. Tillemont I. c. art. VIII. (p. 204) et Suares. I. c. p. 692-93.

(g) Sunt, qui conjectura ducti vitam S. Nili usque ad a. 451. seu ad tempora Imperatoris Marciani protrahendam putent, ut Leo Allat. I. c. p. 8-14. et Suares. I. c. p. 698-700. Verum calculus, quem ego in Vita S. Nili sequendum duxi, posthabito Menologio Græcorum aperte mendoso, his momentis innitur : Tempore incursionis barbarorum (a. 410.) Nilus vocatur *senex* (Narrat. VI et VII. ed. Possini p. 96. et 113-14); Theodulus filius, quo tempore Nilus mundo valedixit, tenellæ adhuc ætatis erat (*νήπιος κομῆς* Nili narrat. II. ed. Possini p. 15); denique post illam Barbarorum incursionem miramque Theoduli liberationem episcopus Elusæ jugum sacerdotalis dignitatis (*τὸν ζυγὸν τὸν ἐπισκοπικὸν* Nili Narrat. VII. ed. Possini p. 124) ei imposuit, ac proinde annum tricesimum Theodulus

OPERA S. NILI.

Scripta S. Nili in plura genera commode dividuntur :

I. Opera, quæ de virtutibus præcipuis vitæque oppositis agunt. — II. Opera quæ ad vitam monasticam sive ipsius Nili, sive monachorum generatim pertinent; — III. Sententia breviores; — IV. Epistolæ.

I. OPERA DE VIRTUTIBUS ET VITIIS.

1. *Peristeria* (ad Agathium, πρὸς Ἀγάθιον μονάζοντα) (a) seu *Tractatus de virtutibus excolendis et vitiis fugiendis* agens exemplo Peristeriæ clarissimæ eo sæculo feminæ (b), ab Agathio monacho plurimum commendatæ. Ibi cum auctor adhuc in urbe degens lucubrationis hujus ansam enarrasset (sect. I), de virtutibus ac vitiis singillatim agere instituit, totumque Opus tribus partibus absolvit. Pars prima complectitur ea, quæ hominem seorsim consideratum perficiunt; ibi temperantiam seu abstinentiam (ἐγκράτεια), quæ corporis necessitates moderatur (sect. II); intentionis puritatem, quæ animum in omnibus ad Dei gloriam dirigit (sect. III); egreium denique virtutis subsidium, piam scilicet lectionem et orationem, quæ certissime a Deo exauditur (sect. IV, c. 1-11.), summopere commendat: — Pars altera relationem hominis ad proximum concernit, ubi misericordiam et benignitatem in pauperes, exemplo divitis et Lazari proposito, explicat, docens, qua ratione tum vivus; tum moribundus bonæ terrena considerare atque tractare debeat, avaritiam vero et luxuriam condemnat (sect. IV, c. 11 — sect. IX, fin.) — Pars tertia ad necessarium certamen instruit. Istius pugnæ, a quo mortalium nemo immunis, origo e lapsu protoparentum repetitur; auxilium et liberatio apud Deum reperitur, cujus rei innumera fere exempla, inde a Josepho Ægyptiaco et Susanna proferuntur; tandem præsertim ex parabola Domini de operariis in vineam conductis (Matth. xx.) merces præclara legitime certanti promittitur, et hinc sublimius in perfectionem omnigenam studium provocatur (sect. X, XIX, II.) (c)

2. *Tractatus de Oratione* (λόγος περὶ προσευχῆς) (d) insignis constat ex Præfatione et 153 Capitibus. Postquam in præfatione Operis occasionem exposuit, de ipsa oratione fuse disserit. Duplicem orationis modum, practicum et speculativum, promiscue describit; quid orandum sit, docet; veræ orationis præstantiam et dotes, præparationem immediatam et mediatam, orationis tempus, ejusque efficaciam contra tentationes, præsertim dæmonum, remedia contra distractiones, etc., brevibus capitulis exhibet.

3. *Tractatus de octo spiritibus malitiæ* (e), egrægiis præceptis ac monitis refertus est. Ibi stylum libri Proverbiorum imitatus, aptissimis et elegantissimis similitudinibus usus, octo vitia capitalia pertractat, eorum malitiam atque noxias describit sequelas, qua ratione debellari possint ostendit, virtutes quoque singulis oppositas vehementer inculcat. Incipit a commendanda temperantia (ἐγκράτεια), quam veluti principium vitæ, exercitio Christianarum virtutum dicatæ, proponit. Vitia autem, quæ impugnat, hæc sunt: Gula (c. 1-3),

jam impleverat; quæ omnia mirum in modum conspirant, si a. 390. S. Nilus in solitudinem se recepit fortasse quadragenarius, Theodulus vero tunc decennis erat, et vita S. Nili, quæ citra dubium ultra a. 426. protrahebatur, ut liquet ex ejus Operibus (cf. Tillemont l. c. art. IX et X. p. 206. 209-210), circa a. 430. vel nonnihil serius ad finem pertigit. Is vitæ terminus inde probabilis redditur, quod complures ex ejus epistolis (lib. I. ep. 263. 267; lib. II. ep. 480. 292; lib. III. ep. 91. 92. item *De monast. exercit.* c. 45). Nestorii hæresin satis aperte terunt et B. V. Mariam *Deiparam* diserte vocant, Eutychnianismi vero impugnat nec vola, nec vestigium illic apparet.

(a) Opp. S. Nili ed. Suares. p. 85-231. Tractatus iste citatur apud S. Anastasium Sin. *Quæstiones et Respons. de variis argumentis*, quæst. II. p. 24-27 (locus hic desumptus est ex sect. IV. c. 5 et 6. p. 102-3); quæst. XI. p. 134. (ex sect. VI. c. 2. p. 129) et quæst. XXI. p. 256 (ex sect. VII. c. 1. p. 130). Cf. Suares. in Opp. S. Nili p. 595-604. et p. 637. Tillemont l. c. art. X (p. 209), et Ceillier l. c. art. II. § II (p. 154-55).

(b) Haud improbabilis est eorum sententia, qui illustrem hanc feminam eandem esse putant Alexandrinam Peristeriam, de qua Ischyrius diaconus Alexandrinus verba fecit in libello ad Leonem M., lecto in concil. Chalcedon. act. III (Mansi t. VI. col. 1015).

(c) Sectiones duæ postremæ (XI et XII) editori Suaresio (p. 604) potius *appendices* hujus operis videbantur; verum cum auctor hujus operis non semel liberius evagetur, stylus minime discrepet, argumentum scopo totius libri conveniat, eas par-

tem ipsius operis efficere extra dubium mihi visum est.

(d) Opp. S. Nili ed. Suares. p. 475-511. Ejus meminit Photius Cod. 201 (p. 270). Cf. Suares. in Opp. Nili p. 624 et 627. Tillemont l. c. art. XI (p. 214-42), et Ceillier l. c. art. II. § IV. n. 9 (p. 162-64). Ex hoc tractatu desumpta sunt fere omnia, quæ in *Apophthegmatis Patrum* (Cotelarii *Monum. Ecclesiæ Græcæ*, t. I. p. 573-74) referuntur περὶ τοῦ Ἀββᾶ Νηλοῦ.

(e) Opp. S. Nili ed. Suares. p. 456-74, item in *Auctuario Biblioth. Patrum Gr. Lat.* ed. P. Combefis. Paris. 1672. p. I. p. 303-15. et cum Palladii *Dialog. de vita S. Joannis Chrysostomi* ed. Bigot Paris. 1680. p. 356-52 (cum vetustissima versione Latina). Ex hoc libro c. 4 (p. 459) de prompta est sententia, quam fertur dixisse Abbas Nilus in Vitis Patrum ed. Rosweydy lib. V. libell. 2. § 11 (p. 564). Cf. Suares. ibid. p. 622-24. Tillemont l. c. art. XI. (p. 214), Ceillier l. c. art. II. § IV. n. 7. (p. 160-61), et Bigot in *Præfat.* Operis cit. sub finem. — Cotelarius in *Monum. Ecclesiæ Græcæ*, t. III. p. 185-219. alium edidit tractatum paulo fusiorem, qui inscribitur: *De octo vitiis cogitationibus* — περὶ τῶν ὀκτῶ τῆς κακίας λογισμῶν, de quo sententia cl. Dupinii præ ceteris mihi probabilis videtur, qui videlicet statuit, tractatum a Suaresio et Bigotio editum esse originalem S. Nili, illum vero Cotelarii variis in locis esse interpolatum, eo fere modo, quo nostra etiam ætate vir quidam pius ac eruditus libris de imitatione Christi sententias plures ejusdem argumenti, optimo certe consilio et fructu, adjecit. Cf. Ceillier, l. c. art. II. § IV. n. 8 (p. 162).

luxuria (c. 4—6), *avaritia* (c. 7—8), *iracundia* (c. 9—10), *tristitia* (c. 11—12), *acedia* (13—14), *vana gloria* *κενοδοξία* c. 15—16), et *superbia* (c. 17—19).

4. *Tractatus ad Eulogium de vitiis, quæ opposita sunt virtutibus* (a), idem fere argumentum tractat modo nonnihil diverso, dum scilicet octo vitia principalia eisque oppositas virtutes: gulam ac temperantiam, luxuriam et castitatem, avaritiam et voluntariam paupertatem, tristitiam et gaudium in Domino, iram et longanimitatem, acediam et laborum tolerantiam, vanam gloriam et vanæ gloriæ fugam, postremo invidiam paucis verbis depingit.

5. *Tractatus de diversis malignis cogitationibus* (b), 27 capitibus constans, de tentationibus diabolicis agit, varias tentationum species describit, et qua ratione pravæ cogitationes ex triplice radice gulæ, avaritiæ ac humanæ gloriæ operante diabolo in homine oriuntur, accurate ostendit, simul docens, quomodo iisdem valeamus resistere.

6. *Sermo* (λόγος) *in effatum illud Evangelii*: « *Nunc qui habet sacculum tollat. . . et qui non habet, vendat tunicam suam et emat gladium* » (Luc. xxii, 36) (c). Verba ista, quæ sensu historico aptum sensum fundere haud videntur, allegorice explicantur, ita ut perquam ingeniose vestitus de exercitio habituque virtutis, in primis de mansuetudine et humilitate, gladius vero de verbi divini studio et cognitione ad impugnandos fidei Christianæ inimicos accipiatur, variisque divinæ Scripturæ locis eum in sensum accommodatis hæc interpretatio illustretur (d).

II. OPERA S. NILI QUÆ AD VITAM MONASTICAM PERTINENT.

1. *Narratio de cæde monachorum in monte Sinai* (e). Historia hæc (ut ipse vocat Nilus p. 26), quæ in *septem narrationes* dividitur, describit ipsius Nili secessum in solitudinem montis Sinai, monachorum ibi degentium vitam, incursionem barbarorum et cædem complurium monachorum, filii sui Theoduli in captivitatem barbarorum abducti fata, tandem quomodo filius apatre inventus cum ipso pristinam solitudinem vitamque monasticam repetierit.

2. *Oratio in Albanum* (f), monachum Nitriensem, cujus vita, tanquam vitæ monasticæ exemplar et norma describitur ac imitationi proponitur.

3. *Tractatus de monastica exercitatione* (λόγος ἀσκητικός) (g) sua sponte in tres partes abit. Primum quippe originem et ideam vitæ monasticæ (seu *veræ philosophiæ*) describit, eamque sublimem vitæ monasticæ conditionem nimium quantum defecisse lamentatur (c. 1—21). Tum præpositis instruit exponens dotes in præposito monachorum requisitas, muneris ejusmodi officia et difficultates, unde infert nemini tantum onus quærendum esse (c. 21—41). Postremo ad monachos conversus eos ad strenue obeunda suæ conditionis munia, qualia sunt obedientia, terrenorum bonorum et affectuum abdicatio, pugna spiritualis contra passiones, gulam quippe, voluptatem et iracundiam, solitudinis amor et studium pietatis, multis iisque gravissimis verbis hortatur (c. 42—75).

4. *Tractatus ad Magnam de voluntaria vaupertate* λόγος περί ἀκτημοσύνης) (h) continuatio

(a) Opp. S. Nili ed. Suares. p. 451—55. Cf. Suares. *ibid.* p. 622. Opusculum hocce brevissimum, cui pauca quædam in fine deesse videntur (*vid.* cap. 1. conspectus totius libelli), simili, ast breviori modo vitia et virtutes describit, orat Scala S. Joannis Climaci.

(b) Opp. S. Nili ed. Suares. p. 512—542. Auctor hujus tractatus (c. 25) ad tractatum suum de oratione, capitulis distinctum, remittit lectorem, unde S. Nilus aperte cognoscitur. Cf. Suares. *ibid.* p. 624. Tillemont, l. c. art. XI (p. 212), et Ceillier l. c. art. II. § IV. n. 10 (p. 164—65).

(c) Opp. S. Nili ed. Suares. p. 575—90. Cf. Suares. *ibid.* p. 627. Tillemont, l. c. art. XI (p. 212), et Ceillier l. c. art. II. § IV. n. 12 (p. 195).

(d) Sunt et alii *Sermones S. Nili*, scilicet duo in *festum Paschatis*, et tres in *Ascensionem Domini*, quorum hodie nonnisi Epitome reperitur apud Photium cod. 276 (p. 835—41). Cf. Suares. l. c. p. 627, Tillemont l. c. art. XI (p. 212—13) et Ceillier, l. c. art. II. § IV. n. 14 (p. 166).

(e) *S. Nili Opera quædam nondum edita* Gr. et Lat. vulgavit P. Possinus, Parisiis, 1659, p. 1—126. Eadem historia Latine tantum ac pluribus in locis brevior, distincta in 15 capita, exstat in *Actis SS.* ed. Bolland. *Antverpiæ*, 1643. Januarii die 14. t. I. p. 954—66. Libri hujus summa cum laude meminit Nicephorus Callistus in *Histor. Eccles.* lib. XIV. c. 51. Cf. Possini Præfat. ad lectorem; J. Bollandus l. c. p. 953—54 et Addenda *ibid.* p. 1113—15; Suares. l. c. p. 627—28; Leonis Allatii *Diatriba de Niliis*, annexa Nili. epistolis edit. Rom. p. 22—27, qui etiam ad calcem epistolarum S. Nili a se editarum exhibet varias lectiones ex codice

quodam Romano in eam S. Nili historiam, quam ediderat P. Possinus; Tillemont, l. c. art. IX (p. 205—6), et J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. X. p. 6—7.

(f) Exstat Gr. et Lat. inter *S. Nili Opera quædam nondum edita*, quæ vulgavit P. Possinus Parisiis 1659 p. 128—44. Cf. Possini *Morit. et Notas* (col. 585 et seq.) Tillemont, l. c. art. XIII (p. 215—16) cum nota 4 (p. 743—44).

(g) Opp. S. Nili, ed. Suares. p. 1—84. Tractatum istum veteres tanti fecere, ut plurimas ex eo sententias decerpserit S. Joannes Damascenus in sacris *Parallelis* et Antonius Melissa. *vid.* Joannes Damasc. op. laud. lit. A. tit. 6 (ex Nili op. *De monast. exercit.* c. 15), lit. E. tit. 18 (ex eodem op. c. 27 et 29.), lit. M. tit. 10 (ex eodem op. c. 64 et 66), lit. II. tit. 5 (ex eodem op. c. 67), lit. Σ. tit. 4. 17. et 19. (ex eodem op. c. 54. 72. 67. et 14.); item Antonii Melissa (*Tiguri*, 1546, fol.) p. 85—86 (ex Nili op. *De monast. exercit.* c. 27 et 25), p. 144. (ex eodem op. c. 45), p. 144. (ex eodem op. c. 67), p. 151 (ex eodem op. c. 75). Varias quoque sententias ex hoc opere decerptas nescio quis epistolarum nomine S. Nilo tribuit; *vid.* infra col. 18, not. (b). Cæterum cf. Suares. l. c. p. 594—95. Tillemont, l. c. art. X. (p. 208—209) et Ceillier, l. c. art. II. § I (p. 151—153).

(h) Opp. S. Nili ed. Suares. p. 255—520. Ex hoc opere decerptæ sunt sententiæ, quas reperire licet inter *S. Nili Sententias abducentes hominem a corruptibilibus*, n. 99—121. (Opp. S. Nili ed. cit. p. 566—72). Titulus vero: *Ad magnam diaconissam Ancyrae* huic operi minus recte præfixus videtur. Nam et titulus in codd. mss. variat, dum alii ha-

quædam operis de monastica exercitatione esse videtur. Ibi primo generaliter rerum omnium terrenarum abdicationem suadet (c. 1 — 12.); dein triplicem distinguit voluntariam paupertatem, summam, mediam et infimam, quæ scilicet sola specie externa contenta est. Paupertatem summam coluere sancti, qui nulla rerum ad corpus pertinentium cura depressi ac providentiæ divinæ prorsus confisi possessiones abjecerunt, Deo soli atque salutis animæ viventes (c. 13 — 21). Paupertatem mediam præcipue monachis commendat, eam nempe, qua partem temporis insunt labori manuum, ut corpori necessaria procurent, reliquum vero temporis impendunt orationi et lectioni (c. 21 — 29). Eos autem, qui in infimo gradu consistentes speciem tantum paupertatis præ se ferunt in habitu monachali, cæterum hominibus sæcularibus æmulantes dies noctesque curis atque negotiis corporalibus absunt et bona terrena cumulare student, acriter increpat et ad meliorem frugem reducere conatur (c. 30 — 41). Tum bonos monachos, veræ paupertatis studiosos, benigne affatus instruit, quomodo ad Dei similitudinem tendere et, juxta Pauli apostoli doctrinam, ad sublimiorem perfectionem, qua homo in spiritu, non in carne vivit, pervenire (c. 42 — 51), quin et affectum ipsum ac sollicitudinem a rebus terrenis avellere atque meditationi divinæ legis atque naturæ semper intentos Dei voluntati perficiendæ omnem corporis æque ac mentis operam navare debeant (c. 52 — 64): his denique monita quædam ad temperantiam, humilitatem et patientiam adjungit maxime pro iis, qui recens monachorum cœtui fuerant ascripti (c. 65 — 67).

5. *Tractatus de monachorum præstantia* (a) fuse probat, quod iis, qui habitant in urbibus, præstantiores sint quiescentes in eremis. Thesin hanc ita potissimum confirmat, ut dæmona atque pericula conversationis inter homines, necnon solitudinis et quietis commoda spiritualia lectoribus ob oculos ponat (c. 1 — 9 et 21 — 27). Duplicem quoque objectionem solvit, quarum una infert: præclarum opus esse meritisque plenum, inter homines sæculares vitam agere, animarum curam gerere eosque in via salutis æternæ dirigere (c. 9 — 12); altera vero persuadet pericula non esse adeo metuenda, eo quod assuetudo malorum viam plurimum imminuat (c. 13 — 20).

6. *Tractatus ad Eulogium monachum* (b) præclaris refertus est monitis, quæ non solum vitam monasticam, sed Christianam in genere perficiunt. Tractat autem de peregrinatione a rebus terrenis (c. 2), de fortitudine, humilitate ac tolerantia (c. 3 — 5), de sectanda pace tum externa tum interna (c. 5 — 6), atque de discretione spirituum (c. 6 — 7). Docet præterea, quid in mœstitia et tribulationibus sit agendum (c. 7 — 8): patefacit versutias et fraudes diaboli in pugna spirituali, atque instruit, quomodo oporteat passionibus debellare, orationi insistere, manuum labores peragere, indefesso studio colere virtutes, ut mansuetudinem, paupertatem, continentiam, hospitalitatem, obedientiam veritati denique et charitati operam dare (c. 8 — 34).

III. SENTENTIÆ SEU ADMONITIONES.

Sententiæ seu Admonitiones S. Nili fere 200 (c) egregias veritates morales et asceticas breviter, perspicue, nervose, ingeniose enuntiant.

dent: ad *Moganum diaconum*, nec ullum in operis decursu reperitur vestigium, eum librum ad pianam feminam esse scriptum, imo quæ cap. 65. continentur, vir sanctus ad feminam scribere vix potuisset, et cap. 42. 43. 51. 52. 64. viros aperte alloquitur, qui juxta cap. 1. et 65. iidem vel certe similes iis esse videntur, quos in libro *De monast. exercit.* instituerat. Cf. Suares. in *Opp. S. Nili* p. 604-6. Tillemont, l. c. art. X. (p. 209-10) c. Not. 3. (ibid. p. 743) et Ceillier, l. c. art. II. § III (p. 456-57).

(a) *Opp. S. Nili* ed. Suares. p. 377-407. Ex hoc libro decerpæ sunt sententiæ, quas reperire est inter S. Nili *Sententiæ abducentes hominem a corruptibilitate*, n. 122-35 (*Opp. S. Nili* ed. cit. pag. 572-75). Cf. Suares. in *Opp. S. Nili* p. 619-21. Tillemont, l. c. art. XI (p. 210-11) et Ceillier, l. c. art. I. § IV. n. 5. (p. 159).

(b) *Opp. S. Nili* ed. Suares. p. 408-450. Cf. Suares. ibid. p. 621-622. Tillemont, l. c. art. X. (p. 208) et Ceillier l. c. art. II. § IV. n. 6 (p. 159-60).

(c) *Sententiarum* (γνώμαι), seu *Capitulorum* (κεφάλαια), quæ S. Nilo inscribuntur, collectiones quinque exhibet Suaresius in *Opp. S. Nili* p. 543-75; præterea sub titulo: *Nili episcopi et martyris capitula, seu præceptiones de vita pie, Christiane ac honeste exigenda* (κεφάλαια ἢ παραίνεσις); collectionem sententiarum 229 Gr. et Lat. edidit M. Neander. Basileæ 1539 in 4^o recus. in *Monumentis SS. Patrum orthodoxographis* ed. Grynæus, Ba-

sileæ 1569 fol. t. I. p. 169-180, et sæp. (varias hujus collect. editiones etiam in Bibliothecis Patrum vid. in J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. X. p. 7-9). Collectio hæc Neandri et Grynæi, quam Suaresius utpote jam impressam omittere voluit (licet postmodum, non adhibita justa diligentia, partem ejusdem inter Opera S. Nili a se edita imprimi fecerit, ut infra dicitur), proprie ex tribus constat partibus. Pars I complectitur 24 sententias ordine alphabetico digestas; pars II, quæ incipit: Φόβου ἔχει Θεοῦ 113 sententias continet; pars III autem, cui addere oportet alias octo sententias, quas e quodam cod. ms. Romano eruit Suaresius et ad complendam Neandri Collectionem in sua Dissertatione de Operibus S. Nili publicavit, exhibet sententias eas, quæ a Suaresio inscribuntur: *Sententiæ abducentes hominem a corruptibilitate*, et quintam ipsius Collectionem. n. 1-98, efficiunt (*Opp. Nili* ed. Suares. p. 557-640). His perspicuitatis gratia præmissis genuinæ Nili Sententiæ, quas et Nicephorus Callistus *Histor. eccles.* lib. XIV. c. 54. laudat, eruentæ sunt. Haud exigua enim de istis sententiis oritur difficultas, dum codd. mss. alii S. Nilo, alii Evagrio easdem tribuunt, ut notat Suares. l. c. p. 611-15. et p. 624-27. item Coteler. *Monum. Eccles. Græcæ*, t. III. p. 543-47. In tanta confusione atque incertitudine auctores antiquos Græcos consulendos ratus, satis certa, ut mihi videtur, indicia reperi, quibus singulas Collectiones vero auctori restituerem. Suaresii collectio I, (Κεφάλαια 33 κατ' ἀκολουθίαν,

Epistolæ S. Nili magno numero circumferuntur; editio namque plenior epistolas ultra mille, divisas in IV libros, exhibet (a). Verum epistolæ pleræque non videntur integræ, sed potius totidem sententiæ breviores et interpretationes locorum S. Scripturæ, admonitiones, laudes vel reprehensiones, ex ejus epistolis imo et ex aliis operibus decerptæ, quibus ut plurimum additæ sunt variæ inscriptiones (b).

p. 543-48), II. (Sententiæ spirituales alphabet. pag. 548-51) et III. (Aliæ Sententiæ, p. 552-53) merito tum ex codd. mss. fide, tum ex auctoritate Veterum inter Opera Evagrii dudum relatæ sunt. — Suaresii Collectio IV (*Institutio ad monachos* (p. 553-56), ex iis, quæ ipse Suares. p. 626. affert, longe probabilis Evagrîo adjudicatur, unde mirari subit, quod A. Gallaudii summam in conquirendis undequaque Evagrii opusculis diligentiam fugerit. — Suaresii Collectio V (*Sententiæ abducentes hominem a corruptibilibus* p. 557-78.) in duas partes dividi potest n. 1-98. et n. 99-135; quarum posterior nonnisi assumptum est, huc non pertinens. Etenim nescio quis Operum S. Nili studiosus ex ejus libris *De voluntaria paupertate et de monachorum præstantia* sententiæ pulcherrimas ad verbum descripsit, in unum collegit, ibique adjuncta a n. 99-135 (p. 564-75). Remanet igitur propria in collect. V. pars prior seu *Sententiæ abducentes*, n. 1-98 (p. 557-64). — Collectionis autem sententiarum, quam publici juris fecit M. Neander, et post eum J. Grynæus ac *Bibliotheca Patrum*, pars I. ex Veterum testimonio Evagrium auctorem habet; citatur enim ex his sententiis alphabetice sub nomine Evagrii n. 2. (S. Joannis Damasceni *Parallela sacra* lit. A. tit. 19.), n. 3. (Antonii Melissa ed. *Tiguri*, 1546, fol. p. 125), n. 7. (S. Joannis Damasc. *Parall. sacra*, lit. O. tit. 7.), n. 17. (S. Maximi confessoris *Capita theologica* Serm. 30. in Opp. S. Maximi ed. Combess. t. II. p. 617; item Antonii Melissa p. 50), et n. 23. (S. Joannis Damasc. *Parall. sacra*, lit. O. tit. 9.); cf. *Coleleri Monum. Eccles. Græcæ* t. III. p. 544-45. Pars II et III hujus Collectionis inde a sententiæ: *Ὁὄβον ἔξε θεοῦ* complectitur 204 sententiæ, vel additis octo sententiis in Dissertatione Suaresii de Opp. S. Nili obviis, 212. Suaresius tamen non animadvertens sententiæ 91 postremas hujus Collectionis Neandri, quas partem III Collectionis Neandri supra vocavi, cum istis octo e cod. ms. Romano a se prolati et teste codice ms. huc pertinentibus easdem ipsas esse 98 sententiæ, quæ partem priorem Collectionis V Suaresii, seu n. 1-98 (p. 557-64) efficiunt, eas hoc titulo: *Sententiæ abducentes hominem a corruptibilibus*, Nili Operibus denuo adiecit, uno fere numero discrepantes ab iis, quas Collectio Neandri, p. III, exhibebat. *Ista vero pars II. et III Collectionis Neandri, sæpius impressæ, vere S. Nilum auctorem habet*; citatur enim S. Nili nomine ex istis sententiis p. II (quæ incipit: *Ὁὄβον ἔξε θεοῦ*) n. 4. a S. Maximo I. c. serm. 2. (t. II. p. 531.) et in Antonii Melissa p. 10, item p. II. n. 69. a S. Maximo I. c. serm. 18. (t. II. p. 588) et in Antonii Melissa p. 70; dein p. III (seu Sententiæ abducentes etc.) n. 7. ed. Suares. a S. Joanne Damasc. *Parall. sacra*, lit. Y, tit. 12, n. 35 ed. Suares. a S. Maximo I. c. serm. 47. (t. II. p. 647.) et in Antonii Melissa p. 135., n. 48. ed. Suares. a S. Maximo I. c. serm. 12. (t. II. p. 568) et in Antonii Melissa p. 38, denique n. 91. ed. Suares. a S. Maximo I. c. serm. 49. (t. II. p. 650.) et in Antonii Melissa p. 139. Hæc paulo enucleatius et accuratius exponenda duxi, ut intricatæ quæstioni de variarum istarum sententiarum auctore nonnihil lucis afferrem. Cæterum de falso titulo: *Episcopi et Martyris*, qui genuinæ sententiarum Nili nostri Collectioni præfigitur, cf. Leonis Allatii Diatriba de Niliis, annexa ejusdem editioni

Epistolarum S. Nili p. 16. 19-22, et Tillemont I. c. art. IX (p. 206-7).

(a) Duæ sunt epistolarum S. Nili editiones, scilicet: S. Nili Epistolæ Gr. et Lat. cum Notis ed. P. Possini, *Parisiis*, 1657 in-4°. et: S. Nili Epistolarum libri IV Gr. et Lat. ed. Leo Allatius. *Romæ*, 1668, fol. Editio Possini 355 Epistolas continet, editio Allatii 1061, inter quas habentur omnes epistolæ edit. Possinianæ præter unam epistolam 334. Versio tamen Possini longe melior est Allatiana. Editionem Allatii, utpote pleniorum, hic sequar.

(b) Paucæ videntur esse Epistolæ integræ, ex quibus certe præclaris damnum cognoscere licet, quod ex ista mutilatione pietas Christiana passa est, *vid. lib. II. ep. 167; III. 43. 245. 257; IV. 1.*, quæ tamen postrema ob styli diversitatem S. Nilo adjudicatur. — Epistolæ, quæ nonnisi ex unica eaque brevi sententiæ constant, frequenter occurrunt ex Gr. lib. I. ep. 8. 11. 15. 35. 42. 47. 49. 94. 103. 176. 232. 300; lib. III. 47. et 48; lib. IV. 59. In lib. III. ep. 210. Coll. Possini ep. 149. exemplum luculentum habetur, qua ratione brevijusmodi sententiæ, ex majori epistola decerptæ, tanquam epistola per se subsistens exhibeatur in edit. Allatiana, quod sæpius contigisse admodum verisimile est. Aliquando duæ vel plures epistolæ, quas singillatim numerat Allatius, haud obscure ex una eademque Nili epistola excerptæ sunt, ut lib. I. ep. 38-40. 55-57. 63-66. 80-81. 98-101. 109-113. 145-147. 165-66. 314-12; lib. II. ep. 6-7. (cf. Possini ep. 277.) 91-92; lib. III. ep. 53-54. (cf. Possini ep. 30.) 109-110. (cf. Possini ep. 66.) 130-31. (cf. Possini ep. 90.) 139-40. (cf. Possini ep. 97.) 201-3. (cf. Possini ep. 145.) 205-7. (cf. Possini ep. 147.) 209-211. (cf. Possini ep. 149.) 217-18. (cf. Possini ep. 153.) 229-30. (cf. Possini ep. 161.) 235-34. (cf. Possini ep. 164.) Imo una occurrit epistola (lib. III. ep. 33), quæ quatuordecim alias epistolas in se continet, scil. lib. II. ep. 93. 108-114. 135. 137-139. 140, majori ex parte, 239. 279. 317; lib. III. ep. 87. Aliæ epistolæ his occurrunt, aliquando nulla, aliquando exigua mutatione, ut lib. I. ep. 151. — I. 73. et 67; lib. II. 140. *fn.*, II. 257. — III. 293. — *fn.*, III. 97. — III. 248. — III. 106. — III. 249. — III. 113. — IV. 10., III. 114. — III. 250., III. 160. — IV. 25. *fn.*, III. 170. — III. 255. *fn.*, III. 320. — III. 271. *fn.*, III. 322. — IV. 59., IV. 7. — III. 59. 60 et 61., IV. 32. — III. 64 et 65. Multæ porro istarum Epistolarum ad verbum translatae sunt ex Nili libro de monastica exercitatione, ex gr. lib. II. ep. 54. ex cap. 3. 4, lib. II. ep. 55. ex cap. 44, lib. II. ep. 57. ex cap. 5, lib. II. ep. 60. ex cap. 16-17, lib. II. ep. 63. ex cap. 41, lib. II. ep. 64. ex cap. 41, lib. II. ep. 65. ex cap. 42, lib. II. ep. 68. ex cap. 47, lib. II. ep. 69. ex cap. 50, lib. II. ep. 70. ex cap. 66, lib. II. ep. 188. ex cap. 15, lib. II. ep. 185 ex cap. 21, lib. II. ep. 198. ex cap. 26, lib. II. ep. 239. ex cap. 54, lib. II. ep. 259. ex cap. 75. lib. II. ep. 264. ex cap. 2, lib. III. ep. 119. ex cap. 9, lib. III. ep. 293. ex cap. 73. 74. 75, lib. III. ep. 328. ex cap. 72, lib. III. ep. 332. ex cap. 35, denique ep. 334. ed. Possini (quæ sola desideratur in editione Allatii) ex cap. 71. Similiter lib. IV. ep. 6. desumpta videtur ex Nili Tract. ad Enlog. c. 29. Præterea lib. I. ep. 32. legitur in S. Gregorii Naz. orat. 21. n. 15. ed. Maur. lib. I. ep. 36. in S. Basilii M. *Homil. in psal. xxxiii. n. 3.* ed Maur., lib. I. ep. 247. in S. Irenæo *adv. hæres.* lib. I. c.

Epistolæ ejus partim sunt *dogmaticæ*, partim *exegeticæ*, partim *morales* et *asceticæ*.

Epistolæ dogmaticæ impugnant gentiles (a) atque Judæos (I. ep. 124—28); tum hæreticos in universum (b), ac in specie Gnosticos (I. 234. 248. 296) et Manichæos (II. 321. — cf. I. 117), Origenistas (I. 188—90) et Novatianos (II. 155. cf. III. 243), Arianos sive Eunomii asseclas (c), Macedonianos (I. 211. II. 210) et Apollinaristas (I. 257. 272. II. 40. 49). Præterea Dei quoque existentiam probat (I. ep. 19), naturam ejus describit (I. 47. 158. 216. III. 64), Dei providentiam nos docet (I. 59. 322. II. 179. 227), Trinitatem confitetur (I. 174. 255), Incarnationem Salvatoris nostri exponit (d), perpetuam Dei Genitricis Mariæ virginitatem astruit (I. 263. 269. 270. 271). Mali originem non ex natura, sed ex libero arbitrio repetendam docet (II. 299. 309. III. 22); peccatum originale haud obscure signat (I. 249. 328), ac totam de *justificatione* doctrinam satis clare exponit (e); Ecclesiæ quoque naturam et propagationem per apostolos paucis indicat (I. 117. 209. 258. 268. 275. 230. II. 181. 278. III. 16. 23. 28. 29). Denique animæ immortalitatem (I. 192), corporis resurrectionem (I. 109—118. 173. II. 78. 82. 170. 200. III. 120. 135), ac beatitudinem æternam astruit (II. 247. 250. 251. IV. 22).

Epistolæ exegeticæ phrases aut locos S. Scripturæ tum sensu litterali et historico (f), tum sensu allegorico (g) interpretantur.

Epistolæ morales et *asceticæ* insignem thesaurum continent, quo vita hominis Christiani ita excolatur, ut summam perfectionem attingat. In primis veram commendat *fidem* in Deum remuneratorem et Christum Salvatorem (h). *Spem* quoque nostram in Dei misericordiam et bonitatem frequenter confirmat, sive peccatis obnoxii sive tentationibus impugnati, sive casibus adversis pressi, sive rebus necessariis destituti simus (i); spei tamen adjungit *timorem* (I. 14. 96; III. 5. 136. 272. 276; IV. 22) et *patientiam* (III. 35. 68. 144. 303. 309). Pec-

8. n. 1. ed. Maur., lib. I. ep. 211. in S. Basilii M. ep. 8. n. 10. ed. Maur., lib. III. ep. 13. in S. Chrysostomi homil. I. *De status*, n. 9-10., lib. III. ep. 24. in *Recognitionibus* Clementi Romano perperam ascriptis lib. II. n. 20-21. (ed. Lips.), lib. IV. ep. 14. in S. Basilii M. hom. 14. n. 8. ed. Maur.; denique lib. III. ep. 242. ad verbum est consarcinata ex S. Isidori Pelusi. lib. I. ep. 402. 144. 424. lib. V. ep. 64. et lib. II. ep. 275. (quæ postrema inter *Apothegmata Patrum* pariter sub nomine *Abbatis Isidori Pelusiæ* refertur in *Cotelierii Monum. Eccles. Græcæ*, t. I. p. 488) hæc pauca monuisse juvabit ad persuadendum, editionem epistolarum S. Nili multa desideranda relinquere artique criticæ latum adhuc campum in illis patere. Cf. etiam Leonis Allatii *Diatriba de Nili* ed. cit. p. 27-29. Suarez in *Opp. Nili* p. 633-34., J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. X. p. 41-43 et Ceillier l. c. art. III. n. 9. (p. 192.).

(a) Lib. I. ep. 6. 56. 57. 75. 278. 282; lib. II. ep. 32. 39. 42. 145. 148. 151. 178. 280; lib. III. ep. 8. 16. cf. lib. I. ep. 229; lib. IV. ep. 52.

(b) Lib. I. ep. 204. 247. 256. 285. 315; lib. II. ep. 49. 123.

(c) Lib. I. ep. 16. 48. 70. 79. 114-16. 191. 193. 205-206. 219. 226. 286. 288; lib. II. ep. 39. 293. 297. 300. 323. In perlisque harum epistolarum loci S. Scripturæ, quos Ariani confirmandis erroribus suis adhibere solebant, paucis explicantur.

(d) Lib. I. ep. 88. 102. 149. 170. 171. 259. 272. 293; lib. II. ep. 40. 150. 187. 238. 289. 292; lib. III. ep. 91. 92. Plures ex his epistolis, præsertim I. 149. II. 292. III. 91. 92; satis aperte Nestorii errores feriunt, quamvis nomen hæresiarchæ istius nusquam appareat; unde forsitan quis haud absque verisimilitudine conjiciat, non multo post a. 430. S. Nilum e vita abisse.

(e) Vid lib. I. ep. 60. 61. 63-66. 104. 108. 131. 155. 157. 159. 175. 177. 197-98. 200. 208. 212-14. 220. 236. 260-61. 274. 299. 303. 316. 322. 328. 330. 333. lib. II. ep. 20. 27. 47. 48. 81. 85. 97. 123. 124. 143. 202. 214. 228. 230. 251. 245. 250-51. 260. 262. 267-68. 271. 272. 276. 298. 303. 314. 315. 317. 325-26. 328; lib. III. ep. 4. 5. 7. 17. 19. 24. 25. 85. 115. 135. 164. 166. 169-171. 177. 183. 187. 200-203. 226. 248. 255-56. 259. 262. 267. 274-75. 277. 288-89. 302. 308. 316. 324. 327; lib. IV. ep. 9. 15. 19. 20. 23. 27. 28. 33. 39. 43. 44. 48. Si quis has epistolas attentamente perlegere voluerit, plenam S. Nili doctrinam de justificatione, prædestinatione, gratia et libero arbitrio, de bonis operibus eorumque mercede, convenientem doctrinam concilii Tridentini sess. VI., facile inde cognoscat.

(f) Vid. ex. gr. 1. 7. 12. 14. 15. 17. 21. 23. 36. 55. 57. 62. 69. 72. 77. 80. 81. 102. 104. 131. 132. 134. 135. 141. 145-47. 149. 150. 152-154. 172. 178. 192. 193. 200. 203. 204. 215. 216. 238. 249. 253. 262-65. 269. 271. 288. 305. 314. 318. 324; II. 9. 20. 24. 27. 33. 34. 76. 78. 86. 104. 121. 128. 143. 162. 169. 171. 186. 204. 228. 231. 233. 239. 245. 254. 255. 256. 260. 276. 278. 306. 314. 316. 322. 324. 328; III. 14. 26. 27. 30. 35. 60. 63. 76. 84. 89. 104. 116. 120. 124. 136. 166. 67. 168. 183. 188. 191. 200. 219. 221. 277. 284. 293. 325. 333; IV. 5. 19. 25. 40. Varias quoque Græcæ versiones S. Scripturæ Veteris Testamenti nonnunquam respicit, ut lib. III. ep. 38. 78. 191.

(g) Vid. ex. gr. 1. 13. 51-53. 59. 60. 64. 63-66. 68. 76. 78. 84. 86. 90. 94. 96-101. 106. 8. 118-22. 163-64. 179. 186-87. 195. 96. 201-2. 208. 221. 223-24. 228. 240. 242-44. 246. 250-51. 254. 256. 258. 259. 264. 263-68. 273. 276. 285. 289. 304. 320-21. 325. 330. 33; II. 2. 5. 14-16. 52. 61. 68. 69. 72. 74. 75. 79. 80. 83. 93-95. 97. 99. 123. 127. 133. 141. 142. 144. 163. 166. 173. 174. 180. 181-83. 187. 188. 197. 198. 199. 232. 234-38. 240-41. 262. 263. 275. 282. 309; III. 1. 4. 5. 7. 10. 15. 20. 23. 25. 28. 34. 36. 38. 44. 53. 54. 65. 75. 83. 93. 109. 110. 112. 129. 137. 138. 165. 169. 174. 178. 180-82. 185-87. 190. 193-96. 201-4. 208-12. 220. 222. 225. 236. 240. 251. 253-55. 257. 259. 265. 271. 275. 291-92. 302. 310; IV. 2. 8. 10. 12. 13. 23. 27-30. 32. 45. 46. 47. 51. 55. Lib. I. ep. 223, ipse Nilus allegoricam explanandi rationem defendit. Cæterum proluxa hæc Epistolarum exegeticarum enumeratio, rogo, ne lædio lectorem afficiat, memorem, S. Scripturæ studiosis perquam commodum fore, si Nili interpretationes facili opera in rem suam convertere possint.

(h) Lib. I. ep. 8. 9. 101. 177. 198. 237. 343; lib. II. ep. 17. 149. 165. 216. 264. 314. 327; lib. III. ep. 5. 18. 20. 33. 68. 126. 253. 269. 275. 284. 286; lib. IV. ep. 22. 46. Quantum fides hominem consoletur in obitu carorum, ostendit I. 311-12; II. 170.

(i) Lib. I. ep. 7. 10. 14. 22. 38-40. 123. 151. 230. 306. 324. 329; lib. II. ep. 17. 61. 94. 104. 174. 179. 185. 196. 222. 239. 269; lib. III. ep. 63. 68. 135. 142. 145. 146. 171. 172. 179. 197. 215. 216. 228. 237. 243. 262. 269. 270. 274. 277. 315; lib. IV. ep. 36-39. 42. 48.

catores frequenter ad conversionem et emendationem excitat, pœnitentiæ vim et modum præclare describens (a): Sœpissime autem de *tentationibus* agit, exponens, cur a Deo permittantur varium quoque tentationis modum ac gradum describit, et ipsas principales tentationes incredulitatis, blasphemiæ, superbiæ et vanæ gloriæ, gulæ et voluptatis, avaritiæ et iracundiæ, tristitiæ, timoris et acediæ sollicite cavendas ac fortiter superandas monet, simul præcipua tentationum remedia, fidem Christi et abnegationem sui ipsius, vigilantiam, humilitatem, obedientiam, patientiam, jejuniûm et vigiliâs, diligenter adhibenda suadet, ac tali pugnâ spirituali contra dæmones adversarios et affectus inordinatos, non minus necessariæ, quam utili, gloriosos triumphos et beatam quietem promittit (b). Casus autem adversos hujus vitæ, a Deo in salutem nostram ordinatos, non solum cum patientiâ et fiducia, sed et cum gratiarum actione animique exsultatione ferendos esse docet (c). Maxime tamen orationem perseverantem ad superandas tentationes et adversitates commendat, orationi psalmodiam ac diligentem S. Scripturæ lectionem adjungit, optimam denique ejus methodum et summam efficaciam docet (d). *Charitatem* quoque tum erga Deum, tum erga proximum, etiam inimicum, gravibus verbis inculcat (e). Ex fructibus autem charitatis *eleemosynam* (II. 149. 157. 230. 274. 298. 301—2; III. 7) et *continentiam* perfectam seu virginitatem (II. 31. 118, III. 298.) summopere laudat. — Aliæ epistolæ *monachos* præsertim respiciunt, eosdem laudant, instruunt, corrigunt (f), præsertim vagos et instabiles reprehendunt (1. 292. 295, II. 56. 62. 71-72. 117. 136, III. 119. 223.)

NOTA I: *Fragmenta* quædam S. Nili Latine tantum exhibentur in Opp. S. Nili ed. Suares. p. 655-37. — *Liber ejus adversus gentiles* (de quo Nicephor. Callist. in *Histor. ecclen.* lib. XIV. c. 54.) et *Liber de compunctione* (de quo ipse Nilus lib. III. ep. 11.) interciderunt. — *Expositio Cantici canticorum* ex S. Gregorii Nysseni, Nili et Maximi commentariis collecta, in qua singulorum loci ita permisti sunt, ut discerni haud queant, Gr. et Lat. exstat in *Biblioth. Patrum* Paris. 1654. t. XIII. — Cf. de his aliisque S. Nili Opusculis Leonis Allatii *Diatriba de Nili*, editioni Epistolarum S. Nili subjuncta p. 16—48. et p. 29—31. Tillemont, l. c. art. XI. (p. 245) et J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. X. p. 6. et 16—17.

NOTA II: *Opera S. Nili spuria* hæc sunt: 1 *Tractatus moralis* (Opp. Nili ed. Suares. p. 321—26), cf. Tillemont l. c. art. XI. p. 210; Ceillier l. c. art. II. § IV. n. 1 (p. 158); 2 *Epicteti Enchiridion seu Manuale*, forte a S. Nilo contractum et interpolatum (Opp. Nili ed. Suares. p. 327—53), cf. Leonis Allatii *Diatriba de Nili* l. c. p. 31—35. Tillemont l. c. art. XI. p. 210. Ceillier l. c. art. II. § IV. n. 2. p. 158; 3 *Narratio monachi Pachon* (Opp. Nili ed. Suares. p. 355.—57), cf. Tillemont l. c. art. XI. p. 210. Ceillier l. c. art. II. § IV. n. 3. p. 158; 4. *Sermo dogmaticus de S. Trinitate*, qui est S. Basilii M. epist. 8. cf. Tillemont l. c. art. XI. p. 210. Ceillier l. c. art. II. § IV. n. 4 (p. 158—59); 5. *Hartyrium S. Theodoti Ancyran* sub imp. Diocletiano passi, quod ab alio quodam Nilo auctore cœvo scriptum exstat Gr. et Lat. in Gallandi *Biblioth. Patrum*, t. IV. p. 114—50, cf. ibid. Prolegom. cap. 7; 6) *Oratio supplex ad Deum contra barbarorum incursionem*, etc., quam nonnulli Nilo nostro ascribunt, Nilo cuidam juniiori tribuenda est. cf. Oudin; t. I. col. 1256—58.

(a) Lib. I. ep. 54. 220. 304; Lib. II. ep. 82. 83. 143. 147. 163. 205. 229. 231. 239. 267. 303. 325. 326. 330; lib. III. ep. 4. 10. 11. 59-61. 63. 112. 129. 135. 157. 168. 171. 177. 200. 213. 227. 228. 254-57. 270. 274. 277. 302. 308. 323. 327; lib. IV. ep. 20. 21. 36. 39. 43. Cf. supra epistolæ ad doctrinam de justificatione pertinentes, quarum complures etiam de pœnitentia agunt. Sacerdotes quoque monet, ne justo durius habeant pœnitentes; lib. III. 245.

(b) Lib. I. ep. 5. 10. 11. 20. 25-31. 67. 137. 144. 148. 151. 160. 163-64. 167-69. 183. 185-87. 217. 48. 227. 235. 237. 275-77. 280. 284. 289. 294. 300. 307. 310. 313. 324-25; lib. II. ep. 1. 2. 12. 23. 28. 35. 38. 52. 59. 62. 70. 79. 80. 94. 95. 102. 106-9. 114. 157-59. 140. 160. 167. 172. 193. 196. 199. 224-25. 242. 244. 295. 299. 304. 318; lib. III. ep. 12. 13. 35. 40. 41. 46. 49. 50. 54. 66. 67. 71. 78. 82. 94. 95. 97-99. 101-2. 105-7. 109-10. 121. 126-27. 150-51. 138. 143. 147-48. 153-55. 158. 164. 166. 175. 178. 181-82. 189. 194. 197-98. 204-12. 216-18. 220-22. 225. 228-31. 234. 237-38. 242. 244. 247. 249. 251. 265. 268. 271. 273. 276. 278. 282-83. 287-88. 291-94. 300. 301. 310. 316. 318. 322. 337; lib. IV. ep. 2. 4. 5. 6. 13. 29. 30. 40. 44. 45. 52. 53. 55-58. 60. De tentatione incredulitatis III. 260; blasphemiæ I. 313, II. 91-92. 152, III. 99; superbiæ et vanæ gloriæ I. 36. 164-62. 238. 326, II. 31. 51. 58. 98. 99. 114. 126. 203. 221. 245. 259. 272. 287. 322; III. 31. 53. 55. 77. 94. 134. 145. 152. 176. 231-35. 250. 256. 329., IV. 5; gulæ I. 284. II. 59. 102. 160. 244, III. 46. 49. 106. 178. 242. 249. 268; voluptatis I. 222. 318. 325, II. 58. 69. 142. 159. 226. 234. 242. 284, III. 45. 78. 130-31. 143. 151. 165-66. 224-25. 288. IV. 6. 24. 26; avaritiæ II. 71. 129. 297-99, II. 147. 153. 477. 179.

192. 230. 285, III. 6. 123, 240; iracundiæ I. 11. II. 209. 280. 305, III. 1; tristitiæ, timoris et acediæ I. 231, II. 53. 129-32. 140. 193. 214. 226, III. 51. 142. 312, IV. 35. Ex his theoria tentationum juxta mentem S. Nili facili opera colligi poterit.

(c) Lib. I. ep. 12. 21. 37. 55. 58. 74. 103. 123. 183. 255. 245. 290. 302. 331; lib. II. ep. 3. 4. 21. 22. 43. 61. 98. 146. 193. 219. 222. 227. 236. 251. 258. 283. 331; lib. III. ep. 19. 26. 27. 29. 35. 50. 66-69. 71. 87. 88. 104. 108. 118. 122. 128. 144. 157. 161-65. 170. 173-74. 191. 211. 245. 281. 285. 304-5. 309. 321. 330; lib. IV. ep. 31. 40.

(d) Lib. I. ep. 4. 10. 24. 40. 50. 58. 86. 87. 107. 121. 137. 139. 165-66. 187. 196-97. 239-40. 323. 24. 327. 330; lib. II. ep. 12. 23. 41. 58. 73. 118. 161. 167. 175. 196. 201. 222. 308. 322. 329; lib. III. ep. 2. 3. 36-38. 86. 90. 97. 117. 125-27. 144-45. 148. 155. 159-60. 164-65. 167. 179. 197. 217-18. 221. 224. 238-39. 245. 247. 253. 256. 261. 264. 266. 271. 273-74. 278. 282-83. 287. 292. 295. 306-8. 315. 318-20. 324. 333; lib. IV. ep. 12. 16. 25. 34. 36. 41. 60. 61.- De lectione S. Scripturæ. I. 85. 118-22. 262. 264, II. 36. 37. 135. 198. 225. 257. 253, III. 164. 262. 278. 295.

(e) Lib. I. ep. 105; II. 41. 93. 167. 217. 269. 281. 296. 298. 307. 313. 320. 332; III. 93. 111. 257; IV. 47.

(f) Lib. I. ep. 1. 34. 55. 46. 129. 177-82. 222. 232. 281. 287. 307. 331-32; lib. II. ep. 43-140. ad solos monachos directæ sunt, item II. 25. 29. 179. 245. 266; III. 32-40. 46-61. 66. 67. 72-74. 90. 98-102. 107-8. 114. 119. 123. 125. 143. 147. 150. 132-53. 192-93. 229-30. 237-39. 244-42. 246. 303. 309. 332; IV. 1. (valde dubia), 38-41. 54. 60. De inclusis II. 96. De stylitis II. 114-15.

CHARACTER ET DOCTRINA S. NILI.

Sanctus et egregius Pater Nilus, prout in concilio Nicæno II vocatur (a), non tam dogmata fidei, quam morum in scriptis suis exposuit. Variæ ejus lucubrations thesaurum doctrinæ asceticæ comprehendunt (b); animi humani diversos motus intimosque recessus, malignas diaboli artes, benignam Dei misericordiam, multiplicem hominis pugnam, lapsum, victoriam, tam accurata cognitione, tenera sollicitudine, sincera charitate describit, ut nemo melius. Scripta ejus, vigore plena ac sententiis referta, similitudinibus elegantissimis nitent (c); et quamvis nervosa quadam vehementia excellant, dulcore tamen eximiæ charitatis omnia temperantur.

Doctrina ejus dogmatica, quæ ubique doctrinæ moralis fundamentum est, doctrinæ catholicæ apprime concordat, ut ex his patebit :

1. *Fides*, quæ initium est salutis, *Dei simul et hominis opus* esse, his verbis declaratur : « *Nemo venit ad me, ait Servator noster Christus, nisi ei desuper datum sit.* Non enim cuique obvia est fides in Christum; superiori namque impulsu indiget, cum vere credere generosi animi sit. Tali igitur animæ illa, quæ a Deo est, compunctio opus est, ut credat. Sed supernus quoque impulsus nostra eget electione et arbitrio. » Lib. II. eo. 288, Cf. Concil. Trid. sess. 6. cap. 6, et can. 3. 4.

2. *Bona opera necessaria* esse docet : « *Veræ pietatis ratio duobus constat, dogmatibus piis et bonis operibus* : unum igitur ab altero sejungendum non est. » Lib. II, ep. 161. Cf. Concil. Trident. sess. 6. cap. 11. 16. et can. 25.

3. *Transsubstantiatio* aperte proponitur : « *Ante sacerdotis verba et Spiritus sancti descensum nudus panis et vinum, commune, quæ proponuntur, existunt; at post tremendas illas invocationes et adorandi et vivifici et boni Spiritus adventum non sunt amplius nudus panis et commune vinum, quæ apposita sunt in sacro altari, sed corpus et sanguis pretiosus et immaculatus Christi, universorum Dei, ab omnibus sordibus eos mundantia, qui cum timore et desiderio maximo illorum participes fiunt (d).* »

4. *De confessione peccatorum et satisfactione* hæc habet : « *Tu, o sacerdos, ne despicias, sed potius amplectere et fove cor contritum et humiliatum, et redipiscitor et salvato, non tantum fructus rerum probe gestarum gravis pretii a delinquentibus quærens et exposcens per opera studiosa (δὲ ἔργων ἀσκητικῶν), sed et verba accipiens compunctorum pro peccato proprio et immensa cum animi dejectione tibi sua scelera confitentium (e).* »

5. *De invocatione sanctorum et sacris imaginibus* dicit : « *Omni in loco illis, qui per eosdem (sanctos martyres) Deum implorant, res omnes mirificas et præter expectationem advenientes Domini Christi celeberrimi atque honore et nomine illustres certatores (martyres) possunt efficere.* » — « *Fixi atque virilis genti proprium est, in sacrario versus Orientem ædis sacratissimæ unam solamque crucem formare; una siquidem salutari cruce omne genus humanum servitute eximitur et desperatis ubique gentium spes bona effulget; narrationibus porro ex Veteri Novoque Fœdere quaquaversum manu pictoris optimi ædem sacram reple, ut litterarum rudes et divinarum Scripturarum lectionis nescii ex tiguræ conspectu notitiam rerum optime gestarum eorum, qui vero Deo legitime deservierunt, acquirant et ad eorum res gloriosas atque præclaras certatim properent (f).* »

EDITIONES. Sancti Nili Opera quædam nondum edita Gr. et Lat. ed. P. Possinus. *Paris. 1639.* in 4°. — S. Nilabbatis Tractatus seu Opuscula (omissis iis, quæ ediderat Possinus) Gr. et Lat. ed. Suaresius. *Romæ, 1673, fol.* — S. Nili Epistolæ (355) Gr. et Lat. ed. P. Possinus, *Parisii, 1657.* in 4°. — S. Nili ascetæ, discipuli S. Joannis Chrysostomi, Epistolarum libri IV (quibus omnes prioris editionis epistolæ continentur, una excepta) Gr. et Lat. ed. Leo Allatius, *Romæ, 1668, fol.* — De his aliisque editionibus, quæ Latine tantum exstant, cf. Ceillier, l. c. art. III. n. 9. (p. 190.—95.) et Hoffmann *Lexicon bibliograph.* t. III. p. 141—45. Notari quoque meretur, textum Græcum Epistolarum Nili editionis Allatii multis mendis deformatum, versionem Latinam tam hujus editionis epistolarum, quam opusculorum editionis Suaresii multis in locis valde obscuram et implicatam esse.

(a) Concil. Nicæni, II, act. IV. (Mansi, t. XIII. col. 37.)

(b) *Epistolæ S. Nili ad spiritualem profectum plane conducunt, Mabillon Tract. de Studiis monast.* t. II. c. 20. (ed. Venetæ 1770. p. 172.) item c. 21. (ibid. p. 180.) et t. I. p. l. c. 15. (ibid. p. 55.)

(c) Vid. ex. Gr. lib. I. ep. 10. ; III. 153. 171. 264. IV. 26. 35.

(d) Ita lib. I. ep. 44. Similes loci occurrunt lib. I. ep. 99-104. II. 144. 233. 294 ; III. 39. 280 ; IV. 55. Cf. Concil. Trident. sess. 13. cap. 4. et can. 1. 2.

(e) Lib. III. ep. 243. Hinc et ἐξομολόγησις frequenter apud S. Nilum commemoratur, quæ tum confessionem, tum satisfactionem in se comprehendit, vid. lib. II. ep. 303. 326 ; III. 61. 63. 135. 171. 236. 243. 325. Cf. Concil. Trident. sess. 14. cap. 5. 8. 9. et can. 4. 6. 12-14.

(f) Lib. IV. ep. 62. et 61. ex Concilio Nicæno II. act. IV. (Mansi t. XIII. col. 34-38.) Cf. Concil. Trident. sess. 25. Decretum de invocatione sanctorum.

NOTITIA ALTERA.

(Leo ALLATIUS, *Diatriba de Nilis*, ad calcem Epistolarum Nili, p. 7.)*Nilus eparchus Constantinopolitanus, ex eparcho monachus et asceta cum Theodulo filio.*

Sed adest jam Nilus noster Asceta, cujus meminit Nicephorus Callixtus *Hist. ecclesiasticæ* l. xiv, c. 54, virtute, doctrina, atque eloquentia præstantissimi, quem Michael Neander quasi nullius prelii hominem *quemdam* vocat. Menologium Basilianum bibliothecæ Vaticanæ 14 Januarii: "Ἀθλητὸς τῶν ὁσίων Πατέρων ἡμῶν τῶν ἐν Σινᾷ ὄρει τελειωθέντων. Ἀπὸ διαφόρων τόπων καὶ χωρίων οἱ ἅγιοι οὗτοι ὑπάρχοντες ἀφήκαν τὸν κόσμον, καὶ συγγενεῖς, καὶ πλοῦτον, καὶ ἀπῆλθον ἐν τῷ ὄρει τῷ Σινᾷ, καὶ ἐγένοντο μοναχοί, δουλεύοντες μόνῳ τῷ Θεῷ, καὶ τρεφόμενοι ὀπὸ βοτανῶν ἀγρίων. Μετὰ τούτων δὲ ἁγίων ἦν καὶ ὁ ἅγιος Νεῖλος, ὁ γενόμενος Ἐπαρχὸς Κωνσταντινουπόλεως, ἀνὴρ σφδρῆς, καὶ εὐλαβῆς· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς διὰ τὴν Χριστὸν ἀπῆκε καὶ τὴν ὄξαν, καὶ τὸν πλοῦτον, καὶ ἐγένετο εἰς τῶν πτωχῶν μοναχῶν. Ἄλλ' ὁ διάβολος φθονήσας διήγειρε τὸ ἄγριον ἔθνος τῶν Βλεμμύων κατὰ τῶν ἁγίων Πατέρων· οὗτοι δὲ εἰσιν οἱ ἀπὸ Ἀραβίας ἕως Αἰγύπτου κατοικοῦντες τὴν θάλασσαν Ἐρυθρὰν, καὶ ἐπιζῶντες εὐρεῖν πλοῦτον ἦλθον κούρσευσαι τοὺς Μοναχοὺς. Ὡς δὲ οὐδὲν εὔρον, εἰ μὴ ψιᾶθια μόνα, καὶ τοὺς ἁγίους τρέχοντα φοροῦντας, καὶ οὕτως ἐτελειώθησαν. *Certamen sanctorum Patrum nostrorum, qui in monte Sina finem suæ vitæ sortiti sunt. Ex diversis urbibus et oppidiis cum essent hi, mundo, parentibus, et divitiis renuntiatis, cum pervenissent ad montem Sinai, monachi effecti sunt, et soli Deo inserviebant, herbis silvestribus vitam sustinentes. Cum his sanctis vitam ducebat beatus Nilus in urbe Constantinopolitana quondam eparchus, vir doctus, et in Deum piissimus. Quin et ipse propter Christum, et gloria, et divitiis dimissis pauperculorum monachorum habitum induit. Veruntamen diabolus invidentia tortus immanem Blemmydum gentem concitavit contra sanctos Patres. Blemmydes sunt ab Arabia usque Ægyptum maris Rubri accolæ, qui divitiarum expectatione erecti ad diripiendos monachos progressi sunt. Cum vero nihil amplius comperissent, quam tegetiçula ex junco, sanctosque ipsos ex pilis confectis indumentis circumvestitos, in rabiem versi eos culpæ exsortes contrucidarunt. Et sic vitæ finem posuere. Supra laudatus Callixtus loco dicto: Τῷ δὲ θεσπεσίῳ Νεῖλῳ πατρὶς ἡ τῆς Κωνσταντινίου ἐτύχχανε πόλις, ἥς τῷ περιόντι τῆς εὐγενείας, καὶ Ἐπαρχὸς ἐξηρημάτισε. Πλοῦτῳ δὲ βαθεῖ, καὶ δυναστείᾳ περιβρέθεμος ἀσκητικὴν ἀντηλλάττετο ἀγωγὴν. Admirando Nilo patria Constantinopolis fuit, cujus etiam propter egregiam generis nobilitatem præfectus fuit. Potentia, et opi-*

*bus affluens, asceticam illis prætulit vitam. Et Græcorum Menologium: Οὗτος πολὺς ἦν ἐν λόγοις ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαυρικίου Ἐπαρχὸς Κωνσταντινίου πόλεως γνωρίζομενος, σεμνῆ δὲ γυναικὶ συζευχθεὶς, καὶ δύο τέκνα, ἄρβεν τε καὶ θῆλυ, ἀποτεκῶν, τὴν ἑαυτοῦ πέπεικε σύζυγον τὴν Κωνσταντινίου πόλιν καταλιπεῖν, καὶ τοῖς τῆς Αἰγύπτου μοναστηρίοις κατασκηνώσαι, μερίσασθαι τε τὰ τέκνα, καὶ τὸν μὲν παραλαβεῖν τὸν υἱὸν Θεόδουλον, τὴν δὲ τὴν ἑαυτῆς θυγατέρα, καὶ οὕτω πόησαντες διέστησαν ἀπ' ἀλλήλων, καὶ ἐπεὶ ὁ μακαρὶος Νεῖλος τὸ ἕρος μετὰ τοῦ υἱοῦ κατελιφῶς συνῆν τοῖς Πατράσιν, καὶ τὰ ἐξῆς. *Celeber hic fuit hominum sermonibus, imperante Mauritio, urbis Constantinopolitanæ præfectura clarus. Qui honestissimæ matronæ junctus matrimonio, duobus ex illa susceptis liberis mare et femina, uxori persuasit, ut Constantinopoli relicta in Ægypti monasteria immigraret: partitque inter se liberos, ipse quidem Theodulum filium, illa filiam suam abducerent. Quo facto ab invicem sese disjunxerunt. Hinc cum beatus Nilus occupato monte cum filio sanctorum Patrum consuetudine frueretur, quidam serarum instar repentes atque irruentes Barbari, ejus filium Theodulum cum multis aliis captivum abduxerunt. Et Martyrologium Romanum: Pridie Idus Novembris, Constantinopoli S. Nili abbatis, qui ex præfecto urbis factus monachus sub Theodosio Juniore doctrina, et sanctitate floruit. Et tandem Menologium Sirleti die xii Novemb.: Natalis S. Patris nostri Nili. Hic fuit sub imperatore Mauritio sanctarum Litterarum eruditione et sanctitate morum insignis, qui cum orationis facultate et rectæ vitæ exemplo plurimos ad virtutis studium excitasset, in pace quiescit.**

Hic ut virus pravæ religionis, et petulantium sectariorum in pura claraque exulceranda veritate catholica animam infrenem prospicias, et in Callixtianiæ Historiæ verbis superius adductis inter pretandis malitiam, cum de nostro Nilo sermonem habet, repeto tibi verba Nicephori: Τῷ δὲ θεσπεσίῳ Νεῖλῳ πατρὶς ἡ Κωνσταντινίου ἐτύχχανε πόλις, ἥς τῷ περιόντι τῆς εὐγενείας καὶ Ἐπαρχὸς ἐξηρημάτισε, πλοῦτῳ δὲ βαθεῖ, καὶ δυναστείᾳ περιβρέθεμος τὴν ἀσκητικὴν ἀντηλλάττετο ἀγωγὴν. Admirando Nilo patria Constantinopolis fuit, cujus etiam propter egregiam gentis nobilitatem præfectus fuit. Potentia et opibus affluens, asceticam illis prætulit vitam. Quorum illa sententia est; licet nobilitate, dignitate; opibus et rebus aliis clarissimus, et in urbe omnium præcipua, viribus præemineret, nihil-

n. nus amore Christi omnibus renuntiavit, et asceticam amplexatus, in Deo suo et Christo spem collocavit. Quod in tanti viri laudes reponendum est, easque eximias, assertore Callixto. Quid autem qui carni et mundo deserviunt, et bonam Christianorum educationem, et carnis excruciationem dissipant, ex verbis istis Callixti Magdeburgenses convertunt? *Nilus vir generis nobilitate, et virtutum ornamento præclarus monachus, urbis Constantinopolitanæ indigena, et præfectus postremis Junioris Theodosii temporibus. Cumque potentia et opibus afflueret, atque etiam alio modo Ecclesiæ et reipublicæ recte et multum servire; prodesseque potuisset, tamen ex sinistro Scripturarum intellectu, et perversa illorum temporum superstitione, relicta legitima sua erga præclara vocatione, monasticen est amplexus.* Et hæc quidem si uti sua testarentur, moderate ferenda a Catholicis essent, qui hæreticorum petulantiam perspectam habent: verum cum addunt *ea referre auctore Nicephoro, lib. xiv, cap. 54, quis bene toleraverit? Scriptori crimini hæud obnoxio crimen tam atrox etiam cum mendacio, ut obæcetos mente, et rudes fallere possint, appingere, quis tolerabiliter tulerit? Sed hoc dandum est hæreticis, qui ex se veluti aranei tela fingunt.*

Ad hæc adjiciunt eadem centuria cap. 10, post illa insulsa de Nilo episcopo et martyre, quæ posterius videbitur, de capitulis sancti Nili: *De bonis operibus præcepta exposita secundum seriem Decalogi, quibus insertæ sunt sententiæ de præmiis bonorum operum, et pœnis malorum. Quæ etiam in gnomographis quibusdam Græcis continentur. Cæterum de fide, aut aliis doctrinæ partibus nihil dicit. Sed incommode loquitur, potu aquæ frigidæ justificari misericordem.* Quis nunc voce non contenderet? O homines feneos, infelices, et fricti ciceris emptores, qui nec scripta legere, nec lecta intelligere, neque discernere valetis. Destituti ventis, reinos saltem adhibere quis vetat? Quis asseveraverit Nilum de fide, et aliis doctrinæ partibus nihil dicere? Quis Nilo vitio dederit, quod de præmiis bonorum operum et pœnis malorum scripserit? Quis Nilo Constantinopolitano attribuerit dictum de potu aquæ frigidæ? Adeat scripta. In illis præclarissima et præstantissima de fide, et de doctrina catholica, si cæcus non est, reperiet: nec illum aversabitur iudicio, quod de præmiis honorum operum, et de pœnis malorum dictaverit. Sed istis opertissimis infamia criticis concedamus, dum alia atque alia scriberet Nilus, in nonnullis de dogmate siluisse. Tum advertendum est enim sæpe sæpius cum plumbeis hominibus egisse, et ad dogmata intelligenda ineptissimis, et tantummodo corporis exercitationibus ut Deum sibi conciliarent deditissimis: quare superiora et elevatiora illa mysteria evolvenda non erant. Dum vero cum præstantibus ingenio tractabat, tum expurgatis dissidiis, et discussis nebulæ dubiis secundis

ventis in æthera elatus mysteria fidei fundebat. Non credis? Percurre libros, et admiraberis genii dexteritatem in rebus tractandis. Et ut finem orationi imponam, cui fidens, quæ Rossanensi Nilo-historia defert, tu ad Constantinopolitanum Chrysostomi discipulum detrahis? Dictum de aqua frigida, Rossanensis discipulus Rossanensi non invitis manibus dat. Tu quingentis annis millesimum mutilas, nec tot annorum spatium decurtatum exhorrescis? Audi illius discipulum, ex quo Baronius sua hæbet. *Dicit Nilo Rossanensi Nicolaus protospatharius. Pater quare dicit Evangelium, quod quicumque parvum calicem aquæ frigidæ dederit, non amittet mercedem suam? Respondit ille: Propter hoc dictum est illis, qui nihil habent, ut nullus excusetur, qui nec habet ligna, quibus calefaciat aquam, Quid vero facietis vos, qui pauperibus frigidam aquam aufertis? Christus eadem pronuntiat, ut ostenderet, sic enim doctores, iique maximi tradunt, exiguum et facile beneficium, et fere nullius æstimationis apud homines, tamen habere constitutam mercedem a Deo, eamque non exiguam; quæ enim Deus promisit, parva esse non possunt; majora sunt, quam æstimari possent ab iis qui recepturi sunt. Aquæ frigida satis indicat studium et diligentiam in beneficio exhibendo, quamvis exiguo. Æstimat enim Deus opera magis ex studio, et divina mentis incitatione, quam ex rei magnitudine. Hæc dicit Christus; et Nilus identidem eadem revocando pronuntiat. An videri potest commodius et aptius? Christus loquitur, qui pleno pectore et per se sapit. Dicito tu commodius, qui diviniore mente, et consilio sapit. Nilus Christi verba repetit; et tu Nilum incommode loqui non vereris asserere, dum ait potum aquæ frigidæ justificare misericordem: et vulgi reprehensionem non reformidas? Ita tandem et Evangelium, et Christi verba ad libitum tuum consingito, redditoque incudi versus male tornatos, ut incommodis, quæ mentem tuam dilacerant, mederi valeas.*

Doctissimus Possinus in Menologii Græci verbis *Mauritium in Marcianum* demutat; quod apte cadit in rem. Qui enim potuit sub Mauritio, qui imperium iniiit anno Domini 583 communi spiritu frui, qui Joannis Chrysostomi discipulus, et æqualis fuisse asseritur, cujus obitus anno 407 ab historicis ponitur? Vixisset utique minimum annos 175, demptis etiam annis, quibus ad obtinendas disciplinas Chrysostomo adhæsisse negandum non est. Et quis crederet Nilianæ ætatis adeo diuturnæ spatia? Hic idem Possinus in præfatione sua in Epistolas Nili ad Eminentissimum Barberinum aliam, notat de Nili ætate Caryophylli hallucinationem: *Quarum primum antiquitas ea est, cui qui mille annos imputare satis habuerit, detraxisse de vera summa deprehenditur annos fere trecentos, totum nimirum intervallum, quo Arcadii principatus, vera et certa ætas Nili nostri antecedit Mauritium Augustum, quo tamen imperante floruisse scripsisseque Nilum vir alioquin doctus*

hællucinatus est. Et addit in margine: *Joannes Matthæus Caryophilus Præfatione in Vitam sancti Nili Junioris.* Verba Caryophili hæc sunt: *Ut autem Nilus hic noster Italo-Græcus Rossanensis, Junioris titulum habuerit, paralleli quædam fuit admirabilis convenientia cum antiquiori Nilo, quem pietatis monasticæ splendor, et præclara ingenii monumenta de vitæ solitariæ instituto immortalæ reddiderunt. Vixit is imperante Mauritio, et prætorem Constantinopoli egit, deinde paribus sum uxore votis, regulam ipse quidem monasticam professus est in Ægypto una cum filio Theodulo, et sacerdos fuit, uxor vero cum filia recessit in seminarum monasterium, et uterque sanctitatis lauream adeptus est. At vero Nilus Junior licet sacerdos nunquam fuerit, tamen relicta uxore tantos in monastica professione fecit progressus, ut plane monachorum eremitarum institutor evaserit, et Basilii Magni ordinem in Italia mirifice illustravit. Scripta vero ejus, etsi nulla exstant, multas tamen et egregias ab eo fuisse elucubratas epistolas, testatur qui præclaram hanc Vitæ ejus historiam posteritati mandavit.*

Et Chrysostomi fuisse discipulum habeo ex Callixti Historia, lib. xiv, cap. 30: *Ναῖδος τὸ ὁ θεοπέσιος ἀσκητῆς, ὃ τε τοῦ Πηλουσίου Ἰσιδωρος, καὶ ὁ πολυθρήλλητος ἀσκητῆς Μάρκος, Ἰωάννη τῷ πάνυ μαθητευθέντες. Insuper Nilus ascetes venerandus, Jaidorus Pelusiota, et decantatus monachus Marcus, Joannis Magni discipuli.* Bellarminus de Scriptoribus: *S. Nilus Joannis Chrysostomi discipulus vixit tempore Theodosii Junioris.* Gretserus, *De cruce*, lib. I, cap. 35. Labbæus in sua *Bibliotheca*, et Joannes Andreas Questadt.

Sed quid in indaganda Nili ætate externorum testimoniâ conquiri? Ipse sibi Nilus testis locuples est, et ætatem suam firmissime asseverat, et sub quo spiritum ducebat imperatore indicat. Legantur, si volupe est, ipsius ad Arcadium imperatorem litteræ, quas hic cum aliis edimus, ediditque. Possinus, ejus de exilio Joannis in ipsa sententiam ponit in crimine: *Ἰωάννην οὐκ εὐλόγως εἰς ἔξορίαν ἐξέπεμψας ἐκ πολλῆς ἐλαφρίας τοῖς μὴ ὑγιαίνουσι τὸ φρονεῖν ἐπισκόποις παραπεισθεὶς. Joannem non recte in exilium amandasti præ multa levitate ab insanis quibusdam episcopis male persuasus.* Et: *Πῶς ἐπιθυμαῖς τὴν Κωνσταντινούπολιν τῶν συγκυσιῶν σεισμῶν, καὶ τῆς ἐπελευσεως τοῦ αἰθερίου πυρός ἀπηλλαγμένην ἰδεῖν, μυρίων ἀποπημάτων αὐτόθι γενομένων, καὶ νομιτευομένης τῆς κακίας σὺν παρῆσι πολλῆ, ἄφορηθέντος τοῦ στόλου τῆς Ἐκκλησίας, τοῦ φωνῆς τῆς ἀληθείας, τῆς σάλπιγγος τοῦ Χριστοῦ, Ἰωάννου.* *Quomodo cupis Constantinopolim creberrimis terræ motibus, et immissione frequenti æthereorum ignium liberatam cernere, cum innumerabilia istic placula committantur, et auctoritatem sibi plenam fiducia liberrima invidia, et furor exercean, exterminata Ecclesiæ columna, luceritatis, et tuba Christi Joanne, etc.* Hinc si Mauritium intruderemus, non sine magno conatu magnas

negas diceremus, et Nilum hunc nostrum, centum et octoginta annis majorem pinguiore minerva affirmarem, eoque præcipue, si tum sanctum hominem et adultum artibus, et non in ipso sui ortu has Arcadio dedisse epistolas pro compertis poneremus.

Caryophili oscitantiam videtur extenuare Gulielmus Sirletus in Menologio Græcorum Latine a se reddito, quod oculis quoque sequi poteris: *Die 12 Novembris: Natalis sancti Patris nostri Nili.* *Hic fuit sub imperatore Mauritio, etc.* Quinimo ipse Caryophilus extra omnem culpam se ponet, si testimonium ipsius Nili cera miniata non notabitur. Et quis in causa Nili scripta ipsius Nili improbaverit, vel sententiam exploserit? Sit ergo in medio, et de sua ætate litem præfinit, ex epistola ad Zosarium tribunalum, lib. I, epist. 55: *Μηδὲ ἀπατάτω Ἰουδαὸς λέγων, δι' ἐτέρας ἀμαρτίας ἀπηλωτριῶσθαι τῆς Παλαιστίνης· οὐ γὰρ δι' ἄλλας ἀμαρτίας, διὰ δὲ τὴν κυριοκτονίαν πεπόνθασι τὰ ἀνήκεστα. Πρώην μὲν γὰρ εἰδωλολατροῦντες, καὶ τοὺς προφῆτας φονεύοντες, καὶ τοῖς δαίμοσι τὰς θυγατέρας, καὶ τοὺς υἱοὺς θύοντες τοῖς ἀλλοφύλοις εἰς ἀχμάλωσιαν ὑπὸ Θεοῦ παρεδίδοντο, καὶ μετ' ὀλίγα ἔτη τῷ θεῷ βουλήματι πάλιν ἐπανήγοντο εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Ἀφ' οὗ δὲ τὸ ἀνάτατον τετολμήκασι πρᾶγμα εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὰς χεῖρας ἐπιβαλεῖν παντελεῖ πορθήσε: ἐκδέδονται. Ἰδοὺ λοιπὸν πεντακοσιοστὸν ἔτος, καὶ οὐδαμοῦ θέλα τις ἐπισκοπῆ, οὐκ ἀντίληψις, οὐ παρηγορία, οὐ προφήτης νοουθετῶν, καὶ στηριζῶν, ὥσπερ ἐν Βαβυλῶνι Ἰεζεκιήλ τε καὶ Δανιήλ, καὶ οἱ ἄλλοι· οὐκέτι γὰρ αὐτοῖς θέλει προσομιλεῖν ὁ Θεὸς βδελυττόμενος τούτους·* *Ne te seducat Judæus asserens, propter alia peccata spoliatum se esse Palestina; neque enim ob alia peccata, sed propter Domini necem, multa gravia, quibus nulla medicina est, perpassi sunt. Etenim ante illa tempora idola colentes, prophetas trucidantes, dæmonibus filias filiosque sacrificantes, alienigenis in captivitatem a Deo tradebantur, et paucos post annos, ita Deo annuente, in terram promissionis reducebantur. Ex quo vero immedicabile facinus, in Filium Dei manus apponentes, perpetrarunt, perpetuo excidio traditi sunt. En itaque quingentesimus annus, et nusquam divinum subsidium, non auxilium, non consolatio, non propheta instruens, et confirmans, quemadmodum in urbe Babylone Ezechiel et Daniel, ei alii; non enim cum illis, ab eis abhorrens, Deus colloqui vult.* Inlegitur corpus epistolæ sacrosanctæ appositum est. Ab eo tempore, quo Judæi præsentis animo in Dei Filium manus superponentes, de eo capitalem cædem fecerunt, ideoque perpetuo excidio traditi sunt, est annus quingentesimus, non contractis litteris, aut brevibus numerorum notis, sed extensis et illæsis characteribus designatus, ne scriptoris oscitantiam mendum tribuatur. Ab anno Nativitatis Domini quingentesimus, est Athanasii imperatoris decimus, Symmachi papæ secundus. Annus quo exsulavit Joannes Chrysostomus

est Domini quadragesimus quartus, Arcadii imperatoris decimus, Innocentii papæ tertius. Ergo si scribebat hic Nilus Joanne Chrysostomo nondum mortuo, ut superius vidimus, erat, cum hæc posteriora scriberet annorum nonaginta trium, quibus si appingas annos minimum triginta, quibus sub magistro Chrysostomo, mores ad molliorem idoneos exiit, et artibus ingenius instructus auctoritatem, et dicendi libertatem consecutus, imperatorum labes et maculas non comuni vituperatione, sed ingenuitate libera reprehendere posset, annos tum centum viginti tres numerabat: forsitan hoc non videbitur absurdum. Forte enim ita tulit natura locorum, continentia, et affectio animi, quæ sanitati corporis nequaquam nocent.

Ego cum in Bene nata regni Neapolitani provincia, Basilicata sequiori nomine dicta, immorarer, cognovi de plebeia sæce, auctos tamen divitiis duos, et cum iis pariter habitavi. Erant illi duramento corporis prævalidi, compactis nervis firmissimi, dentibus fere omnibus constipati, et, ut verbo expediam, athletis ipsis robustiores. Hi ante primam lucem tres vel quatuor horas, hiberno etiam tempore, cum ventorum algoribus, et nivium tumulis omnia congelascunt, expectati, subito cubili exsultantes præ lætitia egrediebantur: et post agitatorum brachiorum motibus pectus et latera tundeant in orbem contusa; et ductim in se vini, quod in illa regione et suavitate, et lubentia, et gratia aliorum omnium longe præstantissimum est, liquore inverso, arrepta perula ea panem niveum, quandoque etiam sordidum, vel rubidum, ut sors tulerat, neque enim lenocinia quærebant cupiditatum, inferebant. Tandem falce stramentaria, vel ligone humeris superposita, ædibus facescentes, in agrum devolabant: atque per totum diei spatium consummabant multum operæ, exercentesque frangebant se laboribus, dempta tantummodo hora, qua epulis domo abductis uti lautis conviviis et sumptuosis vacabant, donec inclinato sole sub noctem domum regressi, et cœnati, et jam dormitantes super lectum procumbebant, de novis laboribus solliciti. Et horum alter centum quindecim; alter centum et viginti vitæ suæ annos compleverant. Quot autem anni post meum e Basilicata abscessum vitæ illis adaucti sint, nondum comperi: nulla equidem me hujus cupiditas tenuit. Id vero, quod narraturus sum, me mihi pene eripuit. Puerulus ex insula Chio Romam cum materno avo Michaelæ Neurida contendens, cum ob exilem ætatem Romæ in collegium Græcorum aditus remoretur, sanctionibus id collegii pernegantibus, Paulæ Calabriæ apud illustrissimum Marium Spinellum constiti, qui me eximia charitate complexus, oculitus amavit, et præceptoribus humanioribus artibus tinctis, ut ferebat illa ætas, instruendum tradidit. Dum circa trivia animi relaxandi gratia cum sociis annexis pererro, occurrit properanti anilitate cana decipiens senex, cadaverosa facies, et plane

morticinium. Huius ad latus pueri, senes, juvenes, et ex vili sæce hominum plures, qui perdidiculis illius gestis, dictisque oblectati concomitabantur. Inquiro quid hoc rei esset. Omnes et maxime prudentiores respondent illum Acheronticum esse senem, ideoque truncum, et album colorem ab atro non altra discernere. Proptereaque ex malis illius astantes ludos sibi facere: jam enim compleverat annos centum et triginta. Ego puerulus nihil cum animo tum agitavi. At subgrandes et mente senes aderant, in jocos transfusi: Bene sese res habet, clamitant. Et quis teste oculato hoc ita esse non convicerit? Alii, Non ad testes, qui nulli sunt, sed ad monumenta ecclesiastica provocamus. Arrisictum omnibus, continuoque ad ecclesiam progressi, advocato parochæ, librum, in quo sacro lavacro intinctorum nomina consignantur, curiose examinant, et anno 1462 nomen agnomenque hominis, de cujus ætate ambigebatur, dilucide expresseque reperiunt, indeque colligebatur anno 1520, vel circa, sancto Francisco familiarissime usum, multasque res sermonibus una inter se agitasse. Et is tandem senex delirus celerigradu per scalas ædium properans, antequam ego Paula abscederem, præceps in caput dejectus animam effudit. Et hæc de macrobiis usu meo exploratis adduxi, ut *quingentesimum* memoratum a Nilo in hac epistola conjectura satis probabili, et deinceps vitam ejusdem diuturniorem, de cujus longinquitate nihil certum refertur, proxime ad verum accedere colligeremus. Quod si commodum non videbitur, dicemus in ea epistola Nilum numerum integrum et completum pro incompleto atque truncato usurpasse, ut adjunctione simili incrementum suæ demonstrationi contra Judæos conciliaret; cujus exempla in sacris quoque Litteris frequentia sunt: *sed summa sequor fastigia rerum*. Sed Mauritiū anni perquam longissime remoti sunt. Tum enim Nilus prorogasset terminos vitæ ad annum 176. Ego quidem hoc formido credere, et cujus fide credam? Credo Deum hoc posse: si fecerit, ex ingenio quisque suo addat vel demat fidem.

Sed hallucinatus est Caryophilus. Esto. Sed cum Græcis in Menologio Græcorum, nunc quoque ad accuratissimum Sirletum, qui, ut verosimile est, non ex propriis, sed ex codicibus Græcis, illis forte antiquissimis, cum quibus hallucinari maluit in sua interpretatione, quam demendo nomen Mauritiū, de mala fide suæ Interpretationis in crimen vocari, et accersitus iudicio de sui purgatione commentaria scribere. Quid si diceret alium esse hunc Nilum, et non Constantinopolitanum? Id neque ex Græcorum Menologio, neque ex Sirleto evincitur, cum Constantinopolitani scripta et res gestæ majori sua parte descripta eodem die utriusque tribuantur.

Fuerunt alii quoque in hujus Nili laudibus effusiores. Franciscus Zinus epistola ad Augustinum

Valerium episcopum Veronensem de S. Ephræm, Nilo, Marco et Isaia : *Neque ipsi episcopatu tuo essent indecores. Sunt enim homines frangi, exigui sumptus, et magnæ utilitatis. Tacere sciunt in loco, et, cum opus est, loqui. Valent ingenio. Magno sunt rerum usu, doctrina et prudentia præditi singulari, Cum domesticis tuis propter sanctos suavesque mores jucunde versabuntur. Si invisendæ tibi erunt Ecclesie tuæ, vel in civitate, vel in tota diœcesi, quo quidem visitationis munere omnium gravissimo, et laboriosissimo diligentissime fungeris : si monasteria virginum aut monachorum, si seminaria tua, vel antiquum acolythorum ab Eugenio IV, summo Pontifice institutum, et a superioribus episcopis, et canonicorum capitulo bene semper administratum, a te vero mirifice auctum, atque exornatum, vel novum incredibili studio, cura, et diligentia tua ex decreto et institutis sancti Tridentini concilii erectum et completatum : si derelictorum, et derelictarum loca, in quæ summo cum Dei honore, et totius civitatis commodo, et lætitia omnes utriusque sexus pauperes, passim antea vagantes ita congestisti, ut nullus amplius inops et mendicus in urbe vagari comperiat ; si hospitalia, quorum præcipuum tu curam geris ; si lites, discordiæ, inimicitia dirimendæ ; si pax inter cives concilianda ubique, semper dulci quadam suavitate et eloquentia illa Christiana, quam tu in præclara illa tua rhetorica ecclesiastica tam eleganter docteque tradis, etc. Et epistola ad Aloysium Lipomanum Opusculis Nili et Marci præfixa : Sunt profecto abbates isti auctoritate graves, plurimo rerum usu, et doctrinis cœlestibus eruditi. Admiraberis acrem eorum in corrigendis vitiis gravitatem, eximiam in docendis virtutibus, et bonis moribus diligentiam, singularem in exponendis Scripturis eruditionem. Perversas hujus ætatis in religione de fide, et gratia, et operibus opiniones, atque alios errores, et hominum flagitia ita norunt, sic insectantur, atque coarguunt ut non multis sæculis procul ab hominum consuetudine in tenebris prope sepulti jacuisse, sed nobiscum assidue versati esse videantur. Photius in Bibliotheca, cod. 201, et alii, quos infra videbimus. Nunc vero non abs re fuerit duo in hunc sanctum Disticha ex codd. ms. præmittere.*

*Νεῖλος μὲν ἄρδει τῆς ἀνύδρου τὰς γάρας,
Νεῖλος δὲ πιστῶν ἐκπαλεῖ καρδίαν.
Νεῖλου μὲν ποταμοῖο ῥόος χθόνα εἶδε ποτίζειν.
Νεῖλου δ' αὖ μοναχοῖο λόγος φέρας εἶδεν κάτσειν.*

Necnon et illa ex Menologio Græcorum :

*Αἴγυπτον ἄρδει Νεῖλος, ἀλλὰ καὶ κτεῖν
Λόγῳ κατάρδει καὶ θανάτῳ Νεῖλος μέγας.*

Interpretatus est doctissimus Possinus :

*Nilus Canopum, major hic fonte ingens
Orbem universum et mortuus Nilus rigat.*

Honestissimæ matronæ matrimonio junctus duos ex illa suscepit filios, marem et feminam. Uxor ab eodem inducta una cum filia in Ægypti monasteria immigrat. Ipse cum Theodulo filio Sinæum montem occupat, ut sanctorum Patrum consuetu-

dine frueretur. Theodulus a Barbaris captivus factus post multa vitæ pericula ac laniatus, tandem ab episcopo redimitur, et sancta et religiosa vita perfunctus animam Deo reddidit. Hunc Græci uti reliquos sanctitate eximios viros, venerantur et colunt die decima quarta Januarii. Menologium Basilianum : *Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδοῦλου. Οὗτος ὑπῆρχεν υἱὸς Νεῖλου τοῦ σοφοῦ τοῦ γεγονότος μὲν ἐπάρχου Κωνσταντινουπόλεως · καταλιπόντος δὲ τὴν δόξαν τοῦ κόσμου, καὶ ἀπελθόντος ἐν τῷ ἔρει Σινᾶ, καὶ μονάσαντος μετὰ τοῦ υἱοῦ · τῶν δύο δὲ ὑπαρχόντων ἐκεῖ, καὶ τὴν ἀσκητικὴν πολιτείαν διανούστων, ἐξαίφνης ἐπιπεσόντων τῶν Βαρβάρων, καὶ ἀρξαμένων κατασφάζειν τοὺς ἁγίους Πατέρας. Ὁ μὲν Νεῖλος ἠδυνήθη φυγεῖν, ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Θεόδουλος ἐκρατήθη αἰχμάλωτος μετὰ ἄλλου ἐνὸς νέου, καὶ δεθέντες ἐσύροντο. Ἠπλήκυσαν δὲ οἱ Βάρβαροι, καὶ ἐβούλοντο σφάζει τοὺς νέους, καὶ θῆσαι τῷ πρὸ τοῦ ἡλίου ἀνατέλλοντι ἄστρω · καὶ ὁ μὲν εἰς ἔφυγεν · οἱ δὲ Βάρβαροι κοιμηθέντες, τοῦ ἡλίου ἀνατελλάντος, καὶ τοῦ ἄστρου κρυθέντος, οὐκ ἔσφαξαν τὸν Θεόδουλον. Βουλόμενοι δὲ πωλῆσαι, δύο μόνους χρυσίνους ἐλάβανον, καὶ τυμνώσας ὁ εἰς τὸ ξίφος, ἤθελε σφάζει · τότε ἠγόρασεν αὐτὸν ὁ ἐπισκόπος, καὶ ἀπέλυσε, καὶ καλῶς βιώσας ἐκοιμήθη. Hoc eodem die commemoratio S. Patris nostri Theoduli. Hic erat filius sapientis Nili eparchi Constantinopolitani, qui, mundana gloriola renuntiata, in montem Sinæum progressus, una cum filio monachum induit. Dum ibi immorantur in ascetica disciplina elaborantes, repente Barbaris irruentibus, et sanctos illos Patres contrucidantibus, Nilus in fugam se dedit, filius Theodulus, et alius ejusdem cum illo ætatis ducti, evinctique ducebantur ; sed cum certum in locum ex itinere Barbari divertissent, stauerunt juvenes mactare, eosque stellæ ante solem exorienti hostias immolare : sed unus quidem ex his fuga salutem petiit. Barbari vero gravi sopore sepulti, cum exorto sole stella evanisset, ab occidendo Theodulo manus abstinerunt ; cum postmodum de eo pecunia commutanda decrevissent, nec ultra duo solique aurei offerrentur, unus ex illis nudato gladio eum conficere tentabat : tum episcopus eum a Barbaro mercatus, in libertatem exemit, qui cum perquam optime vitam duxisset, obdormivit in Domino. Et Sirletus in Menologio Græcorum : Eodem die 14 Januarii S. Theoduli. Hic fuit filius Nili viri sapientis, qui relicto sæculo, in montem Sinam se contulit, ubi cum filio vitam monachi exercuit. Multa ingenii sui monumenta posteris reliquisse certum atque indubitatum est, quorum pars non exigua typorum præsidio incem videt, pars in manuscriptis apud decantatissimas bibliothecas manuscripta latet, pars etiam temporum injuriis deperdita est. Neque enim illi copiose loquens sapientia, neque rerum in Scripturis obscurarum explanatio, neque bonas artes moresque subserendi studium, illudque supremum defuit. Nicephorus Callistus lib. xiv : Λόγῳ*

ὅτι δυνάμει κρατῶν, καὶ τῇ θεῷ νευρούμενος χάριτι συγγράμματα διάφορα καταλείπει πρὸς ἄσκησιν ὑπαλείφοντα, οὕτω φράσεως καὶ νοημάτων μετέχοντα, ὡς τὸν ἀναγιγνώσκοντα χάριτος ἀφράστου ἐμπλεῶ καθιστάναι. *Et cum eloquentiæ vi polleret, divinæque gratiæ nervis validus esset, scripta varia, quæ vitæ monasticæ exercitium instruunt, reliquit, verbis et sententiis ita composita, ut lectoris animum gratia incredibili recreent.* In omni recto studio et humanitate versatus Philippus Labbæus in *Nova Bibliotheca : Nili Constantinopolitani S. Joannis Chrysostomi discipuli multa jacent opuscula in Parisiensibus aliisque bibliothecis, quæ ut audio parantur publicæ utilitati ab erudito interprete.* Et pag. 95 : *Nili patriarchæ Constantinopolitani opera varia in codd. regis, 378, 498, 615, 932, 944, 722, 1067. 1662, 1387, 1388, 2005, 2218. Multa quoque ejusdem S. Nili opuscula erant in bibliotheca Sirlitiana, quæ aliis memoranda relinquo.* Ita Labbæus hic et alibi : Josias Simlerus in *Epitome Gesnerianæ Bibliothecæ*, Georgius Draudius in *Bibliotheca classica.*

Hunc sanctum Nilum nostrum ascetam alii atque alii nuncupant *archiepiscopum* et *episcopum Constantinopolitanum*, perinsigni in manuscriptorum codicum pravitate decepti. Joannes Andreas Quenstadt : *Constantinopoli natus est Nilus monachus, Joannis Chrysostomi discipulus, qui multa scripsit de institutione monachorum, teste Nicephoro Histor. lib. xiv, cap. 53. Quædam ejus exstant in Bibliotheca Patrum, tomo V, edit. 2. Separatim vero exstat liber S. Nili De Christiana philosophia, quo nomine monasticam significat.* Photius in *Bibliotheca*, cod. 201 : *Lectus est Nili monachi liber, τριῶν καὶ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν κεφαλαίοις διαιρούμενος, τὸν τῆς προσευχῆς δὲ ἐν τοῦτοις ὁ θεὸς ἀνὴρ ἀναπτύσσει τύπον. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα αὐτοῦ ἀξιόλογα, ποικίλας ὑποθέσεις ὑποβαλλόμενα, εἰς τε τὸν ἐπιστολιμαῖον τρόπον, καὶ εἰς τὸ συγγραφικὸν ἀνηγγμένα συγγράμματα φέρεται, τὴν τε κατὰ τὰ ἔργα τελειώτητα, καὶ τὴν ἐν λόγοις μαρτυρούμενα δύναμιν · in centum et quinquaginta tria capita divisus, quibus precandi formam vir ille divinus exposuit. Feruntur ejusdem et alia plura lectu digna diversi argumenti opuscula, partim Epistolæ, partim Historiæ forma conscripta, quæ non operum tantum perfectionem insignem, sed in dicendo quoque facultatem ejus testantur.* Ibidem alia ejusdem Nili Andreas Scottus recenset opuscula, quæ in *Italia, bibliotheca Regia, et Augustana dicuntur exstare.* Dubitat nihilominus, an unius Nili sint omnia. Excerpta ex ejusdem Orationibus in *Pascha prima, et secunda, in Ascensionem Domini prima, secunda et tertia satis prolixa totidem verbis exseribit idem Photius in eadem Bibliotheca.* Hic non absque oscitantæ nota designandus est supinus error. Gesneri et Simleri, in *Bibliotheca*, qui opuscula Theologica Nili cum capitibus Diadochi confundunt : *Sancti Nili Orationes monasticæ in Vati-*

cana, Opuscula quædam Theologica, et Capita φωτικῆς. Et quod magis est, *Magdeburgenses cent. 5, cap. 10 : Nili monasticas Orationes exstare Græcas Romæ in Vaticana. Item Opuscula quindecim Theologica, et cap. φωτικῆς. Item librum ad Bariclem episcopum.* Et infra : *Præbet tamen prope modum conjecturam, quod scriptum quoddam capita φωτικῆς commemoratūr. Et Nicephorus, etc.* Si ullus alius, plane Photius ipse, ne hic multorum testimoniis remi traham, similem errorem, aperte profligat. Namque ait : *Πατέρα δὲ τοῦ λόγου Διάδοχον ἢ ἐπιγραφὴ λέγει, Φωτικῆς τῆς ἐν τῇ παλαιᾷ Ἡπείρῳ ἐπίσκοπον · Auctorem ejus inscriptio ipsa facit Diadochum Phatices illius, quæ est in vetere Epiro, episcopum.* Et infra dum agit de Sophronii Hierosolymitani patriarchæ Epistola synodica : *Καὶ ὁ τῆς Φωτικῆς ἐπίσκοπος ὄνομα Διάδοχος · Et Phaticæ episcopus nomine Diadochus.*

Omnia istius opuscula, quæ pleraque sunt, nondum quisquam justum in volumen redegit. Sunt nihilominus partim Latine reddita, editaque. Oratio ad Deum contra Barbarorum incursions, bella intestina, pestem, famem, et mortis vim præsentem Joanne Sambuco Pannonio interprete : *P. Omnipotens Domine Deus, Pater ingeniti Filii.* Edita Latine tantum Batavii, anno 1555; exstatque ms. in biblioth. Imperatoris, Viennæ.

Petrus Franciscus Zinus Veronensis in Latinum convertit, et publicavit Venetiis, anno 1557, in-8.

Librum *Nili Asceticum, sive de vita et moribus monachorum.* P. *Multi ex Græcis, et Judæis non pauci.*

Ad monachos institutionem. P. *Victus intemperantiam jejunium tollit.*

Adversus vitia Orationes septem.

De gula, orat. 1. P. Principium flos est proficiendi.

De luxuria, orat. 2. P. Pudicitiam parit temperantiam.

De avaritia, orat. 3. P. Avaritia malorum est omnium radix.

De ira, orat. 4. Ira furori atque insanie affinis est.

De tristitia, orat. 5. P. Spiritus voluptatem ignorat monachus.

De acedia, orat. 6. P. Animi debilitas est acedia.

De inani gloria, orat. 7. P. Inanis gloria est animi perturbatio rationi contraria.

De superbia, orat. 8. P. Superbia est animi tumor, sanie plena.

Diversa capita. P. Dei timorem ac studium retine.

De oratione, cap. 153. Qui odoriferum cupit thymiana.

Ad juniores monachos institutionem. P. juvenis colat quietem in corpore.

Ad Anastasium episcopum epistolam. P. Joannes sacerdos admirandus Ecclesiæ Constantinopolitanæ.

De nimis diuturna præfectura . P. Tradunt rerum naturalium observatores.

In Bibliotheca Patrum Veterum, Coloniae edita : Ex quodam *Parænético* libro fragmentum. P. *Nunquid angelos, vel potestates, etc.*

De octo vitiosis cogitationibus.

De gula. P. De octo vitiosis cogitationibus, seu affectibus.

De fornicatione. P. Fornicationis spiritus per carnis.

De Avaritia. P. Externum est avaritiæ bellum.

De ira. P. Ira cum semel pectus obsederit.

De tristitia. P. Cum improbus tristitiæ spiritus.

De acedia. P. Acediæ spiritus mæroris spiritum.

De inani gloria. P. Inanis gloriæ affectus multiplex est.

De superbia. P. Gravissimus, atque omnium truculentissimus.

De oratione capita 150, sect. 147. Latine tantum interprete Francisco Turriano, qui cum Diadochi Photices episcopi capitibus *De perfectione spirituali* edenda curavit Antuerpiæ typis Plantiniani, anno 1575, in-12. Unde in Bibliothecis Veterum Patrum a Margarino Bignæo deducta.

Liber asceticus.

Institutio ad monachos.

Orationes octo adversus primaria vitia.

Brevis institutio ad juniores monachos.

Epistola ad Anastasium presbyterum cum duobus fragmentis.

Tractatus de octo vitiosis cogitationibus, Latine interprete Jacobo Billio Prunæo S. Michaelis in cremo cœnobiarcha, qui illum cum Joannis Damasceni operibus edidit Parisiis, anno 1577. Subjecitque Eugenii opuscula, *de eodem argumento :*

Græcæ vero et Latine edita sunt. Ejusdem Κεφάλαια, ἢ παραίνεσις, *Capita, seu Præceptiones sententiosæ,* Francisco Turriano interprete, et prioris interpretationis correctore, collatis tribus pervetustis exemplaribus, et scholiis appositis. Florentiæ apud Bartholomæum Sermaretellium 1578, in-8. Una cum Diadochi episcopi *Photices in vetere Epiro Illyrici capitibus centum de perfectione spirituali.* Et hæc Græcæ. Latine vero Lugduni Batavorum ex officina Plantiniana, 1590, in-8; et Basilæ apud Robertum Winter; et Coloniae apud Gymnicum. Item Græcæ et Latine in linguam Latinam traductæ, et testimoniis tum sacris tum profanis illustratæ, opera et labore Stephani Schoningii : Francheræ excudebat Ægidius Radæus ordinum Frisæ typographus 1608 in-8. Addita sunt Agapeti *Capita parænética,* et Aristotelis liber *De virtutibus et vitiis,* eodem Stephano interprete et expositore. Eædem a Michæle Toxita carmine redditæ excusæ sunt Argentorati a Cratone Mylio. Epitomator Gesnerianus : qui tamen in epitome nullam hujus versionis mentionem facit, sicuti nec Gesnerus in Toxita.

Χρυσά Νείλου ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος · *Capita seu Præceptiones sententiosæ. κεφάλαια, ἢ παραίνε*

σις; Lugduni Batavorum ex officina Plantiniana apud Franciscum Raphelengium 1590, in-8. Eadem sub titulo : *Aurea Nili episcopi et martyris Parænética,* interprete Nicolao Glassero, Hamburgi excudebat Paulus Langius. Anno 1614, in-8. Ἀρχὴ σωτηρίας, ἢ αὐτοῦ κατάγωσις. De iis interpres : *Clarum est illud Phocylidis, παῖδ' ἐστὶ εὐντα χρεὼν δὴ καλὰ διδάσκειν ἔργα.* Hinc et Agesilauus ea discenda esse pueris dixit, quibus grandiores facti uti possint. Sunt igitur illa potissimum eligenda, quibus juventus et in litteris proficit, et mores pietate condiuntur. De Nili libello non est quod dubitemus, quam ad omnia hæc possit plurimum. Est enim elegantius politus, virtutum præceptis gravis, antiquitatis auctoritate pius, prorsusque aureus. Constat vero eum in vetustissima quadam bibliotheca in Walachia Transylvania finitima a doctissimo viro Joanne Hontero Coronensi inventum, et ad clarissimum Nicolaum Neandrum de antiquitatis studiis optime meritum, ut in lucem prodiret, missum fuisse, a quo emendatus integritati et nitore restitutus, primumque cum aliis editus fuit Opusculis. Quis verolujus libelli sit auctor, cum plurium ejusdem nominis episcoporum, martyrum, doctrinaque præstantium virorum in historia mentio fiat ecclesiastica, non liquido apparet. Duo enim Nili auctore Nicephoro fuerunt Ægyptii. Alius Thessalonicensis, qui post Caroli Magni vixit tempora. Fuit et Nilus quidam scholasticus. Istius vero, cui opusculum hoc Neander ascribendum putat, mentionem facit Nicephorus lib. iv, cap. 54. Ex quo constat admirando isti Nilo patriam fuisse Constantinopolim, cujus etiam propter egregiam nominis nobilitatem præfectus fuit. Sed relicto tali statu ad vitam se contulit monasticam. Dicendi quoque facultate, præclarisque doctrinæ dotibus instructus cum fuerit, variis ingenii monumentis nominis sui memoriam ad posteritatem propagavit. Hic observa verba, Duo Nili auctore Nicephoro fuerunt Ægyptii. Unus tantum Nicephoro Ægyptius est.

Has easdem Paræneses edidit Græcæ et Latine Paulus Minerva Paræneses Dominiceanus, cum Scholiis seu Commentariis; Neapoli apud Constantinum Vitalem 1604, in-4. Quid in illis illustrandis egerit, ipse enarrat ad lectorem : *Quidquid igitur in illis reperies, ex sanctorum Patrum doctrina exhaustum esse judices; ideo et cunctos citavimus : cumque ad politicam et moralem vitam perquam maxime ordinarentur; ad illas roborandas, firmandasque, ethnicorum quoque philosophorum axiomata perstringimus, ut sciant, qui laxatis vite habenis illam provinciam ducunt, legem Christianam, legem esse virtutum, quam ex ethnicis plerique naturali illustrati lumine prosecuti, miris extulerunt encomiis. Quid si Christiani nati fuissent? Sanctitate quidem nimia pollerent. Hic tamen talis tantusque vir de harum Paræneseon auctore disputans, illis Nilum, ascetam, et Constantinopolitanum exiit, acceptas defert Nilo episcopo et martyri. Incertum siquidem*

est, ut notatur in *Bibliothecæ sanctorum Patrum* tomo III, Basilicæ impresso, an hic Nilus episcopus Ægyptius fuerit, cujus meminit Eusebius lib. VIII, cap. 14. Et esse illum Ægyptium patet ex ipsa inscriptione: Νεῖλου ἐπισκόπου, καὶ μάρτυρος κεφάλαια, ἢ παραίνεσις. *Nili episcopi et martyris capita, sive Parænese.* Licet Margarinus de la Bigne Nilum episcopum abraserit, Nilum monachorum patrem inscripserit, quem sententiarum harum auctorem facit, solo Nicephori Callisti testimonio fultus, hoc vel solo argumento. Scribit Nicephorus, *Nilum monachum Capita collegisse, aliqua quidem fusius, multa autem compendiosius tractata.* Ergo qui hæc Capita scripsit, non fuit Nilus Ægyptius episcopus. Non tamen inde pervenit, Capita hæc non esse episcopi et martyris. Fieri enim potest ut uterque Capita concinnarit, eaque diverse; quod et aliis viris sanctissimis, et Græcis scriptoribus fuit solemne. Et Antonius monachus in Melissa plures ex Nilo absque alio cognomine sententias, alias ex Nilo episcopo signat. Ergo erunt istæ Nili episcopi et martyris, non alterius: quandoquidem Nili episcopi sententiæ ordinatæ cernuntur, ut in earundem paraphrastica Catena ab eodem Paulo digesta ostenditur. Quod autem absque titulo Nilo attributæ sunt, id errore auctorum factum esse, qui Nili non episcopi eas esse crediderunt. Sic ergo et titulo episcopi et martyris ex Græca inscriptione, Nilum Capitum scriptorem esse Nilum, eumque episcopum et martyrem. Neque dicendum est inscriptionem esse conflictam: tum enim nulli libri titulo credendum esset. Adde Sixtum Senensem, qui nullum de huiusmodi sententiis verbum in Nilo fecerit, cum illius in Job Commentariorum meminerit; licet hæc ratio non videatur tanti momenti, si quis responderit Sixtum Senensem non eam sibi sumpsisse provinciam omnia scripta Nili commemorandi, sed ea tantummodo, quæ sacrorum Librorum explicationem continerent. Petrus etiam Riccordatus in sua *Historia scholastica* de Nilo asceta et ejus scriptis sermonem habens, de istis Parænesibus ne verbum quidem. Tandem uti validissimam rationem ex Mutii Justinopolitani episcopi Historia testimonium adducit, qui Nilum episcopum et martyrem harum Paræneseon facit auctorem, cum sub nomine Nili uti legitimi auctoris nonnullas particulas ex hoc opere depromptas recitat. Hinc Paulus ovans ascendit in Capitolium: *Quis autem alterius Nili, non autem episcopi et martyris affirmabit, cum testimonium hoc sit præstantissimum? aut dices Mutium inconsulto scripsisse? aut Nilo episcopo attribuisse, Nilo autem non episcopo abstulisse? Nisi enim sub Nili episcopi et martyris titulo legisset, utique non affirmaret esse Nili episcopi. Quid enim erat in causa, ut Mutius Nilo episcopo attribueret, Nilo autem non episcopo auferret? Sed postmodum, remissius enuntiat, objici posse, sententias non esse Nili episcopi et martyris, sicuti sibi a nonnullis objectum fuisse testatur: sub persecutione*

posito episcopo tempus non adfuisse edendi libri: in ejus actis nullam harum Paræneseon mentionem factam. Respondet martyrium et persecutionem non interpolasse scriptionem librorum, exemplisque pluribus ostendit. Hinc concludit Margarinum de la Bigne non recte Nilo episcopo et martyri quod suum erat abstulisse, Nilo vero non episcopo tribuisse. *Quod si attulerit postremum, nempe quod plerique viri hac tempestate doctissimi tenent oppositum, scilicet quod non sint Nili episcopi et martyris, sed alterius Nili, respondemus quod ex alia parte adsunt centum alii viri præstantissimi autumantes, Nilum episcopum et martyrem harum sententiarum Paræneticarum auctorem.*

Sed ut unde Paulus exegit Apologiam, inde ego exordiar, non esse Nili episcopi, sed alterius, tenere doctissimos viros, respondet, ex alia parte centum alios præstantissimos viros tenere Nilum episcopum esse. Et tamen non multo ante cum illustrium Scriptorum testimonio id tutari conaretur, non ultra tres produxit, Antonium monachum in Melissa, Petrum Riccordatum, et Mutium Justinopolitanum; qui de episcopatu Nili harum Paræneseon scriptoris ne verbum quidem obducunt. Et jam derepente in contrarium perducuntur. Sed esto, eas Nilo episcopo concesserint. An propterea Nilo ascetæ vel monacho denegarunt? Nihil minus. Asceta sub aliis atque aliis titulis innouit, quibus ab exscriptoribus scripta illius cohonestata sunt. Hinc in multis sub nomine Nili præfixo designatur nullus alius, quam Constantinopolitanus iste, uti hoc nomine insignior. Aliis monachus est, aliis asceta, aliis abbas, aliis episcopus, aliis archiepiscopus, et quod admirabilius est, Constantinopolitanus, aliis martyr. Quare si ex inscriptionum titulis fas est nobis varios quoque auctores fingere, quot nobis Nili assurgent! Vel in quot Nilos unus noster Nilus misere discerptus congemiscet! Ex variis officiis, dignitatibus, professionibus, curis, sortibus variæ quoque personæ uni eidemque homini imponuntur, et variis inductis rationibus, varie quoque perscribuntur in monumentis, neque propterea a se ipsis distant, vel minimum mutantur. Et Nilum nostrum fuisse ascetam res ipsa docet; sacerdotem cum Theodulo filio, in hoc de Nili tractatulo probamus; et martyrem quoque, et episcopum fuisse, et si vis etiam archiepiscopum, quid vetat? Sed hoc non est scriptis relatam. Quid tum? Quæ literis mandata non sunt, et tamen credimus, et sine ullo dubio tenemus ita fuisse? Et forte hæc omnia in Nilo nostro reperiremus, si res gestas illius tempus edax nobis reliquas fecisset. Et forte etiam qui futuri sunt obtinebunt, cum videamus in dies singulos similia e latebris in lucem suscipi, et publicæ commoditati prorescere. Non ex alienis advocabo argumenta. Ex Vita S. Nili episcopi et martyris, quam ex Joannis Christoforsoni interpretatione recitas, de scriptis dicti sancti, minus

quam nihil est, et tamen sua largitate auctor est Paranesæon. Unde id expiscaris eum illas scripsisse? Potuit scribere. Scripsere alii ejusdem ætatis et dignitatis viri. Concedo nec invitus. At scripsisse, nisi meliora indicia proferantur, non dicam. Et etiam si Nilus episcopus scripserit: an episcopus et martyr hic tuus ille idem est? Nilos eo tempore plures fuisse, et inter eos episcopos et martyros, et scripsisse etiam ad posteritatem commentarios, nemo prudens negaverit. Annon insulse quis concluderet (sit pro exemplo Nilus Patrarum episcopus et martyr). Huic Operi præstigitur titulus: *Paraneses Nili episcopi et martyris*. Ergo Nilus hic nullus alius est, quam Patrarum episcopus. Nam si Nili ascetæ essent, non esset additio, expressioque episcopatus et martyrii. Si Græca interpretatio absque titulo et agnominatione legeretur, Nili utique non episcopi essent sententiæ. Non enim est intelligibile, ut Nili non episcopi fuerint, *Ecquis Nilo episcopo et martyri attribuat?* Et tamen similia in hoc eodem Nilo asceta ante oculos obversantur. In nonnullis ejusdem tractatibus præstigitur, *Nili archiepiscopi Constantinopolitani*. Repudiandus itaque est Nilus asceta, et Nilus archiepiscopus Constantinopolitanus investigandus. In nonnullis, Nili abbatis, rejiciendus itaque est asceta, et Nilus abbas perscrutandus. Sed Nilus asceta non fuit neque episcopus, neque martyr. Unde id habes? Nec etiam sub nomine sacerdotis innotescit, et tamen sacerdotio præditum fuisse ex eodem perdisco. *Sed Sixtus Senensis nullam de hujusmodi sententiis mentionem fecit*. Esto, verum est, cum nec de aliis tractatibus fecerit, sed de iis tantum, quæ in sacrorum Librorum explicatione versantur. Quare itaque de ipsius in Cantica canticorum, in Evangelium Lucæ, in Psalmos, et in alios sacræ Scripturæ libros explicationes non commemoravit, quæ ad hæc tempora manuscripti codices retinent? Non dici potest Nili in Job Commentaria proluxa fuisse, in aliis hinc inde ex ipsius operibus recollectas expositiones: cum in Job eodem modo se habeat, et in Canticum canticorum sit commentarius integer.

Nili monachi eremitæ *Historiam*, sive *Narrationes*, quibus cades monachorum montis Sinæ, et captivitas Theoduli ejus filii describitur: Etς τὴν ἀναλρεσιν τῶν ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ Μοναχῶν, καὶ εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Θεοδοῦλου, extractam ex codice 74 ms. Caroli de Monchal archiepiscopi Tolosani, et eidem nuncupatam cum nova sua interpretatione et notis, sub titulo: *Nili opera quædam nondum edita*, Parisiis publicavit doctissimus Petrus Possinus apud Sebastianum Cremoysi typographum regium, in-4. Addidit ejusdem Nili laudationem in Albanum Græce et Latine. De hac historia Menologium Græcorum 12 Novembris: Καὶ ἐπεὶ ὁ μακάριος Νεῖλος τὸ ἄρος μετὰ τοῦ υἱοῦ κατελιφῶς συνῆν τοῖς Πατράσι, βάρβαροι τινες ἐξαίφνης ἐπελθόντες, ὡς ἤθρες τὸν υἱὸν

Θεοδοῦλον σὺν ἄλλοις πλείστοις αἰχμάλωτων ἔλαβον ὃν ὡς αἰχμάλωτων θρηγεῖ πλέον τοῦ καθήκοντος, καθὼς ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ συντεθέντι συγγράμματι ἐμφέρεται. *Hinc cum beatus Nilus occupato monte cum filio sanctorum Patrum consuetudine frueretur, quidam ferarum instar repente irruentes barbari ejus filium Theodulum cum multis aliis captivum abduxerunt; cujus casum lamentatur pater, plusquam deceret talem virum, quemadmodum in Commentario hac de re scripto cernere est*. Nicephorus Callistus dicto loco: Μεθ' ὧν καὶ τὸ ἐν τῷ Σιναιῷ ἔρει τῶν θείων Πατέρων μαρτύριον ἀναγράφεται οὕτω λαμπρῶς τε ἅμα καὶ περιπαθῶς, ὡς ἱκανὸν εἶναι ἐνεῦθεν θηράσαι, οἷος καὶ κατ' ἄμφω γέγονεν ὁ ἀνήρ. Ἐν τε λόγων καὶ ἀρετῆς περιουσίᾳ· ἐκεῖ δὲ καὶ τὰ κατ' αὐτὸν καὶ τοὺς παῖδας μετρίως διέξεισιν ἐκτραγηδῶν λιβαν περιπαθῶς τὴν αἰχμαλωσίαν αὐτῶν, βαρβάρων καταδραμόντων, ὃ Βλέμμυες ἐκαλοῦντο, καὶ ὄνον οὐκ ἐλάχιστον δεδρακότων· ὃ καὶ ἡδυσμὰ τι πνευματικὸν τοῖς φιλομαθεῖσι καταλελοιπεν. *Scriptit quoque divinarum Patrum in monte Sina oditum et martyrium facundia et effatu tanto, ut satis inde colligere liceat, quam eximia doctrina juxta et virtute vir is fuerit, ubi etiam suas et filiorum res paucis commemorat miserabiliter, veluti in tragædia, captivitatem etiam deplorans, cum barbari Blemmeyes excursionem sua cædem ingentem fecere: quod opusculum tanquam spirituale quoddam oblectamentum studiosis reliquit*. Cum Græce legeretur διηγήματα, occasionem arripuit eruditissimus Possinus distinguendi librum in septem Narrationes, cum hoc arbitraretur aliquo lectoris commodo, nullo auctoris aut operis detrimento fieri posse.

De ea, quæ apud Lipomanum edita est, interpretatione, illud est præstantissimi Petri Possini interpretationis suæ arbitrium: *Hoc unum modo initio receperam: hocque illi, quo magno merito nihil non apud me possunt, mecum duntaxat egerant: ut veterem, quæ pridem a Lipomano est edita, hujus opusculi interpretationem recenserem, et cum Græca compararem. Sed cum aliquot jam paginis passim interpolatam, ac recantatam a me illam interpretationem amicis in specimen obtulisset, quod scribenti prius mihi, hoc legentibus idem ipsis visum fuisset: me, si pergerem ut cæperam, exhaustiendis illis laboris illiberalissimi fastidiis, magno meo tædio nullam tamen alienam gratiam relaturum. Et certe, ut quam omiltere non possum, celerrime saltem, quod vercundia unum superest, transigam reprehensionem laboris alieni, id quam breviter, tam vere licet affirmare nullum omnino labis, flagitii genus, quod in eo genere caveri debeat, in ista esse versionis perversissimæ de prope ratione prætermisum. Nam et obscurata passim est auctoris sententia, et non raro ad libidinem interpretis ficta et detorta. Jam omnibus fere paginis miserrimum in modum per summam licentiam lacerata sedissime, mutilataque oratio scriptoris: tum a capite ad calcem nullo non loco ita comperta contaminataque maculis barbaræ*

cujusdam infantia, ut opus veterum judiciis arce dignum, rus hodie merum, rureque inficetius videatur. Quæ si quis a me dicta criminosis existimet, non ego tamen apud eum perdam aquam prolixa approbatione causæ meæ certis unaquaque de re testimoniis preferendis. Sed si tanti putet rem totam cognoscere, et Latina illa veteris interpretis cum Græca auctoris conferre, ut ad alia conniveat, næ is tamen, si quam habet aequitatem, cum non tantum commata, aut comprehensiones totas, sed paginas, atque adeo tractationes integras conscio silentio præteritas toto passim in opere perspiciet, et illum, quisquis est, interpretem scripsisse festinanter, et me non calumnie accusasse judicabit. Atque hinc satis intelligis, lector optime, quam non leviter, aut cupide consilium interpretationis ordiendæ novæ, sed necessario susceperim. Hæc cum animadvertisset nescio quis in calce codicis editi Barberini appinxit: Tres isti manuscriptori codices ita concordant, ut ex uno exemplari quasi descripti esse videantur omnes, alioquin ab edito longe discrepantes: multa enim mutant, nonnulla addunt, plurima recidunt, in quibus Simeonis Metaphrastæ manum facile agnosces qui scripta ejusmodi de virorum sanctorum rebus gestis antiqua et satis longa interpolare, atque mutare amavit. Porro istam ejus editionem, quam codices illi repræsentant, secuta est vetus interpretatio Latine a Lipomano primum evulgata, quam Pater Possinus in Præfatione ita exagitat, mitius fortasse facturus, si discrepantias, atque etiam errores non ab interprete, sed a Simeone Metaphraste interpolatore proficisci, uti factum oportuit, animadvertisset. Hæc in Possinum, Lipomani additionem, et Simeonis Metaphrastæ nomen per ora hominum magnifice incedens traduntur. Sed condonandum est viro, qui quantum valeat Possini judicium, et Metaphrastæ dignitas in rebus ecclesiasticis promovendis ex publicarum privatarumque rerum administratione, peritiaque plena, et an albus vel ater fuerit, ignorat. Quis enim, nisi nugæ somnariæ voluerit, aliisque garrere tentaverit, Simeonem Metaphrastem nobili equestri genere natum, ministrum inter primarios militiae Constantinopolitanæ, ab epistolis et secretis imperatoris, oratione soluta et vineta non absque eloquentia, et dextertate præcipuum jactabit: errores et discrepantias a tali tantoque viro profectas fuisse, et vitas antiquorum sanctorum interpolasse contententi, et tantum nomen lædenti, veniam concedet, sed non prosperandam? Sed parum peritis usu, et de facili pronuntiantibus omnia non invitis manibus dauda sunt

Dicimus ergo, et firmiter asseveramus, Metaphrasten nullo modo vitas sanctorum interpolasse, sic, ut nulla immutaverit, plurima addiderit, alia reciderit. Sed immutavit cautior factus, quæ aliorum scriptorum monumentis alio prorsus modo se habuisse, et contra jus fasque fuisse dignovit. Addidit ab aliis edoctus digna scitu, præterita ta-

men ab antiquis Vitarum scriptoribus. Recidit aliorum scriptis relata, sed nimia, sed supervacanea, sed fabulosa, sed ridicula, et perversorum hominum malitia superinducta. Et hoc, mi vir, interpolare Vitas sanctorum est? Et hoc ne erit, Vitas locis quibusdam immutasse, intercidiisse, illisque addidisse? Metaphrastes Vitas recte sapienterque dictatas, intactas reliquit, ex aliorum studiis a laboribus nullam sibi famam emendicans, sed a capite ad calcem rerum gestarum, uti gestæ sunt, expositionem, proprio stylo genereque dicendi ita expedit, ut nullis aliorum scriptorum periodis, addo formulis et notis, usum fuisse ab arte oratoria instructus dignoscere possit. Ita est. Prostant sanctorum antiquorum vitæ ab aliis ante Metaphrasten publicatæ, quæ postmodum ab eodem facultate dicendi singulari in meliorem atque accuratorem tenorem editæ sunt, quales multas in mea de Simeonibus Diatriba luculenter designavi. Sume in manus, attentius lectita, æque beneque judicatum demum sententiam profer. Planus fueris, si Metaphrasten virorum sanctorum res gestas antiquas, et satis longas interpolasse, atque immutasse enuntiaveris, et doctissimi Possini de hac historia Nili Latine apud Lipomanum rectum non esse intelligens, prudensque judicium, aut injuria illam vexasse. Cui siquidem non est, in exscribendis antiquorum voluminibus exscriptorum incuriam, neque in doctrina, neque in eruditione excellentiam, et si codices, quibus innitebantur, depravati distorti litteris, sive ambiguis confusi, verba similitudine syllabarum vitiosa, multa etiam vel malignitate addita, vel spatio temporis fugientia, intrusisse? Iniquum est similia Metaphrastæ attribuere. Et ne nimius sim, vide quæ de Metaphraste in dictando, atque verbis struendis studio apposite in Elogio ipsius construit Prællus, Diatriba nostra de Simeonibus, et eorum scriptis, in qua multa de hac eadem re ex aliis, atque aliis auctoribus collegimus. Et ne nos similia nostra imaginatione agitare belluli ac festivi saperdæ suspicentur, habeto tibi, lector, quæ pro eodem Metaphraste Lipomanus scriptis memoriæ prodidit. De Metaphraste autem communis priscorum virorum Ecclesiæ Orientalis sententia, Vitas sanctorum ex diversis auctorum libris eum in unum volumen redegisse, et quæ alicujus viri erant inscriptæ, sub hoc titulo reliquisse; quæ vero ab aliis descriptæ erant, rudi tamen, et insulso stylo, eas ipsum multis laboribus, et sudoribus exornasse, et eruditione sua exposuisse, prout Theodorus Balsamon, et Psellus, ideoque et Metaphrastæ nomen fuisse adeptum, μεταφράστην enim Græce, Latine est, scripturam aliquam dilucidioribus verbis, sensu tamen et materia retentis interpretari. Quæ autem a nemine adhuc scriptæ fuerant, sed quasi per manum, et traditionem a Patribus acceptæ, et pro veris habitæ, has ipse eleganti et condito stylo descripsit, et legendas Ecclesiæ proposuit, tantaque auctoritate liber hic in lucem prodiiit, ut apud Orientalem Ecclesiam,

qui sanctorum Vitas præter unum Simeonem Metaphrastem scripserit, nec quærat, nec reperiat. Quinimo in suis Menæis, et Sacris sanctorum, Vitas recitat, non alias quam ex istis desumptas legit, adeo pro certis, veris et authenticis, ab omnibus, et omnium auctoritate confirmatis. Imo nec Ecclesia Græca preces, orationesque Metaphrastæ, post Basilii et Chrysostomi supplicationes statim locasset, si recentis temporis auctoris esset. Nec a Balsamone allegaretur, qui ultra 400 annos floruit, et Psello qui ultra quingentos. Denique nec in concilio Florentino ad confirmandum dogma fidei inter doctores Ecclesiæ citaretur. Hæc fuerant reliqua, quæ de hoc viro notanda erant. Et in Præfatione tom. V : Illud quidem primum est, omnes has Vitas de Græco in Latinum nostro hortatu, nostrisque suppetiis a Gentiano, Herveto Gallo viro docto recens fuisse translatas, easque nunc primum Occidentalem Ecclesiam suscipere, quæ quali quantoque thesauro hucusque ob earum ignorantem privata fuerit, postquam totum volumen percurreris, tu ipse iudex optimus esse poteris.

Et hoc quidem Lipomanus, si priora atteris oculatus a fronte simul, et occipitio, si posteriora quinti tomi, plus cimicem sanguinis, ut ita dicam, quam illum rationis habuisse dices. Quid enim inconsideratius, aut inconsultius fieri potuit, quam Vitas sanctorum universas, quæ nullum auctorem titulo præferebant, nulla ad liquidum explorata veritate, Simeoni Metaphrastæ appingere? Unde postmodum tot famæ vulnera, et notas innoxio homini, et ab omni culpa remotissimo, pravissimi, et pessime diffamati hæretici, et fabulas fabulorum mangones concriminati sunt? De quibus nos alibi fusius. Nunc tantum illis addam de illius ætate, quod Niceph. Gregoras in Vita sanctæ Theophanonis Leonis filii Basilii Macedonis imperatoris Constantinopolitani uxoris, de studiis restitutis ab eodem Leone in urbe Byzantina agens : Τό γε μὴν τῶν λόγων κράτος, εἴπερ δὴ τι τῶν ἀπάντων ἄλλων, καὶ τότε μᾶλλον, εἴπερ ἄλλοτε ποτε, μεγάλην ἔσχε τὴν ἀκμὴν, ἀμφοῖν τοῖν βασιλείων μάλα τοι πλείστην δεδωκότων αὐτοῖς τὴν ῥοπήν, καὶ τιμήν. Καὶ ἦν ὄραν ὁσίω ἀνδρῶν συναλλαγᾷ, καὶ σοφῶν ῥητόρων θέατρα, καὶ πᾶσαν λόγων ἀρετῆς ἐπίδειξιν, ἀθροισζομένων ἀπανταχθὲν πολλῶν, καὶ ποιούτων ἄλλην Σωκρατικὴν τε καὶ Πλατωνικὴν Στοάν καὶ Ἀκαδημαίαν καὶ Λύκειον τὰ βασιλεία. Διὰ δὴ ταῦτα καὶ πολλὴν τὴν ἐπίδοσιν εἴληψε τότε καὶ ἡ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας εὐπρέπεια. Οὐ γὰρ μόνον ὁ βασιλεὺς πολλὰς τῶν ἐτησίων ἑορτῶν καὶ πανηγύρεων οἰκειοῖς ἐκόσμησε λόγοις καὶ ψαλμοῖς, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τῶν τότε ἄλλοιμων τὰ ἴμοια πράττειν ἐκέλευσεν. Ὡν εἷς ἦν καὶ ὃς τότε ἄλλα μετέφρασε πρὸς τὸ εὐφραδέστερον, καὶ τοὺς πλείους τῶν τε τῆς ἀρετῆς ἀσκητῶν καὶ ἀθλητῶν συναγράφασθαι βίους. Et dictionis quidem oratoriarum robur, et eodem tempore, si quidquam alias, tum magis ac magis ingen-tem accessionem fecerat, cum ambo imperatores maximum illi vigore honoremque attribuisent,

Quare jam obviis cuicumque erant sanctorum hominum congressus, scientissimorum oratorum theatra, et omnis facultas dicendi singularis, et copia, cum ex locis omnibus plerique accurrerent, et novam Socraticam, atque Platonicam Stoam exhiberent, et regiam ipsam novam Academiam, et Lycæum, Pritanæumque. Inde vero multo tum augmento tunc invaluit divinæ Ecclesiæ species, et nitor. Neque enim tantummodo imperator plerosque in annos singulos dies festos ac solemnitates propriis orationibus cohonestavit, et canticis, sed et multi alii qui tum vitam agebant præstantes, viros similia peragere imperavit, quorum unus erat, qui et, alia facundius in aliam dicendi copiam conscripsit, et quam plurimas virtutis ascetarum, et athletarum vitas monumentis commendavit, unde et Metaphrastæ nomen obtinuit. Eadem ad verbum expressit idem Gregoras in Vita Michaelis Sincelli exposita, quæ facili negotio in manu fuerint eandem vitam percurrenti, ne senel ea parum cautus, et alia animo observans excidiasse malignus Metaphrastæ laudum obtrektor, in suspicionem veniat. Et Constantinus Meliteniota orat. 2. De processione Spiritus sancti : Ἐκείπερ κατ' οὐδὲν λείπονται τῶν λογίων ἀνδρῶν, εἴ γε συνιδεῖν ἠθούλοντο τούτου τὴν ἔννοιαν. Καὶ ἄλλως δὲ κἂν ὠκλαζέ τι πρὸς αὐτὸ τούτοις ὁ λογισμὸς, εἶχον σκέψασθαι πάντως καθ' αὐτοὺς καὶ τὸν συγγραφόμενον, ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πρώτου σχίσματος ὦν, καὶ τὴν ἀντιλογίαν γινώσκων τοῦ δόγματος, οὐκ ἂν οὕτω συνετίθει καὶ συνέταττε τὸ τοιοῦτον ῥητόν, εἰ πρὸς τοὺς Λατίνους καὶ αὐτὸς ἐπίσης τοῖς πολλοῖς διαφέρετο. Cum non multum longe ab eruditissimis viris abirent, si modo illius sententiam capere vellent. Et alia quoque ratione licet cogitatio ipsorum circa hoc vel minimum claudicaret, poterunt in se scriptorem considerare, qui cum in ipso primo schismatis exortu viveret, et dogmatis contradictionem calleret, nunquam hoc modo concinnasset, vel dictum composuisset, si cum Latinis et ipse æque atque alii simultates exercebat. Et hic vitæ Dionysii Areopagitæ scriptor per eundem auctorem Meliteniotam est Simeon Metaphrastes. Audi : Καὶ ὁ τὰς τῶν ἁγίων δὲ πολιτείας καὶ τὰς αὐτῶν ἀθλήσεις ἀφηγησάμενος μεταφραστικῶς, εἰς τὸ τοῦ Ἀρεοπαγιτοῦ μαρτύριον Διονυσίου, φησὶ τοῦ τῶν ἀπορρήτων ἐκφάντορος. Et qui vitas et res gestas sanctorum, eorumque certamina variato stylo enarravit in Dionysii Areopagitæ martyrio, dico secretorum revelatoris. Collige longe procul ab omni dubio. Metaphrastes eo tempore vigeat, cum primum schisma inter Græcos et Latinos de processione Spiritus sancti ex solo Patre emergens Græcorum cum Latinis arctissimam necessitudinem perturbavit : adeo ut de eadem processione ex solo Patre Leo ipse imperator, de schola Photii homo, in gratiam sui Photii stylum exercuerit. Et ætatem Metaphrastæ anxie, et amplius quærimus, et eum recentissimum, et ludi magistrum, et fabularum anilium concinnatorem verbis clarissimis perhibebimus.

Nos, ait Salmasius, δὲχησαν *illam* (nempe de cæde seniorum Patrum) in Præfatione ad lectorem ad Opuscula Nili de primatu papæ, *Latinnam factam brevi, si Deus dederit, edituri sumus.*

De *Albiniano*, quem laudibus prosequitur Nilus, suspicionem Possini, lege apud ipsum: sive enim legas *Albiam*, sive *Albinum*, sive *Albanum*, parum refert.

Historia de interemptis in Sina monte monachis legebatur manuscripta in bibliotheca Sirlitana cod. 39 ms., et nunc legitur in Vaticanis codd. 117, 118, 1790, 1806, et Palatino 351. Bollandus ad diem 14 Januarii sanctorum martyrum in monte Sina a barbaris occisorum certamen refert a S. Nilo conscriptum Græce, et a se, vel alio quopiam innominato Latine redditum, et brevibus pro more notis illustratum.

Ejusdem sancti Nili epistolæ CCCLV ex bibliotheca Medicæa idem Petrus Possinus eruit, et Latine versas Græce et Latine publicavit cum notis, nuncupavitque eminentissimo principi Francisco Barberino; et *Didymi Fragmentum* addidit contra *Manichæos*, et *Simeonis abbatis Sancti Mamantis in Xerocro Dissertationem de alterationibus animi et corporis* Græce et Latine a se versa, Parisiis ex typographia Regia 1657, in-4. De his epistolis, deque eorum interprete Possino suspicor intelligendum esse Labbæum, cum scribit: *Nili archiepiscopi Constantinopolitani multæ habentur in codd. ms., quas audio typis parari ab erudito interprete.* Ipse vero rem indignissimam facerem, si conatu tanti principis secundam quæsturam subsecutam, ventis abripiendam non iavitis manibus concesserim. Princeps is magnarum artium disciplinis instructissimus, tantorum Patrum aliorumque antiquissimorum Commentarios, sive illi Græca sive Latina copia dicendi emineant, non semel atque iterum, sed sæpius, dum per publica et ecclesiastica negotia licet, maturo iudicio, ac considerate præ manibus terere, ac lectitare gaudet: indeque factus instructor, mores et consuetudines moderatur, antiquitatem ecclesiasticam reparat, de fide opiniones examinat, et quæ novi reformatores inter incautos disseminant, oculatus ad omnia discidit. Inter tot alios Patres, eosque sanctissimos unus is Nilus, quem sæpenumero per mentem versaverat, dignus visus est, qui ad compescenda hæreticorum ora, maleque sanorum hominum vitam pessime tornatam incudi reddendam non sine succo Attico, et eloquentia singulari typis Græce et Latine mandaretur. Idque ut commodius fieret, elegit virum clarissimum Lucam Holstenium, tum bibliothecæ Vaticanæ præfectum, et me licet Holstenianæ virtuti imparem, tanti laboris comitem, ut simili opella ad templum honoris induceret, impertitur. Sententia pronuntiata, sortito Holstenius ejus opuscula reliqua, ego epistolæ capio. Studia Holstenii excessus e vita fatalis dirumpit, nec vita superstes propaga-

vit. Cum non omnes in uno codice epistolæ, sed in pluribus vage dispersæ haberentur, collatis, utut potui, Romanis voluminibus, fascem in unum, obviam factas coegi, adnotatis earum variis lectionibus in studiosorum gratiam, quas mihi alii atque alii codices obtulerunt. Tum me in earum dedi versionem, cujus nunc utcunq; factæ, idem munificus in publica commoda princeps editionem mandat. Et res hæc per indicium enuntiata videtur ab eruditissimo Francisco Combesis in recensitis auctoribus Bibliothecæ Patrum concionatoriæ in Nilo: *Epistolæ Nili dari poterant a doctissimo Leone Allatio, si factum satis esset votis eminentissimi cardinalis Francisci Barberini, mihi ipse ad prelum offerentis, cum cum regia Lutelia hospitem haberet: quippe longe plures, excepta viri opera, Græcarum rerum indagine, et perititia nostro ævo facile principis.*

Antequam ad alia progrediar, illud oblivioni dare consentaneum nullo modo mihi videtur, quod præstantissimus vir, et in scriptis antiquorum evolvendis sagacissimus Emericus Bigotius sæpe admonuit, epistolam S. Nili ad Xenonem Memorialium a Possino editam, editione Parisiensi, num. 260, extractam fuisse ex S. Basilii expositione in psalm. xxxii. Ea in meis est l. 1, epist. 36, et cinipit: 'Ο Θεός ἡμῶν ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνην καὶ χριστῶν. Examinavi diligenter, et rem meram esse comperi. Sententia eadem est, verba quoque ut plurimum eadem. Nilus tamen noster plerisque immutatis et additis fecit suam. Quod in Patribus novum non est. Semper etenim in ea Ecclesia recentiores Patres, antiquiores uti venerabundos, et augustiora capita assiduo die noctuque percurrentes, quidquid ad mores instituendos, et sacra elogia patefacienda opportunum, et obviam cupiditati irrepsisset, adnotabant in schedis, tum demum fortuna ablata studia sese exercitantium promoventes aliis quoque communicabant. Quod Nilum fecisse non in hac epistola tantum, sed in aliis permultis, quæ curiosioribus constabant, verisimile est. Ut vero modum discas, et possis imitando consecrari post lectam Nili epistolam habeto tibi Basilii ipsius verba, et cum Nilanis compara: 'Αγαπᾷ ὁ Θεός ἐλεημοσύνην καὶ χριστῶν, εἰσὶν εἰς παρέδρον ἐαυτῶ τὴν ἐλεημοσύνην ποιησάμενος, καὶ προδηθεῖσαν τῷ βασιλικῷ τῆς κρίσεως θρόνῳ, οὕτω παράγει εἰς χριστῶν ἕκαστον. Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσης, Κύριε, Κύριε, τίς ὑποστήσεται; Ὅτε ἡ ἐλεημοσύνη ἀκριτος, οὕτε ἡ κρισις ἀνελεῖμων. Πρὸ τῆς κρίσεως οὖν ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνην, καὶ μετὰ τὴν ἐλεημοσύνην ἔρχεται ἐπὶ τὴν κρισις. Ταῦτα δὲ ἀλλήλοις συνδέουσαι, ὁ ἔλεος μετὰ τῆς κρίσεως· ἵνα μήτε ὁ ἔλεος μόνος χανόνητα ἐμποίησιν, μήτε μόνῃ ἡ κρισις ἀπόγνωσιν ἐνεργάσῃται. Βούλεται σε ἐλεῆσαι, καὶ τῶν ἐαυτοῦ οἰκτιρῶν μεταδοῦναι ὁ κριτής· ἀλλ' ἐὰν εὐρῆ σε μετὰ τὴν ἀμαρτίαν ταπεινῶν, συντετριμμένον, πολλὰ μετακλάσαντα ἐπὶ τοῖς πονηροῖς ἔργοις, τὰ γενό-

μανα κρυφῆ, ἀνεπαισχυντως δημῶστέυσαντα, δεηθέντα ἀδελφῶν συγκαμειν σοι πρὸς τὴν Ἰαριν, ὅλον ἔλεεινόν σε γενόμενον ἐὰν ἴδῃ, ἀφθονόν σοι τὴν ἑαυτοῦ ἐλεημοσύνην ἐπιχορηγεῖ. Ἐὰν δὲ καρδίαν ἀμετανόητον, φρόνημα ὑπερήφανον, ἀπιστίαν τοῦ αἰῶνος τοῦ μέλλοντος, ἀφοβίαν τῆς κρίσεως, τότε ἀγαπᾷ ἐπὶ σοὶ τὴν κρίσιν. Ὡς γὰρ ἱατρὸς ἐμμελῆς καὶ φιλάνθρωπος, καταντλήμασι πρότερον καὶ περιπλάσμασιν ἀπαλοῖς πειρᾶται καταστellai τὸ οἶδημα· ἐπὶ δὲ ἴδῃ ἀνευδότης καὶ σκληρῶς ἀντιτυπούντα τὸν ὄγκον, βίβλας τὸν ἔλεον, καὶ τὴν μαλακὴν ἀγωγὴν, αἰρεῖται λοιπὸν τὴν τοῦ σιδήρου χρῆσιν. Ἀγαπᾷ οὖν ἐλεημοσύνην ἐπὶ τῶν μετανοούντων, ἀγαπᾷ δὲ καὶ κρίσιν ἐπὶ τῶν ἀνευδόντων. Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ Ἡσαΐας λέγει τῷ Θεῷ, ὅτι « Ἡ ἐλεημοσύνη σου εἰς σταθμόν. » Καὶ γὰρ κάκεινος τὴν μετὰ κρίσεως ἐλεημοσύνην παρίστησι, ζυγῷ, καὶ ἀριθμῷ, καὶ σταθμῷ κατὰ τὴν ἐκάστου ἀξίαν ἀντιμετροῦντος. Hoc etiam antiquissimis scriptoribus, et ante Christum natis in more fuisse positum, ex Clemente Alexandrino, et aliis satis fuse probavi in tractatu meo *De conscribendis epistolis*. Quare hic plura dicere supersedeo.

Ejusdem exstant *expositiones in Canticum canticorum*, una cum Nysseni Gregorii, Maximi commentariis, carminibus politici Michaelis Pselli Græci et Latine eodem Zino interprete, tomo II Actuarii Bibliothecæ Veterum Patrum Græco-Latini, anno 1624 : et tom. XIII Morellianæ editionis.

In bibliothecæ Scoriacensis Indice, opera et studio Alexandri Baruarii facta exstat *Catena in Cantica canticorum, et in eam Enarrationes Theodoretii præsertim, Gregorii Nisseni, Nili, Eusebii, Maximi, et Pselli versibus politicis*, Labbæus 177 ; Idem, pag. 274.

Enarrationes in Cantica canticorum Nili in bibliothecæ Regia, cod. 278. Idem pag. 306 : *Nili nonnulla opuscula Enchiridion Christianum cum interpretatione* in codice Regio 2218.

Josias Simlerus in Epitome Gesneriana scribit Nilum episcopum Constantinopolitanum libræ scripsisse *Adversus Græcæ superstitionis sectatores*.

Notanturque alibi *Sententiæ Morales ex Græco in Latinum versæ a Bilibaldo Pircheimero*, Argentinæ, 1416.

Et tandem Labbæus, pag. 382, ubi agit de scriptis Nicolai Cabasilæ, Nili ex præfecto Constantinopolitano monacho *Enchiridion pœnitentiale*. Incipit : Ὁ ἐκουσίως φονεύσας ἔχει ἐπιτίμιον. Desinit : Περιπίπτουσι πλημμελήματα. *Horologium monasticum*. Incipit : Ἐπὶ παιδείας οἱ ἄγιοι γεγόνασι. Desinit : Ἀλλὰ καὶ λίαν ἐνοχλεῖσθαι. *Instructio monastica* hoc principio exorta : Ποῦ τοὺς μὴ εἰδότες. Desinit : Κἂν ὕμνοις καὶ αὐτοῖς ἀναγκαῖοί εἰσι. Et pag. 101, cap. 53, in cod. Regio 1788. Est edita inter Epistolas.

Sed longe longeque plurima, et permulto etiam

clariora supersunt edenda hujus sanctissimi viri opuscula, quæ faxit Deus, ut tandem aliquorum studio et diligentia in lucem veniant, quæ hac subjecta notione testata in omne tempus venient.

Duas, quas postremas vidimus epistolas ad Heliodorum, et Olympiodorum, in septima synodo generali, act. 4, uti Nili germanus partus scripto reddite sunt, ad eorum errorem reprimendum, qui asserebant Nilum contra imagines scripsisse. Et postremam ad Olympiodorum, ab eisdem depravatam fuisse corroboratur. Ipsi enim pro eo quod dixit Nilus : *Hinc et inde pinge, Deatba* posuerunt. Et ex duabus convincitur. Ecce ostensum est liquido, quia ipse sanctus, et egregius pater Nilus sanctas icones suscipiebat : accusatus est autem a pseudosyllogo illo, quod contra icones locutus fuerit.

Tract. Ὅτι διαφέρουσι τῶν ἐν πόλεσιν ἀσκημένων οἱ ἐν ἐρήμῳ ἡσυχάζοντες, καὶ πολλοὶ τῶν ἀπέτρων τὸ ἐναντίον δοκῆ· *Qui in eremis acquiescunt, multo illis esse præstantiores, qui in civitatibus recoluntur, licet nulli inæsperti contrarium teneant*, P. Τέχνης μὲν ἀπάσης τὰ τεχνητὰ κρίνοντες, ἀπειροί.

Περὶ ἀκτημοσύνης πρὸς Μάγνον διάκονον. Ἀγκύρας. Ita legunt nonnulli codices. Alii legunt πρὸς Μάγναν· alii πρὸς Μαγνησίαν τὸν διάκονον Ἀγκύρας. Alii, πρῶην μὲν πρὸς τοὺς ἀμειλίτερον μετιόντας τὸν μοναδικὸν βίον. De hac Magna diacono vide Palladium in Lausiaco : Ἀσκητοῦ παραίνεσις. P. Μάθε συ ἁ μονάζων καὶ πιστὸς ἄνθρωπος.

Λόγος ἀσκητικὸς περὶ τῆς ἐν Χριστῷ φιλοσοφίας. P. Φιλοσοφεῖν ἐπετήδευσαν μὲν καὶ Ἕλληνας πολλοί.

Πρὸς νεωτέρους μοναχοὺς διδασκαλία. P. Δεῖ τὸν νέον ἀσκεῖν σώματος ἡσυχίαν.

Κεφάλαια διάφορα. P. Ἄλλ' ὅμως, ὦ μακαριώτατοι, μετὰ τῶν ἄλλων.

Πρὸς Εὐλόγιον. P. Οἱ τὸν οὐράνιον χῶρον τοῖς πόνοις νερόμενοι.

Πρὸς Ἀγάθιον μονάζοντα. P. Ἔθος ἔχοντι μοι τὰ πολλὰ τὰς ἀκαίρους τῶν Ἑλλήνων.

Ἐπιστολὴ ἔχουσα κεφάλαια. P. Ἐὰν μηδεὶς δῶκε σε τύραννος Ἑλλήν. Sunt attestæ ad alias epistolas, quas jam edidi.

Περὶ προσευχῆς. P. Τέλος πασῶν ἐντολῶν προσευχή.

Γινώμαι ἀπάγουσαι τῶν φαρτῶν καὶ προσκολῶσαι τοῖς ἀφθάρτοις τὸν ἄνθρωπον. Κεφάλαια σι'. P. Ὅδὸς εἰς ἀρετὴν ἡ τοῦ βίου φυγή.

Ἄλλαι. P. Φόβον ἔχε Θεοῦ καὶ πόθον.

Κεφάλαια. P. Ἐὰν ὀφελῆς τινά.

Ἀσκητικά. P. Οἱ γὰρ μετριώτερον ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς ἀτυγούντες.

Κεφάλαια νηπτικά. P. Πάντα μὲν ὀρθὸς Θεός.

Περὶ ἐργασίας νοός. P. Τὴν ἀρχὴν τῆς κατὰ Θεὸν ὠφέλειας ποιεῖσθαι ἐνούμεν.

Et alia minutiora, βήσεις, καὶ χρήσεις apud varios auctores, quas colligere poteris ex rebus sacris Leontii, et Joannis presbyterorum ex Anastasio Sinaita, ex variis quæstionibus, ex Melissa.

Locorum sacræ Scripturæ interpretationes varias ex Catenis in Exaemeron, in Deuteronomium, in Jobum, in Psalmos, in Cantica canticorum apud Procopium, in Evangelium, et Lucam, et potissimum in ea, quæ est contexta a Macario Chrysocephalo episcopo Philadelphicæ, et Niceta diacono Magnæ Ecclesiæ.

Præterea plura ejusdem legas in Joannis Climaci *Scala*, in *Esloga* Patrum περὶ νήψεως καὶ προσοχῆς inter alios memoratur etiam Nilus ex Epistolis, in dubiis et solutionibus de variis Theologicis quæstionibus ex sanctis Patribus. In *Eclogis parallelis* Joannis Damasceni, addit Labbæus pag. 283: *Cum dicta Patrum laudantur, etiam sententiæ Nili suum locum habent.* Et Bonaventura Vulcanius ad lectorem in Nili Thessalonicensis tractatum *De primatu papæ.* — In *Catalogo bibliothecæ Patriarchæ Constantinopolitani*, citantur Nili monachi *orationes decem contra Mahomed.*

In Philippi Solitarii *Dioptra* Latinitate donata a Jacobo Pontano, et Ingolstadii impressa, anno 1664, in-4, inter alios Patres adductos locum suum habet, et Nilus.

Tandem Nilus ipse lib. xiii, epist. 11, *Ad Polyæthronium diaconum* refert se, coesflagitante librum satis amplum περὶ κατανύξεως, *De compunctione* comelinasse. Non delehit cordi meo epistolæ lectio, si bene prius expurgatus, rebusque mundanis superior factus es. Quare hic eam tibi dabo: Μακαρίζω σε τῆς πρὸς Θεὸν φιλαίας, καὶ τοῦ ἔρωτος τοῦ ἀφθάρτου καὶ οὐρανοῦ, καθότι τοὺς περὶ κατανύξεως ψυχῆς ἀπαιτεῖς ἡμᾶς λόγους. Σημεῖον δὲ ἐστὶ τι τοιοῦτον αἰτημα τῆς ἐν ψυχῇ καθαρότητος· οὐ γὰρ ἐστὶ δυνατόν, μὴ πρότερον ἐκκαθαρθέντα καλῶς, καὶ τῶν βιωτικῶν ἀπάντων ἀνώτερον γενόμενον, εἰς ταύτην τῶν λόγων τὴν ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν. Καὶ τοῦτο βῆθιον συνδεῖν ἐκ τῶν καὶ πρὸς ὀλίγον τούτῳ καταχομένῳ τῷ ἔρωτι· οὐ τοσαύτην ἀθρόον δέχονται τὴν μεταβολήν, ὡς εὐθέως πρὸς οὐρανὸν μεταστῆναι, καὶ αἰθεροβατεῖν τῇ μακαρίᾳ γνώμῃ. Ὅθεν προθύμως ἐγὼ δεξάμενος τὸ ἐπίταγμα τῆς σῆς εὐκρινεοῦς ἀγάπης, βιβλίον ὀλόκληρον περὶ κατανύξεως ἀντάξας ἀπέσταλα ὑμῖν τε καὶ τοῖς σὺν ὑμῖν διατρέθουσι φίλοις θεοσεβέσι, δυσωπῶν καὶ παρακαλῶν ὑμᾶς, παρῆρσιαν πρὸς τὸν Θεὸν ἔχοντας, ταῖς βόταις ὑμῶν ἀμελεῖσθαι προσευχαῖς. Δύνασθε γὰρ, εὖ οἶδα, ὑπὲρ ἡμῶν ἐξιλεοῦσθαι τὸ Θεῖον· *Ob amicitiam erga Deum, amoreque nulli corruptioni obnoxium, ac cælestem, fortunatum te judico: quod a nobis de compunctione animi sermonis exposcis. Hæc autem efflagitatio puritatem, quæ in animo est, indicat. Neque enim fieri potest, ut is, qui non prius expurgatus bene, rebusque omnibus mundanis superior factus est, in sermonum similium desiderium incidat. Idque ex iis, qui vel minimo temporis*

intervallo ejusmodi amore corripuntur, facile comprehendendi potest, cum illico tantam immutationem admittant, ut statim in cælum transvehantur, et beata mente gradiantur in æthere. Hinc ipsi avide sinceræ tuæ dictionis imperium arripiens, librum integrum de compunctione concinnatum vobis, illisque, qui una cum vobis commorantur, iis amicis transmissi, instanter petens, rogansque vos, qui apud Deum in aliqua estis auctoritate, sacris precibus mercedem rependere. Potestis enim, quod bene novi Numen nobis propitium reddere.

Et de scriptis hujusce viri præterea addam, quæ Nicephorus *Historiar.* lib. xiv, cap. 54, scribit: Ἄριστοι δὲ αὐτοῦ καὶ ἕτεροι λόγοι πεποιοῦνται, πνευματικῆς οὐκ ἄμοιροι χάριτος· ὧν οἶμαι πάντων τὰ πρῶτα φέρεσθαι ὃν πρὸς Ἑλληνας ἐπιγράφει, καὶ τὰ πρὸς Εὐλόγιον. Κεφαλαία δὲ συντάττει, ἄλλα μὲν εἰς πλάτος ἠπλωμένα, πολλὰ δὲ συντεμῶν, εὐσύνοπτον οἶον καὶ πρόχειρον τὸν πνευματικὸν καρπὸν, οἷόν τι νέκταρ ἢ ἀμβροσίαν προβάλλεται· *Alios item libros optimos, edidit spiritualis gratiæ non expertes. Inter quos primas eum ferre puto, quem adversus gentiles scripsit, et rursus qui ab eo ad Eulogium compositi sunt. Capita autem collegit, aliqua quidem fusius, multa compendiosius tractata: in quibus spiritualem fructum, perinde atque nectar, aut ambrosiam aliquam, oculis subjectam, ita ut facile percipi possit, proposuit.*

Inter scripta nostri Nili, quidam illud quoque videntur recensere, quod sub Epicteti philosophi nomine sæpius editum est, prænominatorque *Enchiridion*, et a plurimis doctissimis viris, Angelo Politiano, Thoma Nogiorgio, Hieronymo Wollfo e Græco in Latinum conversum et sæpius promulgatum, et tandem cum *Cebetis Tabula*, et aliis una cum *Vita Pythagoræ*, sententiis ad intelligibilia ducentibus, et antro *Nympharum*, quod in *Odyssea* describitur, studio, et diligentia clarissimi, eruditissimique Lucæ Holstenii, Cantabrigiæ typis academici impensis Joannis Morden, anno 1655, in-8. Et quia Politiani codices, quibus idem interpres usus fuerat, videbantur esse corrupti, ut veræ sententiæ vir alias in vertendo felix et doctissimus, vix umbram sit assecutus, ex alterius interpretatione pauca illa Politiani suppleta sunt Genevæ apud hæredes Eustachii Vignon, 1594, in-8.

Hoc *Enchiridion*, demptis tamen nonnullis, quæ gentilismum saperent, deorum nempe nominibus, Jovis, Fati, Fortunæ, et aliorum philosophorum gentilium, etc., et nonnullis immutatis ad sententiam honestiorem, et probiorem, et Christianis institutis convenientiorem legitur. Sed si molem libri conferas cum alteratis, pauca indicantur, imo colorem etiam et speciem pristinam, quæ illis dedit primus auctore, retinent, ut non aliud esse existimetur. Quod a Nili nostri genuinis fetibus alienum est, ideoque ambiguum habetur. Ut siquidem rem fatear, in

inmutatis neque succum, neque colorem dictionis Nilanæ, neque speciem intuemur. Et Nilus alias eloquentissimus, et Christianæ philosophiæ promus condus, ut ex aliis suis scriptis deprehenditur, non videtur verosimile a Stoica philosophia præsidia vitæ Christianæ emendasse. Et quomodo id agere sustinisset vir Christianæ religionis exemplar ipsissimum. Annon in alieno choro pedem posuisset, si ex gentiliū moribus, et Stoica philosophia Ascetis modum imponere constituisset? Et quomodo qui in hoc tractatu nomina antiquorum philosophorum ita æspernatus est, atque abhorruit, ut ea data opera ex hoc tractatu deleverit, ab iisdem præcepta vivendi omnibus virtutis numeris absolutissima, et quibus nihil poterat, vel addi, vel demi, petiisset? Annon id fuisset callidum, et frigidum ex eodem ore efflare? Vidi ipse manuscriptum codicem Græcæ, illumque vetustissimum Nili scripta opera continentem: in eo singuli tractatus, etiam minutiores inflexum habent nomen Nili, alia etiam et in fine postpositum. In *Enchiridio*, quod inter illos legebatur, neque in fronte, neque in calce eo nomine obsignatum, tantummodo illud referebat, Ἐπικτητοῦ Ἐγχειρίδιον, *Epicteti Enchiridion*. Non esse Nili videlicet, sed Epicteti, a quocunque sit vitiatum. Adde his. Ita hoc *Enchiridion Epicteti*, cum eo, quod Nilo nescio qua ratione adjudicatur, eandem labem passum fuisse. Cum de illo non inconsulto statutum dictumque sit, Epicteti non esse. Mihi sit præ omnibus unius Simplicii auctoritas, qui Præfatione in dictum *Enchiridion* sic scribit: *Arianus vitam et obitum Epicteti prolixis verbis est persecutus. Unde cognosci potest, qui vir ille fuerit. Idem Arianus et hunc libellum, quod Enchiridion inscribitur, composuit: deinde lectis ex Epicteti sermonibus philosophiæ locis maxime necessariis, et animos a permoventibus, ut ipse testatur in epistola ad Masgalenum, cui opus ipsum dedicavit ut amicissimo suo, et maximo operis admiratori. Quæ ferme eadem et iisdem vocabulis sparsim in Ariani scriptis de Epicteti exercitationibus inveniuntur: Περὶ μὲν τοῦ βίου τοῦ Ἐπικτητοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς Ἀρριανὸς ἔγραψεν, ὁ τὰς Ἐπικτητοῦ διατριβάς ἐν πολυστίχοις συντάξάμενος; βιβλίους. Καὶ ἀπ' ἐκείνου μαθεῖν ἔστιν, ὅποιος γέγονε τὸν βίον ὁ ἀνὴρ. Τὸ δὲ βιβλίον τοῦτο τὸ Ἐπικτητοῦ Ἐγχειρίδιον ἐπιγεγραμμένον, καὶ τοῦτο αὐτὸς συντάξεν ὁ Ἀρριανός. Τὰ καιριώτατα, καὶ ἀναγκασιώτατα ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ κινήτικώτατα τῶν ψυχῶν ἐπιλεξάμενος ἐκ τῶν Ἐπικτητοῦ λόγων, ὡς αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Μασγαληνὸν ἐπιστολῇ ἔγραψεν ὁ Ἀρριανός, ᾧ τὸ σύγγραμμα προσεφώνησεν, ὡς ἑαυτῷ μὲν φιλάτῳ, μάλιστα δὲ τὸν Ἐπικτητον θαυμαστόν· τὰ δὲ αὐτὰ σχεδὸν καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ὀνομάτων σποράδην ἐν τοῖς Ἀρριανοῦ περὶ τῶν Ἐπικτητοῦ διατριβῶν ἐν τοῖς γραφομένοις εὗρισκονται. Hinc Salmasius Notis in Simplicio colligit: Ergo hujus Enchiridii auctor, qui et Dissertationum,*

nempe Arianus. Sed mirum ut in hodiernis Dissertationibus ea non reperiantur, quæ de vita et morte Epicteti memoriæ mandasse Arianum hic Simplicius testatur. Ita multa etiam ex Enchiridio a Stobæo citari, quæ aut omnino in hoc manuali non habentur, aut aliter scripta habentur. Et Daniel Heinsius conciniit epistola ad Theodorum Gresuvinckelium: Cum ingenti voluptate, pariter et cura legi Epictetum: Enchiridion in primis, quod ab Ariano ex oraculis divini viri concinnatum hic nunc habes. Et comperitiora de Epicteti Enchiridio quærimus? Hoc idem de Nilano affirmandum non est. Considera rem attentius: tum demum iudicium da; ad hæc testes, si potes. Sed inter ejus scripta locum habet. At cuius nomen præferat, edicito. An hic libellus tantum extraneo auctori suppositus suppositivus fuerit.

Illud quoque animadvertendum est, Nilum hunc nostrum Ascetam a plerisque martyris, ab aliis episcopi titulo insigniri. Notat Nicolaus Classerus: *Et si de Nili martyrio non constat, ex eodem tamen auctore, ut etiam ex Osiandri Annalibus manifestum est, illum cum filiis (lege cum filio) a barbaris perpressum esse. Inter martyres igitur hoc nomine fortassis refertur. Circa annum Christi 309 floruisse existimatur. Interpretationem vero Latinam adjecti hanc qualemcumque, ut eam cum illa Neandri, sè forte in manibus conferre liceat, quo utriusque collatione plus luminis accedat. Indecurias quoque pueriliter distinctas habebis sententias, eum in finem, ut versio Latina Græco textui postposita commodius respondeat. Et plane de martyrio, licet opere ipso martyrium non subierit, neque pro una fide Christi sanguinem effuderit, neque vitam exposuerit; certum est tamen, et ex ejus scripto satis apertum, eum id agendi semper cupidissimum fuisse. De episcopatu ipse existimo, illum post tot calamitates, nonnullos episcopos considerata tanti viri virtute et doctrina saltem in Ægypti partibus, in quibus similium hominum summa penuria erat, consilio inter se inito in tantam dignitatem, et merito, extulisse. Sed hæc mera suspicio est. Esto. Certe id negari non potest, aliquod certum indicium habuisse eos, qui primi tanto viro episcopi titulum attribuerunt. Non dissimilis esset suspicio de Theodulo illius filio, qui nullis sacris ordinibus ante captivitatem conspicuus erat, si vocarem illum diaconum, et tamen ille de se dicit, ab episcopo coactum similem ordinem obtinuisse: et vere promotus est: Ὡς δὲ ἂν μὴ δόξαι βίαν προσάγειν ὑπονοῶ τῆς ὑπὲρ τοῦ παιδὸς δεδομένης τιμῆς, μηδὲ δεσποτικώτερον ἀπαιτεῖν τὴν παραμονήν, πράττειν ἐπέτρεπε πᾶν τὸ δοκοῦν κατὰ γνώμην, ἐν τούτῳ μόνον τυραννήσας ἡμᾶς, τὸ τὸν ζυγὸν ἐπιθεῖναι τὸν ἱερατικὸν μὴ βουλομένους. Ἡμεῖς μὲν γὰρ τὸ βάρος λογιζόμενοι τῆς λειτουργίας, ἀσχάλλοντες ὠδύρομεθα, καὶ οὐκ εἴχομεν πρὸς τὸ ἐπιτεθεῖν ἄβητος ἀνεκτικῶς ὑπὲρ ἡμᾶς, ὃ καὶ μόλις τοῖς ἀγίοις ἀρμόζει, δσον εἰς πολιτείαν λόγον. Κάκεινοις γὰρ ἐφάνη βαρὺ, καὶ ὠμολόγησαν καλούμενοι, ὑπερβαίνειν αὐτοὺς τὸ ἀξίωμα.*

καὶ Θεῶν ἀντίλεγον ἐπὶ πολὺν προβαλλόμενοι τὸ ἀνάξιον, καὶ παρητούνητον τὴν χειροτονίαν προφασίζόμενοι, καὶ τὸ πλεόν τῶν νῦν ἀπάντων ὄντες ἐπιτήθειοι πρὸς τὸ ἔργον, καὶ ἐξ ἀσκήσεως τῶν καλῶν παρρησίαν ἔχειν ἐν τῇ λατρείᾳ πρὸς τὴν Δεσπότην μᾶλλον δυνάμενοι. Ἐκεῖνος δὲ πρότερον ἔλεγε τοῖς πόνοις τὸ γέρας, καὶ τοῖς καμάτοις τοῦ ἀγῶνος, ὡς ἐνόμιζεν, ἰδίῳ μισθὸν τὸ ἀξίωμα. Ex versione Petri Possini : *Idem tamen, ut nolle nos vidit, modum posuit officio ; ne recordari pretii redimendo puero impensi, et herili jure tanquam mancipium retinere velle videretur. Ea gratia arbitrio nostro, utrum vellemus, permisit, unum hoc tantum amice perseverans blanda tyrannide obtinuit, ut nobis recusantibus sacerdotalis officii jugum imponeret. Nos enim onus reputantes tanti ministerii hoc ejus consilio contristati deslebamus, nec serebamus facile tantam imponi nobis molem officii, quod tam emendatam, et sublimem celestis vitæ rationem exigit, qualem vix sancti ipsi præstare de se audeant. Illis quippe ipsis quoque grave hoc munus visum est. Neque id dissimularunt cum eo sunt vocati, majorem esse dignitatem illam, quam ut sibi conveniret ; id ipsum etiam diu excusare ausi apud offerentem hunc honorem Deum, deprecantes impositionem manuum, indignitatis et imbecillitatis propriæ conscientia : tametsi omnibus, qui nunc sunt, haud paulo essent iidem ad id munus aptiores, et propter diuturnam professionem sanctioris vitæ, virtutumque usum majori fiducia ad tractationem mysteriorum, et functionem sacrificii possent accedere. Quibus ille contra remunerandos sibi videri aiebat hujus dignitatis titulo labores in tam difficili certamine, cujus victoribus hoc addere præmii loco sibi placere. Postremo cum discedere illinc, et domum reverti decrevissemus idem ille viatico quantum in longam illam viam opus erat, liberaliter instructos, votis insuper oneratos, cum Dei*

gratiam nobis itineris comitem, et longum domi, postquam eo pervenissemus, pacis fructum compartaretur, sic demum officiosissime dimisit. Nihil jus ostentans suum, et beneficium redemptionis, neque potestatem in caput pretio emptum sibi acquisitam gloriatus ; quod minus humanus forte quispiam alius faceret : imo illam ipsam videbatur calamitatem venditionis, consolatione multa levans. Ea hic Theodulus, et, quod magis est, Nilus ipse in sacerdotem post tot labores operosos atque molestos laurea sacerdotis ab episcopo, et ejus arte et Marte evincuntur, cum antea nulla dignitate ecclesiastica effulgerent. Quare non et Nilus ob has easdem speciosas animi dotes, et doctrinarum præstantiam, et enavatam operam pro Christiana republica consequi potuit præmium ab antiquæ religionis exemplari episcopo ? Ego certe non dubito, licet id in scriptis relatum non sit, assecutum fuisse. Ut hinc merito ab illius ævi scriptoribus, quibus per-vulgatiores et percelebratiores erant titulis non martyris tantum, sed et episcopi insignitus posteritati accesserit : etsi quæ de eo Commentaria pertractabant, extabuerint, et ad nihilum funditus redierint. Nisi quispiam perhorridus, et incultus id quoque dicere audeat, exscriptorum incuriam Nilum illum Ægyptium episcopum et martyreum cum hoc nostro Constantinopolitano confudisse. Defunctum tandem hunc Nilum Justinus Posterior inde translatus in fundamento sacratoris Mensæ, narrat Nicephorus lib. xiv, cap. 54, in eo, quod ab ipso Petro et Paulo apostolorum principibus ad orphanotrophium constructum est, templo reponit. Ὅν τέλει τοῦ βίου χρησαμένον Ἰουστίνος ὁ ὑστερος ἐκεῖθεν ἀναχομίσας, ἐπὶ τῷ βῆθρῳ τῆς ἱερᾶς τραπέζης τοῦ παρ' αὐτοῦ δομηθέντος οἴκου Πέτρῳ καὶ Παύλῳ τοῖς κορυφαίοις τῶν ἀποστόλων ἐν τῷ ὄρφανοτροφείῳ κατέθετο.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΝΗΛΟΥ

ΤΟΥ ΑΣΚΗΤΟΥ, ΜΑΘΗΤΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Δ.

S. P. N. NILI

ASCETÆ, DISCIPULI S. JOANNIS CHRYSOSTOMI

EPISTOLARUM LIBRI QUATUOR.

Interprete Leone Allatio.

SERENISSIMO PRINCIPI RAYNALDO ESTENSI LEO ALLATIUS.

Τῶν λογισμῶν οἱ μὲν τέμνουσιν, οἱ δὲ τέμνονται· καὶ τέμνουσι μὲν οἱ πονηροὶ τοὺς ἀγαθοὺς, τέμνονται δὲ πάλιν ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν οἱ πονηροὶ τὸ τόνον Πνεῦμα τὸ ἅγιον πρῶτως θεθέντι προσέχει λογισμῷ, καὶ πρὸς ἐκεῖνον κρίνει ἡμᾶς, ἢ ἀποδέχεται. Ὁ δὲ λέγω τοιοῦτόν ἐστιν. Ἐχω τινὰ φιλοξενίας λογισμῶν, καὶ τοῦτον ἔχω διὰ τὸν Κύριον, ἀλλ' οὗτος ἐπελθόντος τοῦ πειράζοντος τέμνεται καὶ δόξης χάριν φιλοξενεῖν ὑποβάλλοντος. Πάλιν· ἔχω φιλοξενίας λογισμῶν πρὸς τὸ τοῖς ἀνθρώποις φανῆναι, ἀλλὰ καὶ οὗτος ἐπελθόντος κρείττονος λογισμοῦ διατέμνεται, τοῦ πρὸς τὸν Κύριον μᾶλλον ἡμῶν τὴν ἀρετὴν ἀπευθύνοντος, καὶ μὴ δι' ἀνθρώπους ταῦτα πράττειν ἡμᾶς ἀναγκάζοντος. Ἄν οὖν διὰ τῶν ἔργων λοιπῶν τοῖς προτέροις ἐμμένωμεν ὑπὸ τῶν δευτέρων πειραζόμενοι, μόνων τῶν προτέρων θεθέντων λογισμῶν ἔχομεν τοὺς μισθοὺς, διότι ἀνθρώποι βντες, καὶ παλαίοντες δαιμόνιοι, ἀεὶ κατέχειν τὸν ὄρθον λογισμῶν ἀφθαρτον οὐκ ἰσχύομεν, οὐδὲ πάλιν τὸν πονηρὸν λογισμῶν ἔχειν ἀκείριστον,

⁶ Matth. vi, 25. ⁷ II Cor. xi, 27. ⁸ Philipp. iii, 13, 14. ⁹ Ephés. vi, 12.

ἀρετῶν ἀπέριματά κέκτημένους. Ἐλθὼν ἐάν τις χρονίσῃ τῶν τεμνόντων λογισμῶν ἐν τῇ χώρᾳ τοῦ πειραζομένου καθίσταται, καὶ κατ' ἐπέινον λοιπὸν τῶν λογισμῶν ὁ ἀνθρώπος; κινούμενος ἐνεργήσει. Τῶν ἀγγελικῶν λογισμῶν, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων καὶ τῶν ἐκ δαιμόνων ταύτην τὴν διαφορὰν μετὰ πολλῆς τῆς παρατηρήσεως ἐγνώκαμεν εἶναι, ὅτι πρῶτον μὲν οἱ ἀγγελικοὶ τὰς φύσεις τῶν πραγμάτων περιεργάζονται, καὶ τοὺς πνευματικοὺς αὐτῶν ἐξιχνιάζουσι λογισμοῦς. Οἶον, τίνος χάριν γαγένηται ὁ χρυσοῦς, καὶ διὰ τί ψαμμάδης, καὶ κάτω που τοῖς μορλοῖς τῆς γῆς ἐγκατέσπαρται, καὶ μετὰ πολλοῦ καμάτου, καὶ κόπου εὐρίσκειται; ὅπως τε εὐρεθεὶς ὕδατι πλύνεται, καὶ πυρὶ παραδίδεται, καὶ οὕτως εἰς τεχνιτῶν ἐμβάλλεται χεῖρας, τῶν ποιούντων τῆς σκηπῆς τὴν λυχνίαν, καὶ τὸ θυμιατήριον, καὶ τὰς θύσκακας, καὶ τὰς φιάλας, ἐν αἷς οὐκέτι νῦν πίνει διὰ τὴν χάριν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὁ Βαβυλωνίος βασιλεὺς, Κλεόπα δὲ φέρει καρδίαν καιομένην ὑπὸ τούτων μυστηρίων. Ὁ δὲ δαιμονιώδης λογισμὸς, ταῦτα μὲν οὕτε οἶδεν, οὕτε ἐπίσταται· μόνην δὲ τὴν κτήσιν τοῦ ἀλοητοῦ χρυσοῦ ὑποβάλλει, καὶ τὴν ἐκ τούτου τρυφήν τε καὶ ὄξαν ἐσομένην προλέγει· ὁ δὲ ἀνθρώπινος λογισμὸς, οὐδὲ τὴν κτήσιν ἐπιζητεῖ, οὕτε τίνος περιεργάζεται σύμβολον ὁ χρυσοῦς, ἀλλὰ μόνον εἰς τὴν διάνοιαν τοῦ χρυσοῦ τὴν μορφήν εἰσφέρει ψιλήν, πάθους πλεονεξίας κεχωρισμένην· ὁ δὲ αὐτοῦ λόγος, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων βηθήσεται, κατὰ τὸν κανόνα τούτου μυστικῶς γυμναζόμενος.

formam separatam ab avaritia passione: itaque idem sermo, et de cæteris aliis dicendus, secundum hanc regulam mystice exercitatus.

ΚΕΦΑΛ. Η΄.

Ἔστι δαίμων, πλάνος λεγόμενος, καὶ ὑπὸ τὴν ἔω μάλιστα τοῖς ἀδελφοῖς παρίσταται, ὅστις περιάγει τοῦ ἀναχωρητοῦ τὸν νοῦν ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν, καὶ ἀπὸ οἰκίας εἰς οἰκίαν, καὶ ἀπὸ κώμης εἰς κώμην, φιλάς ἔβηεν πρῶτον τὰς συντυχίας ποιοῦμενον, καὶ γυμνῶν τὴν εὐχάριον, καὶ λαλοῦντα μακρότερα, καὶ τὴν οἰκίαν πρὸς τοὺς ἀπαντώντας κατάστασιν διαφθερίζοντα, καὶ μακρὰν γινόμενον, κατ' ἔλιγον τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς ἀρετῆς, καὶ τοῦ ἐπαγγέλματος λήθην λαμβάνοντα. Δεῖ οὖν τὸν ἀναχωροῦντα, τοῦτον τηρεῖν, πῶθεν τε ἀρχεται, καὶ ποῦ καταλήγει· οὐ γὰρ εἰκῆ, οὐδὲ ὡς ἔτυχε μακρὸν ἐκείνον κύκλον ἐργάζεται, ἀλλὰ τὴν κατάστασιν τοῦ ἀναχωρητοῦ διαφθερῆν βουλόμενος, ταῦτα ποιεῖ, ἵνα ἐκκαυθεὶς ἐκ τούτων ὁ νοῦς, καὶ ἐκ τῶν πολλῶν συντυχῶν μεθυσθεὶς εὐθέως τῷ τῆς κορνείας, ἢ τῆς ὀργῆς, ἢ τῷ τῆς λύπης δαίμονι περιπέσῃ, οἷτινες μάλιστα λυμαινόμενοι τῆς καταστάσεως αὐτοῦ τὴν λαμπρότητα. Ἄλλ' ἡμεῖς, εἴπερ ἔχομεν σκοπὸν τοῦ γνῶναι σαφῶς τὴν τούτου μαγουργίαν, μὴ ταχέως φθελώμεθα πρὸς αὐτὸν, μηδὲ δεκνύμεν τὰ γινόμενα, πῶς κατὰ τὴν διάνοιαν τὰς συντυχίας ἐργάζεται, καὶ τίνα τρόπον κατ' ὀλίγον συναυνοῦν τὸν νοῦν πρὸς τὸν θάνατον, ἐπεὶ φεύζεται ἀφ' ἡμῶν.

A semper retinere; sicut e contra, 520 cum virtutum possideamus semina, malam cogitationem habere non possumus intentatam: verumtamen si quæ cogitationum secantium diutius immorata fuerit, tentantis obtinet partes, et postea secundum illam cogitationem homo commotus operabitur. Cum multa observatione cognovimus, quod inter cogitationes angelicas, et humanas, ac eas quæ a dæmonibus proveniunt, hæc sit differentia, nimirum, quod primum quidem angelicæ naturas rerum curiose ac diligenter inquirunt, sensuque spiritualia, seu cogitationes ipsarum investigant. Exempli gratia, quære factam fuerit aurum, quamque ob causam arenosam sit, inque inferioribus terræ partibus fuerit disseminatum, cumque magno labore ac opere inveniatur? et, cum inventum fuerit, quo pacto aqua perluitur, et igni traditur, sicque in artificum injicitur manus, qui faciunt tabernaculi candelabrum, et thuribulum, et mortariola sive acetabula, et phialas¹¹, in quibus per gratiam Salvatoris nostri non amplius nunc bibit Babylonius rex; sed ab istis sacramentis Cleopa fert cor ardens¹². Verum dæmoniaca cogitatio nec novit ista, nec scit; sed solam auri sensibilis possessionem impudenter suggerit, et delicias, quæ inde proveniunt, atque futuram gloriam prædicit; humana vero cogitatio nec possessionem quærit, neque ejus rei aurum sit symbolum, seu signum curiose disquirat, sed solummodo in mentem introducit auri

C

521 CAPUT VIII.

Reperitur dæmon, qui dicitur deceptor, et præsertim sub auroram fratribus astat, qui secedentis anachoretæ mentem circumagit e civitate in civitatem, et e domo in domum, et e vico in vicum, in primis videlicet simplicia habentem colloquia, et cum quibusdam cognitissimam conversantem, atque prolixius colloquantem, propriumque statum ad obvios non servantem, et paulatim sese procul a Dei cognitione elongantem, virtutemque ac professionem oblivioni mandantem. Oportet itaque, quod secedens anachoreta caute observet dæmonem istum, unde incipiat, et quo desinat; etenim non temere, neque casu longum illum circulum operose ducit; verum ista facit, eo quod velit anachoretæ statum disperdere, ac corrumpere, ut mens ex istis inflammata, et e multis colloquiis inebriata, confestim incidat in dæmonem fornicationis, vel iracundiæ, vel tristitiæ, qui maxime vitiant ac lædunt status ejus claritatem. Nos vero, si intentionem habemus luculenter dignoscendi hujus versutiam, ne cito quid ipsi proferamus, neve patefaciamus, quæ sunt, quomodo nimirum intellectualia fabricetur colloquia, quoque pacto paulatim mentem compellat ad mortem, quia fugiet a nobis, nec enim

¹¹ Matth. vi, 21. ¹² Exod. xxv, 29; I Mach. i, 25; Jerem. lii, 18, 19. ¹³ Luc. xxiv, 18.

sustinet videri, dum hæc facit; ac postremo nihil aciemus eorum, quæ dicere studuimus, verum adhuc unam diem, sive et aliam concedamus ipsi, ut ar̄um perficiat, quo, diligenter ipsius ineptum stupidumque ingenium dignoscetes, posthæc sermone ipsum arguendo vertamus in fugam.

522 CAPUT IX.

Sed quoniam contingit, quod, tentationis tempore, mens, cum sit infuscata, ac veluti excitate sæculento cævo inquinata, non perspicit diligenter ea quæ fiunt, post secessum dæmonis istud fiat: considerans apud te ipsum memento rerum, quæ tibi evenerunt undenam cœperis, et quo processeris, quove in loco comprehensus fueris a spiritu fornicationis, vel iracundiæ, vel tristitiæ, et quomodo facta fuerint omnia, quæ acta sunt, ac luculenter ista edisce, et manda memoriæ, ut ipsum adventantem valeas arguere, locumque ab ipso absconsum indica, neve deinceps eum secteris. Si vero interdum velis in furorem quoque ipsum provocare, eum astantem subito argue, primumque, in quem prodiit, locum manifesta, et secundum, et tertium; valde namque fert ægre, minime tolerans opprobrium; demonstratio vero, quod tempestive ad eum fueris locutus, erit, quia fugiet a te cogitatio: non est quippe possibile, quod deinceps astet, dum manifeste redarguitur. Huic vero dæmoni erroris superato succedit, seu subsequitur gravissimus somnus, et mortificatio cum multo palpebrarum frigore, ac infinitæ oscitationes, gravatique humeri, ac torpentes; quæ intensa oratione dissolvit Spiritus sanctus.

CAPUT X.

Odium, quod adversus dæmones habemus, nobis ad salutem confert, et ad virtutis operationem est valde accommodum et aptum. Sed hoc in nobis ipsis, velut quoddam bonum 523 germen enutrire non valemus, cum spiritus voluptatum amantes id corruptant, adque amicitiam, et consuetudinem rursus animam evocent; verum hanc amicitiam, seu potius gangrænam curatu difficilem medicus animarum sanat per derelictionem; permittit enim, nos aliquid terribile pati ab ipsis noctu, seu per diem, tuncque denuo anima ad odium primigenium D recurrit, edocta dicere ad Dominum, secundum David: « Perfecto ipsos oderam odio, in inimicos facti sunt mihi ¹⁴. » Is quippe perfecto inimicos odio habet, qui nec actualiter, nec intellectualiter peccat; quod quidem primæ, maximæque passionum vacuitatis est argumentum.

CAPUT XI.

De dæmone autem, qui efficit, ut anima stolidæque sese gerat, quid oportet dicere? ego enim timeo de ipso quid scribere; quo pacto anima proprio labat, et alienatur e statu. Tempore namque adventus ejus (scilicet dæmonis) tum Dei

¹⁴ Psal. cxxxviii. 22.

ἄρασθαι γὰρ ταῦτα πράττων οὐ καταδέχεται· καὶ οὐδὲν λοιπὸν εἰσόμεθα ὧν μαθεῖν ἐσπουδάκαμεν. Ἄλλὰ καὶ ἄλλην μίαν ἡμέραν, ἢ καὶ δευτέραν συγχωρήσωμεν αὐτῷ τελειῶσαι τὸ δρᾶγμα, ἵνα ἀκριβῶς μαθόντες αὐτοῦ τὸ σκαιώρημα, λόγῳ μετὰ ταῦτα ἐλέγξαντες αὐτὸν φυγαδύσωμεν.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Ἄλλ' ἐπειδὴ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πειρασμοῦ συμβαίνει, θεθλωμένον ὄντα τὸν νοῦν μὴ ἀκριβῶς ἰδεῖν τὰ γινόμενα, μετὰ τὴν ἀναχώρησιν τοῦ δαίμονος τοῦτο γινέσθω· καθέσθαι καὶ ἑαυτὸν, μνημόνευσον τῶν συμβεβηκότων σοι πραγμάτων, πόθεν τε ἤρξω καὶ ποῦ ἐπορεύθης, καὶ ἐν ποίῳ τόπῳ συνελήφθης ὑπὸ τοῦ πνεύματος τῆς πορνείας, ἢ τῆς ὀργῆς, ἢ τῆς λύπης, καὶ πῶς πάντα γέγονε τὰ γινόμενα, καὶ σαφῶς ταῦτα κατὰμαθε, καὶ παράδος τῇ μνήμῃ ἵνα ἔχῃς ἐλέγχειν αὐτὴν προϊόντα, καὶ τὸν κρυπτόμενον ὑπ' αὐτοῦ τόπον καταμήνυε, καὶ οὐκ ἀκολουθήσεις αὐτῷ λοιπόν. Εἰ δὲ βούλει ποτὲ καὶ εἰς μανίαν προκαλέσασθαι, ἔλεγξον αὐτὸν εὐθὺς ἐπιστάντα, καὶ τὸν πρῶτον τόπον εἰς ὃν εἰσῆλθε φανέρωσον, καὶ τὸν δεύτερον, καὶ τὸν τρίτον, πάνυ γὰρ χαλεπαίνει μὴ φέρων τὴν αἰσχύνην· ἀπόδειξις δὲ ἔσται τοῦ καιρῶς ὅς φθέγγασθαι πρὸς αὐτὸν, τὸ πεφευγέναι τὸν λογισμὸν ἀπὸ σοῦ· ἀδύνατον γὰρ λοιπὸν στήναι αὐτὸν φανερῶς ἐλεγχόμενον. Τοῦτον δὲ ἡτηθέντα τὸν τῆς πλάνης δαίμονα διαδέχεται ὕπνος βαρύτατος, καὶ νέκρωσις μετὰ ψυχρότητος πολλῆς τῶν βλεφάρων, καὶ χασμοὶ ἀπειροὶ, καὶ ὤμοι βαρούμενοι, καὶ νερκῶντες, ἅπερ τῇ συντάμῳ προσευχῇ διαλύσει τὸ Πνεῦμα τὸ ὄγιον.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Πάνυ τὸ μῖσος τὸ κατὰ τῶν δαιμόνων ἡμῖν πρὸς σωτηρίαν συμβάλλεται, καὶ πρὸς τὴν ἐργασίαν τῆς ἀρετῆς ἔστιν ἐπιτήδειον· ἀλλὰ τοῦτο ἐκτρέφειν ἐν ἑαυτοῖς, ὥσπερ τι γέννημα ἀγαθὸν οὐκ ἰσχύομεν, τῶν φιληδόνων πνευμάτων διαφειρόντων αὐτὸ, καὶ πρὸς φίλλαν, καὶ συνηθειαν πάνιν τὴν ψυχὴν ἐκαλλουμένων· ἀλλὰ ταύτην τὴν φιλίαν, μᾶλλον δὲ τὴν δυσίατον γάργαιναν ὁ ἰατρὸς τῶν ψυχῶν δι' ἐγκαταλείψεως θεραπεύει· συγχωρεῖ γὰρ τι φοβερὸν παθεῖν ἡμᾶς ὑπ' αὐτῶν νύκτωρ ἢ μεθ' ἡμέραν, καὶ πάλιν ἡ ψυχὴ πρὸς τὸ ἀρχέτυπον μῖσος ἐπανατρέχει διδασχομένη πρὸς τὸν Κύριον λέγειν, κατὰ τὸν Δαβὶδ, τὸ, « Τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς, εἰς ἐχθρούς ἐγένοντό μοι. » Οὗτος γὰρ τέλειον μῖσος μισεῖ τοὺς ἐχθρούς, ὁ μῆτε κατ' ἐνέργειαν, μῆτε κατὰ διάνοιαν ἀμαρτάνων· ὅπερ τῆς πρώτης, καὶ τῆς μεγίστης ἔστιν ἀπαθείας τεκμήριον.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Περὶ δὲ τοῦ δαίμονος, τοῦ τὴν ψυχὴν ἀναισθητεῖν ποιοῦντος, τί δεῖ λέγειν; Ἐγὼ γὰρ δέδοικα καὶ γράφειν περὶ αὐτοῦ, πῶς ἡ ψυχὴ τῆς οἰκειας ἐξίσταται καταστάσως· παρὰ γὰρ τὸν καιρὸν τῆς ἐπιώμιας αὐτοῦ, καὶ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν εὐλάβειαν

ἀποδύεται, καὶ τὴν ἁμαρτίαν, οὐχ ἁμαρτίαν εἶναι λογίζεται, καὶ τὴν παρανομίαν οὐ νομίζει παρανομίαν, κολάσεως δὲ καὶ κρίσεως αἰωνίου, ὡς ψιλῶ ῥήματος μέμνηται, καταγελάδ δὲ ὄντως σεισμοῦ πυρφόρου, καὶ Θεὸν μὲν δῆθεν ὁμολογεῖ, εἰ δὲ προσέταξεν οὐκ ἐπίσταται· τῶπτείς εἰς τὰ στήθη, κινουμένης αὐτῆς πρὸς τὴν ἁμαρτίαν, καὶ αὐτὴ οὐκ αἰσθάνεται. Ἄπο Γραφῶν διαλέγη, καὶ ἢ παύρωται, καὶ οὐκ ἀκούει· θνεῖδος αὐτῇ τὸ παρὰ τῶν ἀνθρώπων προσφέρει, καὶ οὐ λογίζεται τὴν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις αἰσχύνην, καὶ αὐτὴ ἔλως οὐ συνίησι, δίκην χοίρου καμμύσαντος ὀφθαλμοῦς, καὶ τὸν φραγμὸν διακόπτοντος· τοῦτον δὲ τὸν δαίμονα κενοδοξίας χρονίσαντες ἐπάγουσι λογισμοί, οὐ εἰ μὴ ἐκολοθῶθησαν αἱ ἡμέραι, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σὰρξ. Καὶ γὰρ τῶν σπανίως παραβαλλέντων τοῖς ἀδελφοῖς, ἐστὶ καὶ ἡ αἰτία πρόδηλος· ἐπὶ συμφοραῖς γὰρ ἐτέρων ἢ ἐν νόσοις πιεζομένων, ἢ ἐν φυλακαῖς δυστυχούτων, ἢ αἰφνιδίως περιπετόντων θανάτοις, φυγαδεύεται οὗτος, τῆς ψυχῆς κατὰ μικρὸν καταυσομένης, καὶ εἰς συμπάθειαν ἐρχομένης, καὶ διαλυομένου τοῦ δαιμονίου πυρώματος, ὧν ἡμεῖς ἀποροῦμεν διὰ τὴν ἔρημον, καὶ τὴν σπάνιν τῶν παρ' ἡμῖν ἀσθενούντων.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ΄.

Τοῦτον τὸν δαίμονα μάλιστα φυγαδεύων ὁ Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις προσέταξεν ἀσθενούντας ὄρεῖν, καὶ τοὺς ἐν φυλακῇ ἐπισκέπτεσθαι· « Ἀσθενῆς γὰρ ἦμην, φησὶ, καὶ ἐπαρκέψασθέ με, καὶ ἐν φυλακῇ καὶ ἦλθετε πρὸς με. » Πλὴν τοῦτο ἰστέον, εἰ τις τῶν ἀναχωρητῶν, περιπεσὼν τούτῳ τῷ δαίμονι, λογισμοὺς οὐκ ἔλαβε πορνικούς, ἢ τὸν οἶκον ἀκηδίας οὐ κατέλιπεν, οὗτος σωφροσύνην, καὶ ὑπομονὴν ἀπ' οὐρανῶν ἐδέξατο κατελθούσας, καὶ μακάριός ἐστι, τῆς τοιαύτης καταξίωθις ἀπαθείας. Ὅσοι δὲ τῶν ἐπαγγελιομένων θεοσέθειαν, καὶ κοσμικοῖς συναυλιζεσθαι προαιροῦνται, φυλαττέσθωσαν τούτου τοῦ δαίμονος. Ἐγὼ γὰρ περὶ αὐτοῦ πλέον τι λέγειν, ἢ γράφειν, καὶ τοὺς ἀνθρώπους αἰσχύνομαι.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ΄.

Πάντες οἱ δαίμονες φιλήδονον διδάσκουσι τὴν ψυχὴν· μόνος δὲ ὁ τῆς λύπης δαίμων, τοῦτο πράττειν οὐ καταδέχεται, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐισελθόντων τοὺς λογισμοὺς διαφθείρει, πᾶσαν ἡδονὴν περικόπτων καὶ ξηραίνων αὐτὴν διὰ τῆς λύπης. Ἐπερ ἀνδρὸς λυπηροῦ ξηραίνεται ὄσῳ, καὶ μετριῶς μὲν πολεμῶν δόκιμον τὸν ἀναχωρητὴν ἀπεργάζεται· πείθει γὰρ αὐτὸν μηδὲν τῶν κόσμου τούτου προσέσθαι, καὶ πᾶσαν ἡδονὴν περιστασθαι, πλεον δὲ προσκαρτερῶν, γεννᾷ λογισμοὺς ὑπεξάγειν ἑαυτὸν τῇ ψυχῇ συμβουλευόντας, ἢ φεύγειν τῶν τόπων μα-

A metu, ac devotione exultat, tum peccatum putat non esse peccatum, tum iniquitatem non opinatur esse iniquitatem, tum punitionem æternam, ac iudicium tanquam simplex effatum commemorat, tum deridet motus concussiones vere igniferas, tum Deum videlicet constietur, at, quid mandarit. ignorat; percutis in pectora, quando ea (scilicet anima) movetur ad peccatum, et ipsa non sentit. Ex Scripturis sermonem habes, illaque tota excæcata manet, nec audit; adducis ipsi quod ab hominibus **524** infertur dedecus, et non computat opprobrium, quod est apud homines; ipsaque penitus non intelligit, ad instar porci claudentis oculos, sepemque discindentis: cogitationes autem vanæ gloriæ diutius immanentes hunc inducunt dæmonem, cujus nisi abbreviati fuissent dies, non salva foret omnis caro ¹⁶. Etenim quod eæ cogitationes raro accedant ad fratres, causa manifesta est. Dum nempe alii aut calamitatibus, aut morbis opprimantur, aut misere degant alii in carceribus, aut in mortes incidant repentinas, iste dæmon effugatur, cum anima paulatim compungatur, et ad compassionem veniat, sicque excæcatio, quæ a dæmone fuerat compacta, dissolvatur: quibus (scilicet mediis) nos destituti sumus propter solitudinem, et ægrotantium penuriam apud nos.

CAPUT XII.

Istiusmodi dæmonem maxime in fugam convertens Dominus in Evangeliiis præcepit, visitare infirmos, et invisere eos, qui sunt in carcere. « Infirmus enim fui (inquit), et visitastis me; et in carcere fui, et venistis ad me ¹⁶. » Verumtamen hoc sciendum quod, si quis anachoretarum, cum in hunc dæmonem incidit, cogitationes non habuit meretricias, aut domum, sive cellulam non dereliquit præ desidia, iste temperantiam, atque patientiam e cœlis descendentes est assecutus, ac beatus existit, qui tali passionis vacuitate dignus est habitus. Quotquot autem divinum profitentur cultum, et mundanis, seu sæcularibus eligunt cohabitare, caveant **525** ab isto dæmone: ego enim de ipso amplius aliquid dicere aut scribere etiam ipsos homines verecundor.

CAPUT XIII.

Omnes dæmones edocent animam, ut anans sit voluptatum; solus autem dæmon tristitiæ id facere recusat, sed introentium cogitationes disperdit, voluptatem omnem animæ imminuens, ac infringens, ipsamque arefaciens per dolorem. Siquidem hominis præ tristitia dolentis exsiccantur ossa ¹⁷; et mediocriter quidem belligerans probatum efficit anachoretam; persuadet quippe ipsi ab omnibus huius mundi rebus abhorreere, omnemque voluptatem evitare; plus vero perseverans generat cogitationes consulentes animæ sese subducere,

¹⁶ Matth. xxiv, 22; Marc. xiii, 20. ¹⁷ Math. xxv, 36. ¹⁸ Prov. xvii, 22.

aut cogentes procul a locis aufugere : quod cogitavit quondam, et passus est quoque sanctus Job, dum ab isto dæmone perturbaretur, ac vexaretur ; ait enim : « Utinam possem meipsum edomare, aut precari alterum, et faciet mihi hoc ¹⁸. » Hujus dæmonis figura est vipera, bestia illa cujus natura, si benevole et humaniter detur, aliarum ferarum venena labefactat, ac disperdit, intemperanter vero suscepta, ipsum etiam animal corrumpit. Huic dæmoni tradidit Paulus eum, qui pœnarat flagitium Corinthi, idcirco denuo studiosè scribit Corinthiis, dicens : « Confirmate in illum charitatem, ne forte ex abundantiori tristitia absorbeatur iste talis ¹⁹. » Verum hic spiritus homines afflicta novit ipsis conciliator etiam fieri bonæ pœnitentiæ ; unde et sanctus Joannes Baptista eos, qui ab isto dæmone pungebantur, et **526** ad Deum confugebant, admonens inquit : « Gemina viperarum, quis vobis ostendit fugere ab ira ventura ? Facite igitur fructum dignam pœnitentiæ ; et ne putetis dicere intra vosmetipsos : Patrem habemus Abraham ; dico enim vobis, quod potest Deus ex lapidibus istis suscitare filios Abraham ²⁰. Verumtamen quicumque, Abraham imitatus, e terra exiit sua, et e cognatione, ipse isto etiam dæmone fortier evasit.

CAPUT XIV.

Si quis iracundiæ dominatus est, ipse dæmones evicit ; si vero quis ab ista passione fuerit subjugatus, is a vita monastica omnino est alienus, ac veluti peregrinus longe distat a viis Salvatoris nostri. Siquidem ipse Dominus noster dicitur docere mites vias suas ²¹, idcirco anachoretarum mens difficilis est captæ, cum in mansuetudinis confugiat campum, quia nullam fere virtutem adeo metuunt dæmones, ut mansuetudinem. Hanc etenim possidebat et Moyses ille, mitis supra omnes homines vocatus ²². Quin et sanctus David istam memoria Dei dignam esse acclamavit, aïens : « Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus ²³. » Sed et ipse Salvator imitatores nos esse jussit suæ mansuetudinis, dicens : « Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris ²⁴. » Quod si quis escis quidem atque potibus abstinerit, iracundiam vero malignis provocet cogitationibus, hic similis est navi per mare vaganti, quæque dæmonem habet **527** gubernatorem : ideo attendendum, quoad fieri potest, cani nostro, idemque docendus est, ut solos disperdat lupos, et non comedat oves ²⁵, omnem erga omnes homines exhibens mansuetudinem.

CAPUT XV.

E cogitationibus sola illa vanæ gloriæ multiplici abundat materie, quæ tum universum fere terrarum orbem comprehendit, tum omnibus dæmonibus

κράν αναγκάζοντας · ὅπερ λελόγισται ποτε, καὶ πέπονθε καὶ ὁ ἅγιος Ἰώβ ὑπὸ τούτου παρενοχλούμενος τοῦ δαίμονος · « Εἶθε γὰρ δυναίμην, φησὶν, ἐμαυτὸν χειρώσασθαι, ἢ δεηθεὶς γε ἐτέρου, καὶ ποιήσει μοι τοῦτο. » Τούτου τοῦ δαίμονος σύμβολόν ἐστιν ἡ ἐχίδνα, τὸ θηρίον, ἧς ἡ φύσις φιλανθρώπως διδομένη, τοὺς τῶν ἄλλων θηρίων τοὺς διαφθείρει, ἀκρατῶς δὲ λαμβανομένη καὶ αὐτὸ διαφθείρει τὸ ζῶον. Τούτῳ τῷ δαίμονι παρέδωκεν ὁ Παῦλος τὸν ἐν Κορίνθῳ παρανομήσαντα, διὸ καὶ γράφει πάλιν σπουδαίως · « Κυρώσατε, λέγων τοὺς Κορινθίους, εἰς αὐτὸν ἀγάπην, ἵνα μὴ ποτε τῇ περισσοτέρῃ λύτῃ καταποθῆ ὁ τοιοῦτος. » Ἄλλ' οἶδε τοῦτο θλίβον τοὺς ἀνθρώπους τὸ πνεῦμα καὶ μετανοίας αὐτοῖς ἀγαθῆς πρόξενον γίνεσθαι · ὅθεν καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής, τοὺς ὑπὸ τούτου κεντουμένους τοῦ δαίμονος, καὶ προσφεύγοντας τῷ Θεῷ · « Γεννήματα ἐχιδνῶν, φησὶ, τίς ὑμῖν ὑπέδειξε φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς ; ποιήσατε οὖν καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας, καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ· λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων σούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. » Πλὴν πᾶς ὁ τὸν Ἀβραάμ μιμησάμενος, καὶ ἐξελλῶν ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας, αὐτὸς καὶ τούτου τοῦ δαίμονος γέγονεν ἰσχυρότερος.

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Εἴ τις θυμοῦ κεκράτηκεν, οὗτος δαιμόνων κεκράτηκεν, εἰ δὲ τις τούτῳ τῷ πάθει δεδούλωται, οὗτος μοναδικῷ βλοῦ ἐστὶ παντελῶς ἄλλότριος, καὶ ξένος τῶν ὁδῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν · εἴπερ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν λέγεται διδάσκειν τοὺς πραιεὶς τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ · διὸ καὶ δυσθήρατος γίνεται τῶν ἀναχωρούντων ὁ νοῦς, εἰς τὸ τῆς πραότητος φύγων πεδίον· οὐδεμίαν γὰρ τῶν ἀρετῶν σχεδὸν οὕτω δεδοίκασιν οἱ δαίμονες, ὡς πραύτητα· ταύτην γὰρ καὶ Μωϋσῆς ἐκείνος ἐκέκτητο, πρᾶξις παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους κληθεὶς. Καὶ ὁ ἅγιος δὲ Δαβὶδ ἀξίαν ταύτην τῆς τοῦ Θεοῦ μνήμης ἀπεφθέγγετο εἶναι · « Μνησθητι Κύριε, λέγων, τοῦ Δαβὶδ, καὶ πάσης τῆς πραότητος αὐτοῦ. » Ἄλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ μιμητὰς ἡμᾶς ἐκέλευσε γενέσθαι τῆς ἐκείνου πραότητος · « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, λέγων, ὅτι, πρᾶξις εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὐρήσατε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. » Εἰ δὲ τις βρωμάτων μὲν, καὶ πομάτων, ἀπέχοιτο, θυμὸν δὲ λογισμοῖς πονηροῖς ἐρεθίζει, οὗτος εἰσὶς ποντοποροῦση νηὶ, καὶ ἐχούση δαίμονα κυβερνήτην, διὸ προσεκτέον, ὅση δύναμις, τῷ ἡμετέρῳ κυνί, καὶ διδασκτέον αὐτὸν, τοὺς λύκους μόνους διαφθείρειν, καὶ μὴ τὰ πρόβατα κατεσθίειν, πᾶσαν ἐνδεικνύμενον πραύτητα πρὸς πάντας ἀνθρώπους.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Μόνος τῶν λογισμῶν ὁ τῆς κενοδοξίας ἐστὶ πολύυλος, καὶ τὸν σχεδὸν περιλαβάνων τὴν οἰκουμένην, καὶ πᾶσι τοῖς δαίμοσιν ὑπανοίγων τὰς θύρας, ὡς περ

¹⁸ Job. xvi, 4. ¹⁹ II Cor. ii, 8. ²⁰ Matth. iii, 7-9 ; Luc. iii, 7, 8. ²¹ Psal. cxiv, 9. ²² Num. xi, 3. ²³ Psal. cxxxi, 1. ²⁴ Matth. xi, 29. ²⁵ II Tim. ii, 24.

τις προδότης πονηρὸς ἀγαθῆς γενόμενος πόλεως. Αὐτὸς καὶ πάνυ ταπεινὸς τοῦ ἀναχωροῦντος τὸν νοῦν, πολλῶν λόγων αὐτὸν καὶ πραγμάτων πληρῶν, καὶ τὰς προσευχὰς αὐτοῦ λυμαινόμενος δι' ὧν πάντα τὰ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ τραύματα θεραπεύειν σπουδάζει. Τοῦτον τὸν λογισμὸν συναΐουσι πάντες ἡττηθέντες οἱ δαίμονες, καὶ πάλιν δι' αὐτοῦ πάντες εἰς τὰς ψυχὰς λαμβάνουσιν εἰσοδόν, ποιῶντες ὅντως τὰ ἔσχατα, χεῖρονα τῶν πρώτων. Ἐκ τούτου δὲ γεννᾶται τοῦ λογισμοῦ, καὶ ὁ τῆς ὑπερηφανίας ἐκείνος, ὁ τὸ ἀποσφράγισμα τῆς ὁμοιώσεως, καὶ τὸν στέφανον τοῦ κάλλους ἀπ' οὐρανῶν εἰς γῆν κατασεισας. Ἄλλ' ἀποτήθησον τούτου, καὶ μὴ χρονίσῃς, ἵνα μὴ προδῶμεν ἄλλοις τὴν ζωὴν ἡμῶν, καὶ τὸν ἡμέτερον βίον ἀνελεήμοσι. Τοῦτον δὲ τὸν δαίμονα φυγαδεύει ἐκτενῆς προσευχὴ, καὶ τὸ μὴδὲν ἐκόντα ποιεῖν, τῶν συντελούντων πρὸς τὴν ἐπάρατον δόξαν. Ὄταν ὀλίγη ἀπαθείας τῶν ἀναχωρούντων ὁ νοῦς ἐπιλάβηται, τότε κενοδοξίας ἵππον κτησάμενος, εὐθέως ἐλαύνει κατὰ τὰς πόλεις, ἄκρατον ἐκ τῆς δόξης ἐμφοροῦμενος ἔπαινον, ᾧ, κατ' οἰκονομίαν, τὸ πνεῦμα τῆς πορνείας ἀπαντήσαν, καὶ εἰς ἕνα τῶν συμφεῶν ἀποκλείσαν τοῦτον, παιδεύει αὐτὸν μηκέτι πρὸς τῆς τελείας ὑγείας καταλιμπάνειν τὴν κλίνην, μηδὲ τοὺς ἀτάκτους τῶν ἀρρώστων μιμεῖσθαι, ὅτινες, ἔτι λεῖψανα τῆς ἀσθενείας ἐν ἑαυτοῖς περιφέροντες, ὁδοῖς ἑαυτοῦς, καὶ λουτροῖς ἀκαίροις ἐπιδιδάσκει, καὶ τοῖς ἐξ ὑποτροπῆς νοσήμασι περιπίπτουσι. Διὸ περ καθεζόμενοι μᾶλλον προσέχωμεν ἑαυτοῖς, ὡς, προκόπτοντες μὲν ἐν ἀρετῇ, δυσκίνητοι πρὸς κακίαν γινόμεθα, ἀνακαινούμενοι δὲ ἐν τῇ γνώσει, ποικίλων προσλαμβάνομεν πλήθος θεωρημάτων, ὑφούμενοι δὲ πάλιν κατὰ τὴν προσευχὴν φανερώτερον τὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐποπτεύσομεν φῶς.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Πάσας μὲν τὰς κακοουργίας τῶν δαιμόνων γράφειν οὐ δύναμαι, καὶ τὰς κακοτεχνίας αὐτῶν καταλέγειν αἰσχύνομαι, δεδοικώς τῶν ἐντετυχημένων τοὺς ἀπλουστέρους. Πλὴν δὲ τοῦ πνεύματος τῆς πορνείας, ἀκουε πανουργίαν. Ὄταν τις τοῦ ἐπιθυμητικοῦ μέρους κτήσῃται ἀπάθειαν, καὶ οἱ αἰσχροὶ λογισμοὶ λοιπὸν ὑπόψυχοι γέωνται, τὸ τῆνικαῦτα εἰσάγει ἄνδρας τε, καὶ γυναῖκας παίζοντας μετ' ἀλλήλων, καὶ αἰσχροῦν πραγμάτων, καὶ σχημάτων τὸν ἀναχωρητὴν καθίστησι θεατὴν. Ἄλλ' οὗτος ὁ πειρασμὸς οὐκ ἔστι τῶν χρονιζόντων· προσευχὴ γὰρ σύντονος, καὶ διαίτα στενωπότη μετὰ ἀγρυπνίας, καὶ γυμνασίας θεωρημάτων πνευματικῶν ὡσπερ νέφος αὐτὸν ἀνυδρὸν ἐπελαύνει. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ τῶν σαρκῶν ἐφάπτεται, πρὸς τὴν ἄλογον πύρωσιν αὐτὰς ἐκμοχλεύων, καὶ ἄλλα δὲ τινα μυρία προσμηχανᾶται ὁ παμπόνηρος οὗτος, ἅπερ οὐκ ἀναγκαῖον δημοσιεῦσαι, καὶ γραφῇ παραδοῦναι. Συμβάλλεται δὲ σφόδρα πρὸς τοὺς λογισμοὺς καὶ ζῆσις θυμοῦ κατὰ τοῦ δαίμονος κινήθεισα, ὅνπερ θυμὸν μάλιστα δίδουεν ἐπὶ τοῖς λογισμοῖς ταρασσόμενον, καὶ διαφθείροντα, αὐτοῦ τὰ

clanculum aperit portas, estque velut quidam malus proditor bonæ urbis; ideo anachoretæ, seu in recessu degentis valde mentem humiliat, multis eum replens intellectus conceptibus, atque negotiis, inficiensque lue ipsius orationes, per quas animæ suæ vulnera studet ipse curare. Omnes dæmones, qui devicti sunt, hanc cogitationem simul augent; et rursus cuncti per eam in animas aditum assumunt, reddentes vere novissima pejora prioribus ²⁶. Ex hac autem cogitatione gignitur et illa superbiz, quæ signaculum similitudinis, ac pulchritudinis coronam e cælis in terram decussit, ac prolabi fecit: verum ab ista resilli, nec diu commoreris, nec aliis vitam nostram, nostrasque facultates, ac bona immisericordibus prodamus: istum vero dæmonem assidua fugat oratio, nihilque libenter facere, aut dicere illorum, quæ ad elatam gloriam conducunt. Quando aliquantam passionum vacuitatem mens anachoretarum nacta fuerit, tunc equum vanæ gloriæ possidens, ocuis equitat ad urbes, intemperata laude e gloria ingurgitata, ac repleta, cui, juxta providentiam, spiritus fornicationis **528** occurrens, atque in una porcorum hira ipsam recludens, edocet eam neutiquam derelinquere lectum ante perfectam valetudinem, nec immoderatos infirmos imitari, qui, dum etiam in seipsis reliquias circumferunt infirmitatis, sese dedunt intempestivis itineribus, et balneis, inque morbos incidunt recidive. Quamobrem secedendo potius nobis ipsis attendamus, quod nimirum, dum progredimur quidem in virtute, ægre movemur ad malitiam, et dum in cognitione renovamur, variarum accipimus multitudinem speculationum; rursusque, dum ad orationem elevamur, lumen Salvatoris nostri clarius inspiciemus.

CAPUT XVI.

Omnia quidem dæmonum maleficia scribere non possum, ipsorumque malignas artes pudet dinumerare, veritus ne offendantur simpliciores, qui legerint. At, præter fornicationis spiritum, audi vafritiem. Quando aliquis passionum acquisierit vacuitatem in parte concupiscibilis, cæterumque turpes cogitationes subfrigidæ evaserint, tunc introducit viros, atque mulieres mutuo ludentes, turpiumque rerum, ac gestuum anachoretam constituit spectatorem. Sed hæc tentatio non est ex his, quæ longo tempore durent; intensa namque oratio, arctissimumque victus cum vigilia, et spiritualium contemplationum exercitio, ipsam procul repellit, veluti nubem aqua carentem. Interdum vero accidit, ut et carnes tangat, ad irracionalem ipsas promovens inflammationem; atque millia excogitat talis tentatio, **529** omni abundans malitia, quæ in publicum profertur, scriptisque tradere non est necessum. Verum ad hujuscemodi cogitationes plurimum etiam confert fervor iracundiæ contra dæmonem commotus, quam equidem

²⁶ Matth. xi, 45; Luc. xi, 26.

iracundiam maxime timet, dum in cogitationibus turbatur, ipsiusque disperdit consilia; et hoc est illud: « Irascimini, et nolite peccare ».²⁷ Utile remedium est hoc in hujusmodi tentationibus animæ applicatum. Sed et iræ dæmon istum fornicationis dæmonem imitatur. Etenim ipse quoque fingit quosdam parentum, aut amicorum, aut cognatorum, aut domesticorum contumeliis affectos, et cæsos ab indignis hominibus, sicque iram commovet anachoretarum, ita ut, aut proferant, aut faciant quid mali adversus eos, qui intellectualiter apparent, quibus attendere non est necessum, sed celeriter abripere mentem ab istiusmodi simulacris, ne immorans ea in istis, tempore orationis evadat veluti torris fumans. In has certe tentationes dilabuntur iracundi, hique potissimum, qui facile ad indignationes succensentur, qui tales procul absunt a pura oratione, et a cognitione Salvatoris nostri Jesu Christi.

CAPUT XVII.

Cogitata, seu consilia hujus sæculi Dominus, ut oves quasdam, bono pastori tradidit homini; etenim (ait) sæculum dedit in corde ipsius: connectens ei iracundiam, et cupiditatem ad auxilium, ut per iram quidem luporum fugaret consilia, per cupiditatem **530** autem adamaret oves, etsi ab imbribus, atque ventis sæpius fuerit jactatus. Insuper autem dedit ipsi et pascuum, ut pasceret oves et locum herbæ virentis, et aquam requiei, et psalterium, et citharam, et virgam, et baculum, ut ex hoc grege nutrieretur, atque vestiretur, montanamque herbam colligeret. Quis enim (inquirit) pascit gregem, et non comedit e gregis lacte²⁸? Oportet igitur, anachoretam noctu, diuque custodire gregem istum, ne cogitatum aliquod fiat belluæ præda, neve in latrones incidat; si vero aliquid hujusmodi contingeret in valle nemorosa, confestim eripere ex ore leonis, aut ursi²⁹. Fit autem belluæ præda cogitatum, quod de fratre habetur, si, quod in nostra mente versatur consilium, cum odio pascatur; sitque feræ præda cogitatum de muliere, si cum turpi concupiscentia versetur apud nos; sic etiam se habet cogitatum de argento, et auro, si cum aviditate plus habendi stabuletur in nobis. Quin et cogitationes, quæ de sanctis donis habentur, idem perpetiuntur detrimentum, si cum vana gloria pascantur in intellectu: ac similiter in aliis cogitatis continget, quæ a passionibus furtim spoliantur ac defraudantur.

CAPUT XVIII.

Verum non solum interdiu hæc oportet observare, sed etiam noctu vigilando ea cavere, ac vitare. Contingit enim, quod dum quis turpiter, ac maligne contempletur, perdat quod proprium est: et hoc existit, quod a sancto Jacob dicitur: « Non tuli tibi pecudem captam a fera; a nemetipso

νοήματα· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ, « Ὁργίσεθε, καὶ μὴ ἀμαρτάνετε. » Χρήσιμον τοῦτο φάρμακον ἐν τοῖς τοιοῦτοις πειρασμοῖς τῆ ψυχῆ προσαγόμενον. Μιμνῆται δὲ καὶ ὁ τῆς ὀργῆς τοῦτον τὸν δαίμονα, καὶ πλάττει, καὶ αὐτὸς τινὰς τῶν γεγεννηκότων, ἢ φίλων, ἢ συγγενῶν, ἢ οικειῶν ὑβριζομένους, καὶ τυπτομένους ὑπὸ ἀναξίων, καὶ τῶν ἀναχωρούντων ἀνακινεῖ τὸν θυμὸν, ὥστε φθέγγασθαι τι πονηρὸν, ἢ ποιῆσαι πρὸς τοὺς φαινόμενους κατὰ διάνοιαν, οἷς ὡ προσέγειν ἀναγκαῖον, καὶ ταχέως ἐξαρκάζειν ἀπὸ τῶν τοιοῦτων εἰδώλων τὸν νοῦν, ἵνα μὴ χρονίσας ἐν αὐτοῖς, γένηται κατὰ τὸν καιρὸν τῆς προσευχῆς, ὡς περ δαλὸς καπνίζομενος. Τούτοις δὲ τοῖς πειρασμοῖς οἱ θυμῶδες περιπίπτουσι, καὶ μάλιστα οἱ ῥαδίως πρὸς τὰς ὀργὰς ἐξαπτόμενοι, οἵτινες μακρὰν εἰσι καθαρὰς προσευχῆς, καὶ τῆς γνώσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ.

Τὰ νοήματα τοῦ αἰῶνος τούτου ὁ Κύριος καθάπερ πρόβατά τινα τῷ ἀγαθῷ ποιμνί τῷ ἀνθρώπῳ παρέδωκε· καὶ γὰρ, φησὶν, τὸν αἰῶνα δέδωκεν ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· συζύξας αὐτῷ θυμὸν, καὶ ἐπιθυμίαν πρὸς βοήθειαν, ἵνα, διὰ μὲν τοῦ θυμοῦ, φυγαδεύῃ τὰ τῶν λύκων νοήματα, διὰ δὲ τῆς ἐπιθυμίας στέργῃ τὰ πρόβατα, καὶ ὑπὸ τῶν ὑετῶν, καὶ ἀνέμων πολλάκις βαλλόμενος. Δέδωκε δὲ αὐτῷ πρὸς τούτους καὶ νομὸν, ὅπως ποιμαίνῃ τὰ πρόβατα, καὶ τόπον χλόης, καὶ ὕδωρ ἀναπαύσεως, καὶ ψαλτήριον, καὶ κιθάραν, καὶ ῥάβδον, καὶ βακτηρίαν, ἵνα ἐκ ταύτης τῆς ποιμνῆς, καὶ τραφῇ, καὶ ἐνδύσῃται, καὶ χόρτον ὀρεινὸν συναγάγῃ. « Τίς γὰρ, φησὶ, ποιμαίνει ποιμνην, καὶ ἐκ τοῦ γάλακτος τῆς ποιμνῆς οὐκ ἐσθίει; » Δεῖ οὖν τὸν ἀναχωροῦντα φυλάττειν νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέραν τοῦτο τὸ ποιμνιον, μῆτι τῶν νοημάτων γένηται θηριάλωτον, ἢ λησταῖς περιπέσῃ, εἰ δὲ ἄρα τι τοιοῦτο συμβαίῃ κατὰ τὴν νάπην, εὐθὺς ἐξαρκάζειν ἐκ τοῦ στόματος τοῦ λέοντος ἢ τῆς ἀρκτου. Γίνεται δὲ τὸ νόημα τὸ περὶ τοῦ ἀδελφοῦ θηριάλωτον, εἰ μετὰ μίσους νέμοι τὸ ἐν ἡμῖν, καὶ τὸ περὶ τῆς γυναικὸς, εἰ μετ' αἰσχροῦς ἐπιθυμίας στρέφοιτο παρ' ἡμῖν, καὶ τὸ τοῦ ἀργυρίου, καὶ τοῦ χρυσοῦ, εἰ μετὰ πλεονεξίας αὐλίζοιτο. Καὶ τὰ νοήματα τῶν ἁγίων χαρισμάτων, εἰ μετὰ κενοδοξίας κατὰ διάνοιαν βόσκειτο· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ νοημάτων ὡσαύτως συμβήσεται· κλεπτομένων τοῖς πάθεσιν.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ΄.

Οὐ μόνον δὲ ἐν τῇ ἡμέρᾳ δεῖ ταῦτα τηρεῖν, ἀλλὰ καὶ νύκτωρ ἀγρυπνοῦντας φυλάττειν. Συμβαίνει γὰρ καὶ φανταζόμενον αἰσχροῦς, καὶ πονηρῶς, ἀπολέσαι τὸ ἴδιον· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ὑπὸ τοῦ ἁγίου λεγόμενον Ἰακώβ· « Οὐκ ἐνήνογά σοι πρόβατον θηριάλωτον, ἀπ' ἐμαυτοῦ ἀπετίγγουσιν κλέμματα ἡμέρας, καὶ κλέμ-

²⁷ Psal. iv, 7. ²⁸ I Cor. ix, 7. ²⁹ I Reg. xvii, 37.

ματα νυκτός, καὶ ἐγενόμην συγκαίόμενος τῷ καύσωνε τῆς ἡμέρας, καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτός, καὶ ἀφρίστατο ὁ ὕπνος ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου; » Εἰ δέ τις ἐκ τοῦ καμάτου καὶ ἀκηδία ἡμῖν προσγένηται, μικρὸν ἀναδραμόντες ἐπὶ τὴν τῆς γνώσεως πέτραν τῷ ψαλτηρίῳ προσομιλήσωμεν, πλήσσαντες διὰ τῶν ἀρετῶν τῆς γνώσεως τὰς χορδὰς, βοσκήσωμεν δὲ πάλιν ὑπὸ τὸ Σιναιὸν ἄλος τὰ πρόβατα, ἵνα ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ ἡμᾶς ἐκ τῆς βλάβου καλέσῃ, καὶ τοὺς λόγους τῶν σημείων, καὶ τῶν τεράτων καὶ ἡμῖν χαρίσῃται. Φύσιν μὲν λογικὴν ὑπὸ κακίας θανατωθεῖσαν ἐγείρει Χριστὸς διὰ τῆς θεωρίας πάντων τῶν αἰώνων · ὁ δὲ τοῦτον πατὴρ τὴν ἀποθανούσαν ταύτης ψυχὴν, τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ, ἐγείρει διὰ γνώσεως τῆς ἑαυτοῦ. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγόμενον, τὸ, « Εἰ συναπεθάνομεν τῷ Χριστῷ, πιστεύομεν, ὅτι καὶ ζήσομεν αὐτῷ. » Ὅταν ὁ νοῦς τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀποδυσάμενος τὸν ἐκ χάριτος ἐνδύσῃται, τότε καὶ τὴν αὐτοῦ κατάστασιν ὄψεται κατὰ καιρὸν τῆς προσευχῆς, σαπφειρῶ ἢ οὐρανίῳ χρώματι παρεμφερῆ, ἦντινα καὶ τόπον Θεοῦ Γραφὴ ὀνομάζει ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων ὀφθέντα ὑπὸ τοῦ δρους Σινᾶ.

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

Ὅταν τῶν ἐχθρῶν τρώσῃ σέ τις παραβαλὼν, καὶ βούλει τὴν ῥομφαία αὐτοῦ στρέψαι, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ ποιήσον οὕτως, ὡς λέγομεν. Δίελε κατὰ σαυτὸν τὸν ὑπ' αὐτοῦ βληθέντα λογισμὸν, ὅστις ποτὲ ἐστὶ, καὶ ἐκ πόσων πραγμάτων συνέστηκε, καὶ ποῖον τοῦτό ἐστι· μάλιστα τὸ θλίβον τὸν νοῦν. Ὁ δὲ λέγω, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἔστω πημφοθὲς ὁ τῆς φιλαργυρίας ὑπ' αὐτοῦ λογισμὸς, τοῦτον δίελε εἰς τε τὸν ὑποδεξάμενον αὐτὸν νοῦν, καὶ εἰς τὸ νόημα τοῦ χρυσοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν χρυσὸν, καὶ εἰς τὸν φιλάργυρον πάθος· καὶ λοιπὸν ἐρώτα τί τούτων ἐστὶν ἁμαρτία, πότερον ὁ νοῦς; καὶ πῶς; ἐστὶν εἰκὼν Θεοῦ. Ἀλλὰ τὸ νόημα τοῦ χρυσοῦ; καὶ τοῦτο τίς ἂν εἴποι νοῦν ἔχων ποτὲ; ἀλλ' αὐτὸς ὁ χρυσὸς ἐστὶν ἁμαρτία; καὶ τίνας χάριν γένηται; ἔπειτα τοῖνον, ὅπερ οὐκ ἐστὶ μὲν πρᾶγμα ὑφεστώς κατ' οὐσίαν, οὐδὲ νόημα πράγματος, οὐδὲ νοῦς πάλιν ἀσώματος, ἀλλ' ἡδονὴ τις μισάνθρωπος, ἐκ τοῦ αὐτεξουσιοῦ τικτομένη, καὶ κακῶς κεχρησθαι, τοῖς τοῦ Θεοῦ κτίσμασι τὸν νοῦν ἀναγκάζουσα, ἣν καὶ περιτέμνειν ὁ τοῦ Θεοῦ νόμος πεπίστευται. Καὶ ταῦτά σου διερευνημένου, ἰσθαρῆσεται μὲν ὁ λογισμὸς εἰς τὴν ἰδίαν ἀναλυόμενος θεωρίαν, φεῦξεται δὲ ἀπὸ σοῦ τὸ δαιμόνιον, τῆς διανοίας σου ὑπὸ ταύτης τῆς γνώσεως εἰς ὑψος ἀρθείσως.

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Εἰ δὲ βούλει χρῆσασθαι μὲν τῇ ἐκείνου ῥομφαίᾳ, ἐπιποθεὶς δὲ πρῶτον διὰ τῆς σῆς σφενδόνης τοῦτον χειρώσασθαι. Ἐχθαλλε καὶ σὺ λίθον ἐκ τοῦ ποιμηνικοῦ σου κωδίου, καὶ τούτου ζῆτει τὴν θεωρίαν. Πῶς ἄγγελοι μὲν, καὶ δαίμονες τῷ ἡμετέρῳ παραβάλ-

A reddidi quidquid furto peribat, seu furta diei, et furta noctis, 531 exurebar aestu diei, et gelu noctis, secedebatque somnus ab oculis meis ³⁰. » Si autem aliqua ex labore pigritia nobis accesserit, paululum recurrentes ad cognitionis petram, Psalterio nos admoveamus, per virtutes cognitionis chordas pulsantes, rursusque sub Sinæo monte pecudes depascamus, ut Deum patrum nostrorum nos etiam evocet e rubo, atque rationes seu causas signorum ac prodigiorum, nobis donet ac largiatur. Naturam quidem rationalem e vitio morte affectam suscitavit Christus per contemplationem omnium sæculorum; hujus autem Pater mortuam ejusdem naturæ rationalis animam, quæ mors est Christi, per sui ipsius excitat cognitionem: hocque est, quod a B Paulo dicitur: « Si commorimur Christo, credimus, quod et ipsi convivificabimur. ³¹ » Quando mens, cum veterem exuerit hominem, induerit eum, qui ex gratia est, tunc et statum suum videbit tempore orationis sapphiro, aut cælesti colori similem, quem et locum Dei Scriptura nominat, visum a senioribus sub monte Sina.

CAPUT XIX

Quando quispiam hostium appropinquans, te vulneravit, velisque gladium ejus convertere (secundum, quod scriptum est ³²) in cor ejus, ita faxis, ut dicimus. Divide apud teipsum cogitationem ab illo immissam, nimirum qualis unquam ea sit, quotque et rebus constet, et maxime quale sit istud, quod mentem afflicta. Quod autem dico, 532 hujusmodi est: sit inmissa ab ipso cogitatio avaritiæ, istam divide tum in mentem, quæ ipsam suscepit, tum in auri notionem, tum in ipsam aurum, tum etiam in passionem avaram; ac dein interroga quidnam horum sit peccatum: utrum mens? et quomodo? est imago Dei; sed notio auri? et istud quis unquam diceret mentem habens? verum ipsum aurum est peccatum? et cujus gratia factum fuit? Sequitur itaque, peccati causam esse quartum (nempe passionem avaram) quæ quidem non est res subsistens per essentiam, neque rei notio, nec rursus mens incorporea, sed voluptas quædam homini insensa, e libero arbitrio progenita, mentemque compellens, ut male creaturis Dei utatur, quam etiam circumcidere credita est divina lex. Te itaque hæc perscrutante, cogitatio quidem evanescet in propriam resoluta contemplationem, fugietque a te dæmonium, dum intellectus tuus ab ista cogitione fuerit elevatus.

CAPUT XX.

Si autem velis uti quidem illius gladio, desideras vero in primis per fundam tuam ipsum subigere: ejice tu quoque lapidem e pastorali tua pera, hujusque exquire contemplationem; nimirum, quomodo angeli quidem, atque dæmones nostro accedant

³⁰ Gen. xxxi, 45. ³¹ II Tim. i, 11. ³² Psal. xxxvi, 14,

mundo, at nos ipsorum non accedamus mundis, nec enim possumus angelos magis adjungere Deo, nec demones efficere magis impuros in animum inducimus : quoque pacto Lucifer, qui mane oriebatur, in terram præceps 533 dejectus sit ²², et mare quidem existimat uti vas unguentarium, Tartarum autem abyssi perinde atque captivum, sed et ipsam abyssum veluti ærumentum fervescit, omnes sua perturbans malitia, omnibusque volens imperare. Harum quippe rerum contemplatio valde sauciat dæmonem, omnemque ejus fugat castrametationem ; sed hæc quidem contingunt solis quiete placideque purgatis, et aliquantulum dispicientibus rationes eorum, quæ facta sunt. At impuri nesciunt istarum rerum dispectionem, nec audiunt, ab aliis edocti, si illi demulceant, et incantent ; cum belli multus excitatus pulvis, multusve tumultus sit propter passiones conflatus. Oportet enim omnino, castrametationem alienigenarum paululum quiescere, ut solus Goliath obvius eat nostro David ²³. Similiter in omnibus impuris cogitationibus hæc divisione, istaque belli specie utamur.

CAPUT XXI.

Et quidem aliqui impurorum dæmonum hominem pertentant, ut hominem ; aliqui vero hominem, ut animal irrationale perturbant ; et primi quidem accedentes, aut vanæ gloriæ, aut superbie, aut invidiæ, aut criminationis nobis injiciunt cogitata, quæ nullum irrationabilem tanguat ; secundi autem approximantes movent iram, aut concupiscentiam præter naturam. Hæ quippe passiones communes bonis et irrationalibus animantibus existunt, sub rationali natura latentes, 534, ideo Spiritus sanctus ad incidentes quidem in humanas cogitationes dicit : « Ego dixi : Dii estis, et filii Altissimi omnes ; vos autem sicut homines moriemini, et sicut unus de principibus cadetis ²⁴. » Ad eos autem, qui irrationaliter morentur, quid ait ? « Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus. In campo, et freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te ²⁵. » Anima vero, quæ peccaverit, ipsa morietur. Manifestum est, quod homines sicut homines morientes, ab hominibus sepeliantur, at qui, ut irrationales morte afficiuntur, sive cadunt, a vulturibus et corvis devorabuntur, a quorum pulvis, hi quidem invocant Dominum, alii vero foedantur in sanguinibus. Qui habet aures audiendi, audiat.

CAPUT XXII.

Quando impuræ quædam cogitationes ocus fuerint effugatæ, inquiramus causam, unde id contigerit : utrum propter rei penuriam, eo quod materies ægre sit parabilis ; aut propter eam, quæ nobis inest, passionum vacuitatem, non prævaluerunt adversus nos inimici ? Exempli causa : Si quis anachoretarum, suggestu dæmonis, recordatus fuerit,

λουσι κόσμῳ, ἡμεῖς δὲ τοῖς αἰνῶν κόσμοις ὁ παραβάλλομεν· οὐτε γὰρ ἀγγέλους θεῶ συνάπτειν πλέον δυνάμεθα, οὐτε δαίμονας ἀκαθάρτους μᾶλλον ποιεῖν προαιρούμεθα. Καὶ πῶς ὁ Ἐωσφόρος ὁ πρῶτ' ἀνατίλων εἰς τὴν γῆν κατερρίφη, καὶ ἤχηται μὲν ἐν θάλασσαν ὡς ἐξάλειπτρον, τὸν δὲ Τάρταρον τῆς ἀβύσσου ὡσπερ αἰχμάλωτον, ἀναζει δὲ τὴν ἄβυσσον ὡσπερ χαλκίον, πάντας ἐκταράσων διὰ τῆς κακίας αὐτοῦ, καὶ πάντων ἀρχεῖν βουλόμενος ; Τοῦτων γὰρ τῶν πραγμάτων ἡ θεωρία πάνυ τιτρώσκει τὸν δαίμονα, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν παρεμβολὴν φυγαδεύει. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τῶν ἡρέμα κεκαθαρισμένων μόνων συμβαίνει, καὶ βλεπόντων. ποσῶς τοὺς λόγους τῶν γεγονότων. Οἱ δὲ ἀκάθαρτοι τὴν θεωρίαν τῶτων οὐκ ἴσασιν, οὐδὲ εἰ μαθόντες παρ' ἐτέρων κατεπάρδοιεν ἀκουσθήσονται, πολλοῦ κονιορτοῦ, καὶ θορύβου διὰ τὰ πάθη συνισταμένου κατὰ τὸν πόλεμον. Δεῖ γὰρ πάντως τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων μικρὸν ἡμερῆσαι, ἵνα μόνον ὁ Γολιάθ ἀπαντήσῃ τῷ ἡμετέρῳ Δαβὶδ. Ὡσαύτως δὲ καὶ τῇ διαφρέσει, καὶ τῷ εἶδει τούτων τοῦ πολέμου χρῆσώμεθα καὶ ἐπὶ πάντων ἀκαθάρτων λογισμῶν.

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων, αἱ μὲν τὸν ἀνθρώπον, ὡς ἀνθρώπον ἐκπειράζουσιν, οἱ δὲ τὸν ἀνθρώπον, ὡς ζῶον ἄλογον ἐκταράσσουσι, καὶ οἱ μὲν πρῶτοι παραβάλλοντες, κενοδοξίας, ἢ ὑπερηφανίας, ἢ φθόνου, ἢ κατηγορίας ἡμῖν ἐμβάλλουσι νοήματα, ἀπερ οὐδενὸς ἀπιτεται τῶν ἀλόγων· οἱ δὲ δεύτεροι, προσεγγίζοντες, θυμὸν, ἢ ἐπιθυμίαν παρὰ φύσιν κινουσι. Ταῦτα γὰρ τὰ πάθη κοινὰ ἡμῶν, καὶ τῶν ἀλόγων ζῶων τυγχάνουσιν, ὑπὸ τῆς λογικῆς καλυπτόμενα φύσεως. Διὸ λέγει καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, πρὸς μὲν τοὺς ἀνθρώποις περιπίπτοντας λογισμοῖς, « Ἐγὼ εἶπα· Θεοὶ ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες· ὁμοίως δὲ ὡς ἀνθρώποι ἀποθήσκετε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε. » Πρὸς δὲ τοὺς κινουμένους ἀλόγως, εἶ φησι ; « Μὴ γίνεσθε ὡς Ἴστρος, καὶ ἡμίονος, οἳς οὐκ ἔστι σύνεσις, ἐν κημῶ καὶ χαλινῶ τὰς σταγόνας αὐτῶν ἀγχαί, τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς σέ. » Ἡ δὲ ψυχὴ ἡ ἀμαρτάνουσα, αὕτη ἀποθαιεῖται. Πρὸς δὲ τὸν, ὅτι οἱ μὲν ἀνθρώποι ὡς ἀνθρώποι ἀποθήσκοντες, ὑπὸ ἀνθρώπων ταφήσονται, οἱ δὲ ὡς ἄλογοι θανατούμενοι, ἦτοι πίπτοντες, ὑπὸ γυπῶν, ἢ κοράκων βρωθήσονται, ὧν οἱ νεοσοῖ, οἱ μὲν ἐπικαλοῦνται τὸν Κύριον, οἱ δὲ φύρονται ἐν αἵματι. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκούτω.

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Ὅταν τινὲς τῶν ἀκαθάρτων λογισμῶν ταχέως φυγαδευθῶσιν, ζητήσωμεν τὴν αἰτίαν πόθεν τοῦτο συμβέβηκε· πότερον διὰ τὴν σπάνιν τοῦ πράγματος, τοῦ δυσπόριστον εἶναι τὴν ἕλην, ἢ διὰ τὴν προσοῦσιν ἡμῖν ἀπάθειαν οὐκ ἴσχυσαν καθ' ἡμῶν οἱ ἐχθροί ; Οἷον, εἰ τις τῶν ἀναχωρούντων ἐνθυμηθεῖ ὑπὸ δαίμονος, τῆς πρώτης πόλεως πνευματικῆν κυβέρνησιν

²² Isa. xiv, 12. ²³ II Reg. xvii, 48. ²⁴ Psal. lxxxi, 6, 7. ²⁵ Psal. xxxi, 9.

πιστευθῆναι, αὐτος δῆλον, ὅτι οὐ χρονίσει τὸν λογισμὸν τοῦτον φανταζόμενος, καὶ ἡ αἰτία ἐκ τῶν λεγομένων γίνεται γνωρίζωσις· εἰ δὲ τις πόλεως, καὶ τῆς χουούσης γίνεται, καὶ ὁμοίως λογίζεται, οὗτος μακάριος τῆς ἀπαθείας ἐστίν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων λογισμῶν εὐρεθῆσεται ὁ τοιοῦτος τρόπος ἐξεταζόμενος. Ταῦτα δὲ ἀναγκαῖον εἶδέναι πρὸς τὴν ἡμετέραν προθυμίαν, καὶ δύναμιν, ἵνα εἰδωμεν, πότερον ἢ τὸν Ἰορδάνην παρῆλθομεν, καὶ ἐγγύς ἐσμεν τῆς πόλεως τῶν Φοινίκων, ἢ ἔτι ἐν τῇ ἐρήμῳ διάγομεν, καὶ ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων τυπτόμεθα. Πάνυ γὰρ ποικίλος μοι φαίνεται τῆς φιλαργυρίας ὁ δαίμων, καὶ πρὸς ἀπάτην εὐμήχανος, ὃς πολλάκις στενωθεὶς ὑπὸ τῆς ἀκρας ἀποσταγῆς, τὸν οἰκονόμον εὐθύς, καὶ φιλόπτερον ὑποκρίνεται, καὶ τοὺς μηδέπω παρόντας ὑποδέχεται ξένους γενσιώτερον, καὶ ἄλλοις λειπομένοις ἀποστέλλει διακονίαν, καὶ δεσμοτήρια πόλεως ἐπισκέπτεται, καὶ τοὺς πιπρασκομένους δῆθεν ἐξαγοράζει, γυναιξί τε κολλᾶται πλουσίαις, καὶ τοὺς εὐπαθεῖν ὀφειλοντας ὑποδεικνυσι, καὶ ἄλλους πάλιν ἀποτάξασθαι νοθετεῖ βαλάντιον ἀδρὸν κεκτημένους, καὶ οὕτως ἐξαπατήσας κατὰ μικρὸν τὴν ψυχὴν, τῆς φιλαργυρίας αὐτὴν λογισμοῖς ὑποβάλλει, καὶ τῷ τῆς κενοδοξίας παραδίδωσι δαίμονι

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ΄.

Ὡς πλῆθος εἰσάγει τῶν δοξαζόντων ἐπὶ ταῖς οικονομίαις ταύταις τὸν Κύριον, καὶ τινὰς κατ' ὄλιγον περὶ Ἱερουσλήν συλλαλοῦντας προβάλλων λοιπὸν προμαντεύεται ταχὴν θάνατον τοῦ ὄντος ἱερέως, καὶ ὡς οὐκ ἂν ἐκφυγῇ μυρία ποιήσας προστίθῃσι, καὶ οὕτως ὁ ταλαίπωρος νοῦς ἐνδεθεὶς τοῦτοις τοῖς λογισμοῖς, τοῖς μὲν μὴ καταδεξαμένοις τῶν ἀνθρώπων διαμάχεται, τοῖς δὲ τοῦτο καταδεξαμένοις, ἐτοιμῶς δῶρα χαρίζεται, καὶ τῆς εὐγνωμοσύνης αὐτοὺς ἀποδέχεται· τινὰς δὲ διαστασιάζοντας, τοῖς δικασταῖς παραδίδωσι, καὶ τῆς πόλεως ἐξορίζεσθαι παραγγέλλει· τούτων δὲ λοιπὸν ἔνδον ἦντων, καὶ σερεφομένων τῶν λογισμῶν, εὐθύς καὶ ὁ τῆς ὑπερηφανίας ἐπίσταται δαίμων, ἀστραπὰς συνεχεῖς κατὰ τὸν ἀέρα τῆς κέλλης τυπῶν, καὶ δράκοντας περρωτοὺς ἐπιπέμπων, καὶ τὸ τελευταῖον κακὸν, στέρησιν φρενῶν ἐργαζόμενον, ἀλλ' ἡμεῖς τοῦτοις τοῖς λογισμοῖς ἀπώλειαν ἐπευξάμενοι, μετ' εὐχαριστίας τῇ πεινῇ συζησωμεν, «Ὁὐδὲν γὰρ εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δῆλον ὅτι δυνάμεθα· ἔχοντες δὲ τροφὰς, καὶ σκεπάσματα, τοῦτοις ἀρκεσθῆσόμεθα,» μεμνημένοι καὶ Παύλου, ῥίζαν πάντων τῶν κακῶν τὴν φιλαργυρίαν εἰπόντος. Πάντες οἱ ἀκάθαρτοι λογισμοὶ διὰ τὰ πάθη χρονίζοντας ἐν ἡμῖν, κατάγουσι τὸν νοῦν εἰς θλεθρον, καὶ ἀπώλειαν· ὡσπερ γὰρ τὸ νόημα τοῦ ἀρτου χρονίζει ἐν τῷ πεινῶντι διὰ τὴν πείναν, καὶ τὸ νόημα τοῦ ὕδατος ἐν τῷ διψῶντι διὰ τὴν δίψαν, οὕτω καὶ τὰ νοήματα τῶν κτημάτων, καὶ τῶν χρημάτων, χρονίζει διὰ τὴν πλεονεξίαν, καὶ τὰ νοήματα τῶν βρωμάτων, καὶ τῶν

quod primæ urbis sibi concredita fuerit spiritualis gubernatio, manifestum est, quod is non immorabitur istam cogitationem contemplans, et causa ex his, quæ dicuntur, cognita fuit : Si quis autem quod sit urbis et qualiscunque, ac similiter cogitet, is beatus est ob passionum carentiam : sic etiam pariter in aliis cogitationibus hujusmodi modus, si examinetur, comperietur. Hæc autem necessarium est scire ad nostram **535** animi alacritatem ; ac robur, ut noscamus, utrum, aut Jordanem pertransivimus, simusque prope Phœnicum urbem, aut adhuc in solitudine degamus, et cædamur ab alienigenis. Valde quippe versutus et callidus mihi videtur avaritiæ dæmon, adque decipiendum industrius ac solers, qui sæpius arcte pressus a summa renuntiatione mundi, confestim providum administratorem, amantemque pauperum simulat, et eos, qui novum adsunt, hospes generosius excipit, et aliis absentibus mittit ministerium, et visitat carceres urbis, et divenditos videlicet redimit, et divitibus adhærescit mulieribus, et eos, qui beneficio affici debent, subindicat, et e diverso alios, qui marsupium possident opulentum, admonet, ut mundo renuntient : sicque, cum paulatim animam deceperit, ipsam avaritiæ subjicit cogitationibus, traditque dæmoni vanæ gloriæ.

CAPUT XXIII.

Tali pacto (avaritiæ dæmon) multitudinem inducit celebrantium Dominum ob hasce providas administrationes, paulatimque proferendo aliquos de sacerdotio ad invicem colloquentes, celerem deinde mortem sacerdotis existens vaticinatur, utque non effugiat, millia effingens adjicit, sicque mens infelix hisce illigata cogitationibus, pugnat quidem acriter adversus homines recusantes, id vero amplexantibus dona prompte largitur, ipsorumque bonam mentem, seu virtutem, quæ beneficium fidemque bonam agnoscit, approbat, et commendat : sed et **536** si quidam litigent, tradit eos iudicibus, mandatque ut ex urbe multentur exsilio : cæterum hisce cogitationibus interius existentibus, ac versantibus, statim superbiæ quoque dæmon, quasi ex insidiis repente prodit, fulgura continua in cellæ aere impingens, alatosque dracones insuper mitens, quodque extremum est malum, mentis cauans privationem. Nos vero, utpote qui cogitationibus istis luem exoptamus et interitum, cum gratiarum actione paupertati convivamus. « Nihil enim in hunc mundum intulimus, et manifestum est quod nec aliquid deferre poterimus. Habentes vero alimenta et vestimenta, his contenti simus²⁷ ; memores et Pauli, qui radicem vitiorum omnium avaritiam nuncupavit²⁸. Omnes impuræ cogitationes diutino tempore in nobis, ob passiones, manentes, deducunt mentem in perditionem et exitium : quemadmodum enim cogitatio panis diu manet in esuriente propter famem, et cogitatio aquæ in si-

²⁷ 1 Tim. vi, 7, 8. ²⁸ ibid. 10.

tiente propter sitim : ita et cogitata passionum et pecuniarum perdurant propter cupiditatem habendi ; et notiones escarum, et earum, quæ ex escis pariuntur, turpium cogitationum, immorantur diu propter passiones. Verum et in cogitationibus vanæ gloriæ, atque in aliis cogitatis similiter ista clarescent. Fieri autem non potest, quod mens ad istis rebus suffocata, Deo astet, justitiæque corona se redimat. Et ex his nempe cogitationibus deorsum tracta miserrima illa mens in Evangeliiis ²⁰, Christi cognitionis prandium recusavit : rursusque ille, qui devinctus fuit manus et pedes, atque in tenebras exteriores projectus, **537** ex istis cogitationibus subtextum habebat indumentum, quem, qui vocaverat, minime dignum hujuscemodi nuptiis esse respondit : ideo nuptialis est vestis vacuitas passionum animæ rationalis, mundanas repudiantis concupiscentias. Quæ vero causa sit, quod cogitata

Α τικτομένων αισχρών λογισμών ἐκ τῶν βρωμάτων, χρονίζει διὰ τὰ πάθη. Ἄλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν τῆς κενοδοξίας λογισμῶν, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων λογισμῶν ὁμοίως φανερωθήσεται. Οὐκ ἔστι δὲ νοῦν πνιγόμενον ὅπως τοιούτων παραστήται· Θεῷ, καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης ἀναδήσασθαι στέφανον. Ἐκ τούτων γὰρ τῶν λογισμῶν κατασπώμενος καὶ ἐκείνος ὅτε τοῖς Εὐαγγελίας τρισάθλιος νοῦς, τὸ τῆς Χριστοῦ γνώσεως ἀριστον παρητήσατο· καὶ πάλιν ὁ δεσμούμενος χεῖρας, καὶ πόδας, καὶ εἰς τὸ ἐξώτερον σκοτός βαλλόμενος ἐκ τούτων τῶν λογισμῶν καθυφασμένον εἶχε τὸ ἔνδομα, ὅνπερ οὐκ ἄξιον τῶν τοιούτων γάμων ὁ καλέσας ἀπεφάνητο εἶναι· διὸ ἐνδομά ἐστι γαμικῶν, ἀπάθεια ψυχῆς λογικῆς κοσμικῆς ἀρνησαμένης ἐπιθυμία. Τίς δὲ ἡ αἰτία τοῦ τὰ νοήματα τῶν αἰσθητῶν πραγμάτων, χρονίζοντα διαφθεῖραι τὴν γνῶσιν εἰρηται ἐν τοῖς περὶ προσευχῆς κεφαλαίοις.

B sensibilium, diutius immorantia dieperdant, ac perimant cognitionem seu iudicium in capitulis de oratione dictum fuit rerum.

CAPUT XXIV.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Oppositorum activæ vitæ dæmonum tres sunt principes in prima velut in acie stantes, quos subsequitur omnis alienigenarum castrametatio, quive in bello primi stant, et animas per impuras cogitationes provocant, et pellicunt ad malitiam nimirum ii qui gulæ cupiditatibus præsumunt (ut diximus capite primo), et ii qui nobis avaritiam suggerunt, et ii qui ad humanam gloriam nos excitant. Desiderans igitur puram fundere orationem, cave ab iracundia, et diligens temperantiam contine ventrem, non des panem alvo tuæ, et in aqua ipsum attere, et afflige, vigila in oratione, ac ultionem sive memoriam injuriarum procul a te repelle, verba

14. *Ejusdem Nili Capita 33, per gradus quosdam disposita consequentiæ, a pag. 543 ad 548. Incipiunt, Morbus; desinunt, impuros.* (Sunt Evagrii.)

15. *Spirituales sententiæ 25 per alphabetum dispositæ, a pag. 548 ad p. 552. Incipiunt, Absurdum; desinunt, odio habente.* (Evagrii.)

16. *Aliæ sententiæ 26, a p. 552 ad 353. Incipiunt, Principium charitatis, desinunt, secundum Deum.* (Evagrii.)

17. *Ejusdem Institutio ad monachos, a pag. 553 ad 557. Incipit, Intemperantiam; desinit, comedere bonum est.*

18. *Sententiæ 135 abducentes hominem a corruptibilibus, etc., a p. 557 ad 575. Incipiunt, Via ad virtutem; desinunt, ratio haberi debet.*

19. *Sermo in effatum Evangelii: « Nunc qui habet sacculum tollat, » a pag. 575 ad 590, cap. 10 habet. Incipit, Propositum effatum; desinit, pietate erga ipsum Deum nostrum.*

Opera ista XIX necdum in nativo sermone Græco lucem aspexerant, sed eximia Francisci Barberini S. R. E. cardinalium decani, et vicecancellarii sanctæ sedis apostolicæ eminentissimi virtutibus, et scientiis in omnibus munificentia non potuit pati ea latitare tandiu inedita; e bibliotheca ingitur sua liberaliter prompta suis etiam typis commendari et publicari jussit, mihi que tam versionem e Græco in Latinum, quam editionis Græcæ Latinæque, curam imperavit. Agnoscebam quidem me oneri tanto imparem, verum, inquebam, ut canebar ille,

Cur me posse negem posse quod ille putat;

utrumque ideo aggressus alacri animo, quoad potui, præstare, conatus sum, ut erit æqui benignique lectoris judicium.

Sciebam quidem Horatianum illud,

*Nec verbum verbo curabit reddere fidus
Interpres,*

quod et Cicero lib. III *De finib.*, c. 15, admonet;

noram Græcorum venustatem et elegantiam a nullo Latine satis exprimi apte germaneque posse, Nili præsertim istius, cujus in aula Constantinopolitanorum imperatorum tum florentissima innutriti ac eruditi concinnitas et nitor mirifice præcelebant. Itaque magnum ducem sequi, et sanctum Augustinum imitari libuit, qui sancti Basilii verbum e verbo maluit transferre propter fidem diligentiamque veri, etsi repererat interpretatum (lib. I *Oper. imperfect.* p. 281). Libetque interdum minus eleganter scribere, quam quæsito verborum lenocinio auctoris ipsa lumina lectoribus tegere, quod in primis Perotto accidisse observatum est, sic Polybium **593** reddenti, ut nescias an ipse auctor, an interpretes existat. Ego profecto in hac translatione non studium eloquentiæ, sed laborem posui, uti Celsus scribebat l. V, c. 25, *De re medica*, qui nihil secius medicorum Cicero nuncupatur, cum probe mihi notum foret ex Quintiliano: non debere quemquam, ubi maxima rerum momenta vertuntur, de

verbis esse sollicitum. Cavi tamen, quoad potui diligenter, quod sanctus Gregorius Magnus ad Narsen scribens lib. vi, epist. 27, conqueritur, suo tempore in civitate Constantinopolitana, qui de Græco in Latinum, et de Latino in Græcum dictata bene transferant, viros non fuisse; cavi (inquam) ne sicut illi, dum verba custodirem, et sensus minime attenderem, nec verba intelligi facerem, et sensus frangerem; utque scribit sanctus Hilarius in lib. *De synodis*, ex Græco in Latinum ad verbum expressa translatio affert plerumque obscuritatem, dum custodita verborum collatio eandem absolutionem non potest ad intelligentiæ simplicitatem conservare.

Versionum equidem quinque sunt genera. Ea, quæ vocatur κατά λέξιν, a jurisconsultis κατά πόδας, interpretatio ad verbum, ad dictionem, ad litteram, quam ut securiorum Justinianus Augustus sanxit tantum usurpandam. Sanctus autem Athanasius Epist. ad Marcellin. *De Psalm. interpretat.* ex c. iii Epist. sancti Pauli ad Timoth. accepisse a sene φιλοπόνω, id est laboris amatore, qui Psalterium tenebat, istud documentum affirmat: Πᾶσα γὰρ (ὡ τέκνον) ἢ καθ' ἡμᾶς Γραφή Παλαιὰ καὶ Καινὴ θεόπνευστός ἐστι, καὶ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, ὡς γέγραπται, Id est: *Omnis enim (o fili) Scriptura sive nova, sive vetus Numinis afflatu instincta prodiit, et idonea est ad erudiendum sub ea forma specieque verborum, qua concepta, et conscripta est: unde litteralem versionem fore in sacris Bibliis potiore liquet, ideoque vulgatam, et veterem Latinam reliquis præferendam.*

Est et Ecphrasis, elocutio scilicet, quæ narrat perspicue, ita ut pictum graphice videatur, quod effertur, exprimiturque ob oculos positum, sed illa non est utendum, ubi brevitatis est dilucida.

Periphrasis, addendæ lucis, aut necessitatis gratia, circumlocutio, et circuitus.

Paraphrasis, latior expositio, quæ admittit lumina exornandæ orationis, schemata seu figuras, tropos, atque metaphoras.

Metaphrasis est interpretatio quæ paraphrasi est restrictior, sicut est liberior et diffusior quam sit litteralis.

Hæc autem fere genera variarum versionum enumerat Godefridus Tilmannus Carthusianus in Epistola nuncupatoria, quam ad Pandecten Antiochi Laurensis præfixit, et ea colliguntur ex Quintiliano, l. viii, c. 6; et l. x, c. 5 *Institut. orator.*

Interpres (ut censeo) adhibere hæc omnia genera debet, prout fert occasio, mensque auctoris, et linguæ proprietates exigat. Itaque interdum paraphrastica, nonnunquam metaphrastica Nili dictiones, et phrases, atque periodos verti, raro periphrastice, rarius ecphrastica, semper vero ad litteram, 594 ne a sensu aberrarem, potissimum curavi, rudi licet verborum stylo, candido tamen et expolito, sinceritate atque veritate versionem istam sum prosecutus; petenti alii meam rusticitatem, fontis

hujus Nilotici, hactenus abditi, fluentorumque aquas argenteo melius vase propinandas sitientibus existimabant: calicis enim idoneitas, ut loquitur Petrus abbas Cellensis, lib. ii, epist. 4, seu congruentia auget plerumque bibentis voluptatem, et vini bonitas accrescit ex ea: sed, cui uni placuisse laboro sancta Romana Ecclesia, reliquarum principis, et magistra, cuique assiduam famulatum tam libenter impendo, quæ Verbum incarnatum pannis involutum, non laciniosis, ac pretiosis indumentis summa simplicitate divinitus datum excepit, atque colit; ipsa pura, integra, incorrupta, omni ex parte suo fulgente candore, radiis ejusmet illustrata, veritate gaudet sine fuce, in eaque acquiescit, nec improbat, ut opinor, meæ versionis consilium; ipsius nempe calculus mihi satis superque fuerit, quantumvis hodie sit periculosioris alicuius suas in lucem proferre lucubrationes, et ingratissimum passim jactetur labor interpretum. Canebat vero suo Lucretius (lib. i *De rer. natur.*, vers. 157 sqq.):

*Nec me animi fallit Græcorum obscura reperta
Difficile illustrare Latinis versibus esse,
Multa novis verbis præsertim cum sit agendum,
Propter egestatem linguæ et rerum novitatem.*

Et erat ævum illud canum licebatque proferre pomœrium linguæ Latinæ, et verba Græca donare civitate Romana. Præcipue difficillimum est, quod ex antiquo quopiam et disertio doctore jam olim editum sit ex parte, in alienam linguam transfundere; quando quidquid sancte quantumlibet, ac vere dixeris, rapi potest in pessimam partem; habet etenim quælibet lingua idiomata sua, nativos lepores, et proprios χαρακτήρας, atque, ut ita dicam, peculiare quosdam genios, quos vix, ac ne vix quidem in alia possis exprimere, apteque representare, quin extraneum oleant, sapiantque peregrinum.

Quæ ideo præfari libuit, et præponere instar clypei septemplex ad retundendum Zoilorum, et Aristarchorum sarcasmos. Plura in Annotationum libris, qui subsequuntur, bono cum Deo, mox atextam; nunc ad ordinem, seriemque Opusculorum transeo.

Tractatum certe de monastica exercitatione præmisi, quia prior occurrerat in codice manuscripto bibliothecæ Barberinæ; in ejus indice, qui calamo etiam erat exaratus Græce titulus conceptus fuit: Τοῦ ἐν ἀγίοις Πατρὸς ἡμῶν Νεδίου Λόγος ἀσκητικὸς περὶ τῆς εἰς Χριστὸν Φιλοσοφίας, atque in ipsius Tractatus calce ascribitur: Καὶ οὖτος εἶναι δεῖ τοῦ ταύτῃ προσερχομένου, καὶ ὅτι πρὸ τῆς τελείας ἐν τῇ ἀρετῇ ἔξεως ἐπικλίνουον τὸ ἑτέρων ἀναδέχασθαι προστασίας. Id est: *Sancti Patris nostri Nili Tractatus de monastica exercitatione, sive De philosophia ea, quæ ad Christum pertinet, et cujusmodi deceat illos esse, qui ad ipsam accedunt, quamque ante perfectam virtutis habitum periculosum sit aliorum suscipere præfecturam.* Petrus Franciscus Zinus canonicus 595 Veronensis verterat e Græco Tra-

Statum istum, et inscripserat *Sermonem asceticum*. At ego λόγον interpretatus sum *tractatum*, hoc est, *dissertationem, descriptionem, enarrationem, concionem*, ut fuse probat Scholiast. ad l. II C. Theodos. *De his, qui super relig. contend.* l. XVI; a *tractando*, uti accipiunt Cicero l. I *Academic. quæst.* et l. II *De legib.* in proœm. l. VIII; Quintilian. l. V; Plip. c. 4, l. XIV; et c. 22, l. XII; præsertim vero hanc vocem *tractatus* acceperunt eo sensu sanctus Ambrosius, et sanctus Augustinus, alique Christiani doctores, et sacrarum Litterarum interpretes dicti fuere *tractatores*, ut observat Sirmondus in *Notis ad Epist. Sidonii*, et sanctus Augustinus, l. II *Contra Julian.* divinorum eloquiorum pertractatores nominat, et l. IV divini eloquii tractatores. Harum vocum origo ducitur a verbo *traho*, quia varia undequaque trahuntur ad eam, quæ agitur, rem spectantia, hinc deducitur *tractio* verbum frequentativum; sicut a verbo *sero* derivatur *sermo*, quia diversa seruntur, et conferuntur, hinc progignitur *dissero*, et *disserto*, unde *dissertatio*. Ascetici vocabulum Græcum in duas voces Latinas resolvi periphrastice, idque de monastica exercitatione exposui, nec enim unico potest explicari; nam vox *ascetici* Græca est, non autem Latina, sed in *Lexicographo Adnotationum*, inque voce Ἀσκησις plura congressi. Rosweydeus quidem vir pereruditus, et in Belgio quondam mihi peramicus, in *Notis ad Paradisum Heraclidis* laudat *Onomasticon* in vocibus *Tractatus*, et *Tractor*; tu consule, si reperire possis reapse, meque felicior habeas Mercurium dexteriozem.

Consequitur: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Νεδίου πρὸς Ἀγάθιον μονάζοντα. Ἡ ἀρχὴ· Ἔθος ἔχοντι μοι, quæ ita converti. *Sancti Patris nostri Nili ad Agathium monasticam vitam agentem Peristeria*, sive *Tractatus de virtutibus excolendis et vitiis fugiendis: exemplo Peristeriæ clarissimæ sæculo eo semina.* Incipit, *Cum meo more*, etc. Quia vero tractatus erat prolixior, in 12 τμήματα, sive sectiones eum divisi, quas in capita subdivisi, quemadmodum et tractatum *De monastica exercitatione* in capita iidem distinxeram; ne uno spiritu liber totus perlectus nimis fatigaret lectorem, neve, spatio nullo dato, colligere ille se ac interquiescere non posset, verum tantillum allevaretur: nam sicut Rutilius Numatianus, lib. II *Itinerarii* cecinit,

Intervalla viæ fessis præstare videtur.

Qui notat inscriptus militia multa lapis.

Prefatur sanctus Hieronymus Isaiaë visionem expositurus, lib. IV, c. 14, se per partes eam explanare velle, ne simul proposita atque dissertata lectoris confundat memoriam; idem adnotat ad c. III Joel. in Nilo flumine, sive in rivis ejus solitos Ægyptios funibus naves trahere certa habentes spatia, quæ appellant funiculos, ut labori defessorum recentia trahentium colla succedant; trahentes helciariorum vocat curvos Sidonius. Inde funiculus, sive σχοινίον, vel σχοίνος juxta Ægyptios est mensura itineris,

A 596 ex Herodoto etiam lib. II, qui sexaginta illi tribuit stadia, Callimachus et ejus meminit. Hebræi diutius in Ægypto versati, et divexati, mensuras inde funes nuncuparunt; psalmo XV Rex Propheta concinit: *Funes ceciderunt mihi in præclaris*, et c. XXXII Deuteronomii Moses, et l. II Reg. c. VIII, nec mirum si unaquæque gens certa terrarum spatia suis appellationibus vocet, Rastas Germani, Latini Milliaria et Jugera, Galli Leucas, Persæ Parasaugas, Græci σταθμούς, sive stationes; tum vergente Romano imperio mansiones, de quibus Herodianus, l. II et Bergerius lib. *De imp. Rom. viis*, erant termini militarium expeditionum. Minimum est consuetudo facilius ea discere, quæ divisa solent evidentius elucescere, uti loquitur B Cassiodorus c. 2 *De Anima*. E distinctione quippe lux effulget; teste Paulo Juriscons. l. I *D. De doti mali except.* ubi *Gloss. et Institut.* § *sed non, usque de legat.* Quamobrem etiam Jurisperiti de more habent aperire legem, quam publice interpretantur, in partes, et Codex Justiniani in II tomos, Pandecta vero in tria volumina, tomi autem in libros, libri præterea in titulos, seu rubricas, et hæ in capitula, sive leges distribuuntur, capitula rursus in paragraphos. Biblia quoque sacra in capitula sunt dispersita. Peristeriam addidi, et periphrastice quiddam in tractatu continebatur, ut materiam indicarem, et causam, quam præbuit clarissima femina plurimum commendata, et juxta suum nomen Columba pacem nuntians terris, nec ambigo illam C ipsam fuisse, de qua Ischyron diaconus Ecclesiæ Alexandrinæ, ad Leonem papam et Patres concilii Chalcedonensis in libello inserto actioni tertie, pag. 232 Edit. Rom. ita scripsit: Τὸ γὰρ καὶ τὴν τῆς λαμπρᾶς μνηστῆρας Περιστερίαν πρῶτον οὐδὲν ἠγνόησε, καὶ μάλιστα τῶν ἐνοικούντων ταύτην τὴν βασιλίδα νέαν Ῥώμην, ἐκεῖνης ὑπὲρ τῆς ἐαντῆς ψυχῆς ἐν τῷ διατίθεσθαι παρακλυσσαμένης πλείστην ποσότητα χρυσοῦ παρασχεθῆναι τοῖς μοναστερίοις, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐξενώσι καὶ πτωχείοις, καὶ ἐτέροις κτήνησι τῆς Ἀγρυπταχῆς χώρας; Ἀγθισθεὶς δὲ οὐλαβέστατος ἀνὴρ (Διδασκαλός) Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος ἢ πατριάρχης, ἐφ' οἷς οὐκ εἰς πρόσωπον αὐτῷ κατέλειπεν παρασκευάζει ἐκεῖνα τὰ χρήματα αὐτῷ παρασχεθῆναι, καὶ ἀντὶ ἐλεημοσύνης θυμέλαις καὶ θεατρικοῖς ἐτέροις προσώποις, ὥστε μηδὲν τὴν εὐδίαν τὴν ἀπὸ τῆς θυσίας τῆς λαμπρᾶς τὴν μνήμην Περιστερίας ἀνενεχθῆναι πρὸς τὸν Θεόν, τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ, ἀλλὰ φανερὰ ἢ πρόθεσις ἐκεῖνης ἀπαδείχθη. Id est: *Cæterum clarissimæ memoriæ Peristeriæ negotium nullus ignoravit, eorum maxime qui habitare noscuntur in hac regia urbe Nova Roma; illa namque pro animæ suæ salute testamentum condens jussit multam quantitatem pecuniæ præstari monasteriis, necnon etiam xenodochiis (sive hospitum) et parochiis (potius mendicorum receptaculis) et aliis pauperibus Ægyptiæ provinciæ, quod moleste ferens idem reverendissimus vir (Dioscorus) Alexandrinus episcopus, sive patriarcha, ob id*

quod in persona ejus hæc minime sunt dimissa, fecit easdem pecunias pro elemosyna scortis, seu saltatricibus, et aliis theatricis dispartiri personis; ut **597** neque odoris fragrantia fusa ex oblatione illius clarissimæ memoriæ Peristeriæ (quantum ad eum pertinuit) fuerit oblata Deo; sed illius quidem manifestum propositum demonstratum est. Quem locum meam in memoriam revocavit doctissimus et Reverendissimus Pater Hyacinthus Libellus ordinis sancti Dominici, magister sacri palatii, merito ingeniorum omnium censor, qui ἐγκυκλοπαιδείαν, id est scientiarum ordinem, tanta cum laude confecit, nec pietatis minus ergo, quam doctrinæ passim celebratur. Jure autem Peristeriæ titulum censui attribuendum isti tractatui; etenim cum Nilus egressus urbe Constantinopolitana pro more, ut aditus importunos vitaret, officia scilicet, sicut ego arbitror, et salutationes, atque domestica negotia (cujus instar Boethius secesserat in Aureliæ montes, atque Apennini villas deinde, ut ipse præfatur in Porphyrii Dialogos a Victorino translatis), deambulatorius ante civitatem in nemore remotiori, et Agathius, quem vocat μονάζοντα, hoc est, agentem vitam monasticam. Degebat quippe Agathius seorsim solitarius, et adhuc sive philosophiæ Christianæ, sive monachatus tirocinium ponebat, sed quasi μέλλον monachus, propiorique gradu, et proxime cingendus. Erant enim monachorum uti pœnitentium diversi gradus, de quibus egi fusi in Exagio meo de frequente communione, atque ubi disserui de pœnitentia publica, cap. 4, et quidam πρόσκλαυσιν, seu ploratum et fletum edebant; alii usurpabant ἀκρόασιν, sive audientiam deputati cum catechumenis audientibus verbum Domini; nonnulli ὑπόπτεισιν, contemplantes dispiciebant humum cum competentibus meditabundi, non velut ἐπόπτα, id est insipientes in profanis Isis sacris, sed exemplo Publicani non audebant attollere oculos, obstipio capite, et figentes lumina terræ, cernui, imo potius ὑπόπτεισιν, quia flectebant genua subinde, quod in sacris diaconus adhuc inelamat, succidebant in genua, et de geniculis auserant, ut loquitur Tertullianus, inclinantes se γονυκλίσει. Ita orabat sanctus Paulus c. III ad Ephesios, v. 14; et sanctus Petrus, c. IX Actuum, v. 40; quin prostrati μετένοιον βέλλοντες, projiciebant sese ad pœnitentiam. Aliqui εὐστασιν id est stationem, consistentes cum fidelibus, dum sacrificium celebraretur, postea μέστωσιν, id est complementum adhibebant, quando nempe pœnitentiam expleverant, et reconciliationis tempus exspectabant. Haud dissimili modo erant et gradus, sive ordines monachorum, qui vocitabantur non tantum populus sanctus Dei, ut in collecta, quæ recitatur hebdomadis sanctæ feria sexta, eo vocabulo comprehensi, et a reliquis laicis necdum distincti, pro quibus orabatur; verum et lugentes, atque plangentes, et in monasteria, claustraque velut in pœnitentiæ domicilia, ergastula, carceres-

A que vel se recipiebant, vel retrudebantur publici peccatores, ut e Joanne Climace, atque collatore Cassiano liquet; monachorum (inquam) cœnobitarum sive synoditarum, qui simul victitabant, e in commune sua omnia referebant. Nam præterea eremitæ fuere, qui desertis **598** in locis degebant; et anachoretæ, qui recesserant in vasta, et in via; remotioraque secreta. Συλβιανῷ κοινοβιώτη scribit Nilus, epist. 307, lib. I. E cœnobitis eremitæ prodebant, atque anachoretæ, uti prodit Cassianus, Collatione 18, c. 1 et 2, e S. Paulo, cap. XI ad Hebr., quin et στυλῆται, in quibus agmen ducit Simeon, et de quibus Rosweyd. in Not. ad Vitas Patrum. Sunt et epistolæ Nili Nicandro στυλῆται inscriptæ 114 et 115, qui et κλονται, Latine columnarii, dicti sunt; ἐγκλειστοί, seu reclusi, de quibus Miræus mihi quoque peramicus in Belgio agit in *Fastis Belgicis*. Hospitium memorat Gregorius Turonen. *Histor. Francor.* lib. VI, c. 6; et *De gloria confessorum*, c. 97, aliosque plures, quos recenset Petrus Jofredus in *Nicæa illustrata*, p. 105; incluserat se is sponte in turri; de Probo incluso in monasterio S. Greg. M. epist. 99, l. 9. Columnarii stabant supra columnas; inclusi agebant in conclavibus seu domunculis. Philumenum ἐγκλειστον, ad quem scribit Nilus, epist. 96, lib. II, male vertit interpret Latinius ἐγκλειστον, enclitum, uti patet e verbis epistolæ: ἐκὰτ τὸν ἐγκλεισµὸν, et τῷ οἰκιδίῳ κατακλεισθεῖς. Erat enim profecto reclusus; lapsus viri τοῦ πάνυ observavit et emendavit doctissimus Possinus in Glossario ad Andronicum Georg. Pachymeris, et hujuscemodi conclusos in cubiculis, et οἰκίσκοις dictos κοινοβουλίου adnotat etiam e scriptore Vitæ sanctæ Mariæ junioris anonymo, codice Vaticano 800, pag. 492. Opponebantur et κοινοβιώται hi qui appellabantur ἡσυχασταί, anachoretarum specie, solitarii; amantes quietis, tranquillæ vitæ studiosos exponit nunquam satis laudatus Possinus in epistola 192 Nili ad Rufinum ἡσυχαστήν, dubito an sit is, ad quem idem scripsit 188, nullo addito epitheto, sed utrobique agit de perturbationibus, sive passionibus. Hanc ultimam Allatus inscribit Charitoni l. III, epist. 264; at Rufino perbreve 263. Primam autem Rufino illi ipsi hesychastæ l. IV, epist. 54, quin et aliam Rufino Scholastico 76, lib. I, ad quem etiam spectare arbitror 77 et 78, quæ consequuntur; fortassis erat idem Rufinus, qui e foro prodiens, legibusque publicis, quas profitebatur, exquirebat sacre Scripturæ ut Nilus loca sibi explicaret, eam delibans, et ni fallor, posset esse celebris ille Origenista, nec eum ævum discrepat. Γαστήρῃ Μοναχοῦ, καὶ ἡσυχαστοῦ τοῦ δρους Δάτρου σὺλβιω, legitur in Scala Joannis Climacis, p. 365. Hi nonnien sortiuntur ἀπὸ τῆς ἡσυχίας, id est a quiete ac silentio. De hac virtute fuse superscriptus Joannes gradu 27, pag. 403. Istos non probat Cassianus collat. 18, c. 8, de quarto genere monachorum. quasi tepidos, quia sedent (scribit), a nemine la-

cessiti, et patientes, atque mansueti, ac humiles æstimari desiderant, nec ad perfectionem unquam perveniunt, et hi forsitan appellari possunt *vacantiri* voce Syonesiana, quasi *vacantes*. Sed ἡσυχασταὶ veri ac probi residebant mansueti cum silentio et quiete animi, nec minus se piis operibus addicebant, et ἀσκησιν quoque in amando, colendoque Deum, et diligendo, adjuvandoque proximum sectabantur, θεοφιλεῖς erant Christiani, 599 id est, amatores Dei (sit ipse Climax gradu 1); ornatur enim titulis hisce Χριστιανὸς θεοφιλεῖς, ἐγκρατής, μοναχός. Sanctus Lucas apostolorum Actus dirigit ad Theophilum, et intelligere mihi videtur eo nomine *Christianum*. Existere quidam ἐγκρατεῖς, seu continentis, qui et ἐγκρατεύμενοι: a solatiis connubii erant hi sejuncti, ἀποταττόμενοι, vitam cœlibem affectabant. Concilium Carthaginense tertium c. 38, anno Christi 397, in Africano codice illorum meminit, et Cresconius in Breviar. c. 255, et l. xx Cod. Theodos. *De episc. et cler.* qui continentium se volunt nomine nuncupari, ubi fuse Scholiastes. Dicebantur etiam *temperantes*, Hesychius ἐγκράτειαν interpretatur ἀσκησιν; contendebant quippe *continentes*, ex Palladio in Lausiaca τὸν τῆς ἐγκρατείας, καὶ ἀγνείας ἀναδήσασθαι σέφανον, id est, redimiri corona continentię, atque castitatis, vivente adhuc aliqui conjuge, vel e medio sublata, et alii nulla ducta intra privatas ædes aliqui. Sanctus Augustinus fuse in epistola 199 ad Ecdiciam agit, quam religiosissimam vocat filiam, cuique tribuit reverentiam, vovisseque cum marito, e quo filium susceperat, continentiam Deo, narrat, annique ut gestet vestitum matronalem, sed invito viro ne vidualem gestare pergat prohibet prudenter. Sanctus Hieronymus in epistolis 28 et 29 ad Theodoram, insinuat satis eam cum marito Luciano Bœtico castam duxisse vitam, cui doctor ille ponit epitaphium, et mariti eam uti sororem nominat; in sanctę Agnetis Romę exstat epitaphium Theodorę, quę vixit annis 21, mensibus 7, diebus 24 in pace. Est bisomum, id est, duo corpora, nempe ipsius et mariti Evagrii continens sepulcrum cum hisce versibus, et nota consulum:

*Amplificam sequitur vitam dum casta Aphrodite,
Fecit ad astra viam, Christi-modo gaudet in aula;
Restitit hæc mundo semper cœlestia quærens,
Optima servatrix legis, fideique magistra,
Inter eximios Paradisi regnat odores
Tempore continuo vernant ubi gramina rivis-
Dedit egregiam sanctis per sæcula mentem,
Expectatque Deum superas quo surgat ad auras,
Hoc posuit corpus tumulto mortalia linquens
Fundavitque locum conjunx Evagrius orans.*

DEP. DIE....

ANTONIO Ψ. SYAGRIO cons. sive anno C. N. 383 (*E Panvinio*).

Hanc etiam servasse continentiam in conjugio illa verba, casta Aphrodite, satis indicant; et Evagrium maritum Orantem fuisse, sive ἱερέτην, quo

nomine monachus, seu monasticam vitam degens, aut ad eam aspirans significabatur, sicut et θεραπευτοῦ, id est servientis Deo, seu servi, et famuli Dei epitheto, ex Philone, Dionysio Areopagita colligit et ex ipso Nilo nostro, cardinalis Belarminus, l. II, c. 1. De *monachis* fuse, Consule præterea Mathæi Galeni, Westcapelli *Origines monasticas* editas Dilingæ 1563 in quarto; Hugonem Menardum in Regulam 600 sancti Benedicti, c. III, ubi de λαυρήταις, e c. 5 *Prati Spiritual.*, ἀπὸ τῶν λαυρῶν, a cellis nempe, in quibus turbæ ipsorum in unum collecta more religiosarum apum erat. E præfatione Regulę sancti Ferreoli, dicebantur et *nonni*, et *religiosi*, et *philosophi*, at plura de gyrovagis, et circellionibus ibidem. Accinit de monacho Numatianus eum conjugem reliquisse inuens, et nota est Therasia Paulini e conjuge facta soror; consule Justinianum imperatorem Novella 122. Leonem Aug 35, l. I Cod. Theodos. *De monachis*; et l. xx Cod. eodem, *De episc. et cleric*: l. xvi, ibidem *De pœnis*, ubi notę præclarę attextuntur; et hunc primum monachorum gradum, sive ordinem, sive potius Deo sese dicantium, et ad monachatum tendentium limen fuisse arbitror.

Secundus erat ascetarum, non generatim et late sumptorum, verum particulatim, et proprie, qui ad nutum abbatum, seu præfectorum exercebant sese jejuniis, meditationibus, orationibus, psalmodiis, et aliis pietatis et pœnitentię vacabant officiis, jam Continentes, de quibus Petrus Damian. tractat in Sermone de sancto Nicolao, instar Sarabaitarum, aut Sarabaritarum, forsitan a Sarabara veste, de qua in dissertatione mea de Fanone disserui, qui et suis in domiciliis, aut cellulis a se constructis morantes consistunt arbitrio suo, et quos damnat Cassianus, vocem Ægyptiacam censens significantem renuitas, sive abbatem refutantes, collat. 8, c. 3, uti sanctus Benedictus, c. 3 Regulę, ut est optimi pessima corruptio, quia non servabant actemosen, sive nuditatem rerum omnium, paupertatemque arctam, seu (uti canit Horatius) angustam pauperiem, nec abdicaverant sese possessionibus, nec obedientiam observabant, nequid perfecti monachi, si non ultra properarent. Exstant Nili ad varios ascetas epistolę; nempe l. II, ad Vincentium 51, quę numeratur apud Possium 281; ad Zosam eodem lib. II, est 75; denique ad Thaumasiū, seu Thamarum, 33, lib. III, quę prima Possino, nuncupatur hic Thaumasius in Indice monachus ab Allatio. Sed adi (benigne lector) librum mearum adnotationum Lexicographum in voce Ἀσκησις, uti præmonui.

Tertius gradus, ut mea quidem nunc fert sententia, fuit μοναζόντων, qui vitam sanctiorem, atque monasticam ducebant, aspirantes propius ad monachatum, et ejus veluti candidati: sic apud Vestales profanas Romanas μελλίερα sunt nuncupatę (uti Plutarchus asserit) quę fuerunt consecrationi proximę. In Epistolis profecto Nili non

otiose, ac sine defectu quidam μοναχοι, μονάζοντες alii sunt inscripti, ita Δαβουρω, sive Ἀρδαβουρω. Ardaburius quidam fuit consul anno Christi 429 in Oriente, at in Occidente Hierius sub Theodosio Juniore et Valentiniano III Augustis; comperi et Ἀρδαβούριον υἱὸν Ἄσπαρος sub Leone Aug. Apud Suidam, hic Aspar ad patrem, cum Leonis Aug. jussu ambo occiderentur, Nonne dicebam tibi (siebat), Φάγωμεν Ἄτωνα πρὶν ἡμᾶς ἀριστήσαι, Comedamus Leonem, priusquam de nobis sumat prandium, Billius refert in *Observat. sacr.* e Nicephoro; Galli dicunt: *Le lyon enfin* 601 *mange son maistre*. Μονάζοντι Nili epistola Possiniana 43, dirigitur, quæ apud Allatium est 35, lib. III, est et 246 alia: tam Possinus, quam Allatius ibi μονάζοντα reddunt *Monachum*, at inscripta Εὐθαλίω μονάζοντι ab Allatio numerata 40, lib. III, ubi monachum exponit μονάζοντα, eadem est, quæ 24 Possini, qui μοναχὸν enuntiat, et interpretatur *monachum*. Δαμιανῷ μονάζοντι ep. 110, Possin. in ea vertit μονάζοντα *solitarium*, at *monachum* Allatius lib. III, epist. 154, ipsam locans: Μαριανῷ μονάζοντι epist. 216: Possino itidem *solitarium* explicanti, est 44, lib. IV: Allatio *monachum* vertenti: eidem Allatiana 7, lib. IV, directa est, sed *monacho* uti Possinianæ 34, 35, 227 et 228. Et forsitan ad monasticum progressus gradum Marianus fuerat ex ordine μονάζοντος. Μονάζοντα Θεόδωρον Allatius et *monachum* appellat in Epistolis Nili lib. III, 157, 158, 159, 160. At Possinus Epistolis 113, 114, 115, 116, μοναχόν, et Latine *monachum*; epistola certe 160 penes Allatium brevior est, quam apud Possinum 116. Eundem Theodorum μοναχόν nuncupat, et vertit Allatius lib. II, epistolis 65, 76, sed et 25, lib. IV, quæ adempta est 116 Possini; cui rursus adjungenda est, quin potius esset delenda ipsa 160 Allatii tanquam pars repetita hujus 116; et Allatiana 25, lib. IV. Εὐγενίω μονάζοντι, epistola 102 Possini est inscripta; *solitarium* is reddidit, Allatius *monachum* lib. XIII, epist. 147. Monachum profecto vocavit in titulo epistolarum 175, 176 et 182, inque illa ipsa 175 nondum illum emensum fuisse annos quindecim, μὴν περὶ βῆτα ἑτοικοῦμενον, id est, insistentem vitæ monasticæ tradit; unde colligotam in ἔγκρατειᾷ, seu continentia, quam in ἀσκήσει, aut exercitatione fuisse de more, spatium temporis impendere, sicut annos probationis, vel novitatus, imò et in βῆτα μονάζοντι, sive in Monazonio (qua voce uti puto Alciatum in versione Græci Epigrammatis). Addenda est Theodosia μονάζουσα, cui Nilus scribit lib. II, epist. 116, apud Allatium, qui *monialem* vertit; hortabatur eam Nilus, ne præcepta viris in ecclesia tradere auderet, eosque desineret docere. E suprascriptis igitur liquido patet μονάζοντας fuisse, qui proxime accedebant ad monachatus professionem, quem autem ad illam admittiebantur, inducebantur schemate, seu veste novitii, quæ diversa erat, ac distincta ab ea, qua vestiebantur, cum monachi perfecti evadebant, uti

Rosweidus, in *Onomastico ad Vitas sanctorum Patrum*, lib. X, p. 105, observat, ita tamen, ut μοναχοι, νεώτεροι vocitarentur initio, et interim dum validam professionem emitterent: ad νεώτερος istos epistola 303 lib. III Allatii, et, quæ deinceps subsequatur ἀνεπίγραφα usque ad 333. Mirorque in Indice Allatiano conceptam illam 303 lib. III epistolam πρὸς μονάζοντας, nisi quod confudit eos interpres Denique sacrabantur monachi, et nomina submittabant. Erat enim ex sancto Dionysio in *Ecclesiastica Hierarchia*, apex perfectionis monachatus, καὶ ἡ τετελούμενων ὑψηλοτέρα τάξις, et Suidas refert; de monachis, qui etiam singulares nuncupabantur, agit fuse Scholiastes 602 in Notis ad I. LXIII C. Theodos. *De decurionib.* quæ 26 est in Justiniano Cod. data Beryti a Valentiniano et Valente Augustis I. XXXVI C. Theodos. *De episcop.*, data Mediolani ab Arcadio et Honorio, AA. Severus Sulpic. dialog. I, c. 1, apud Gratianum in Decreto 16, q. 1. Describuntur monachi a Rutilio Numatiano bis in limerar, sed ironice carpuntur a sancto Joanne Chrysostomo homil. 8 in Matthæum; ab Eunapio, *De vit. philosophor. in Aedesio*, a Salviano Massilien. lib. *De Providentia*; in Vitis Patrum a sancto Hieronymo, et aliis, quos collegit ediditque simul R. P. Rosweyduus jam a me laudatus, illustravitque adnotationibus. De lauditis eremi exstat Epistola Eucherii episcopi Lugdunensis ad Hilarium monachum Lirinen. in qua imitabantur (ait) solitarii eos de quibus Apostolus scribit in Epist. ad Hebræos superius allato c. II, *errantes in montibus, et spelæis cavernisque terræ adbitos, quibus dignus non erat mundus*. Vide Tristanum, tom. II *Histor. Rom. et Numismatis*, p. 135, de monachis eorumque cellulis; et feminarum monastriæ, moniales, sauctimoniales, ancillæ Dei, et Deo devotæ virgines vocabantur, passim apud sanctum Gregorium, qui I. IV, epist. 13 de insula Capraria, de insula Gorgonia, deque monachis insulæ Montis Christi, lib. I *Dialog.* c. 49. Sanctus Gregorius Nazianzenus in Postum profectus, dum fugit episcopatum, philosophatus est cum Basilio, uterque leges tulit vitæ monasticæ, uti recenset Billius in ejus Vita; hic sanctus Gregorius, orat. 20 in laudem sancti Basilii, commendat vitam monasticam, p. 567; et in 21 oratione in laudem sancti Athanasii, p. 589, in oratione prima, p. 44, et in Carmin. p. 1370; in definitione orat. 12, p. 459; Carm. ad fictos monach. p. 1302 et 1313, ad monachos in cœnobii degentes, ad Hellenium. Sanctus Augustinus monachos nominat *servos Dei*, epist. 70 et passim; et monachismum simul cum baptismo suscepit, ut probat Rivius, lib. I, cap. 1, § 32 *Vit. sancti Augustini*, et amicitiam cum Eudoxio abbate Cellulanorum Caprariæ insulæ coluit epist. 81, et instituit ipse monachos, deque opere illorum librum conscripsit. Rivius de ipso, § 2, c. 1, lib. III, *sanctas formicas, et sanctas apes* monachos compellat idem sanctus doctor. Verba quidem Græca cum paragoge, seu

roductione, αζω, uti κωμάζω, εορτάζω, χειμάζω, Απειθασιάζω, σχολάζω, λωδάζω, περιπατάζω emphasis habere, atque indicare videntur affectum quemdam, et protensionem, sic ἀπὸ τοῦ μονάζειν ἢ μονάζοντες erant qui jamdiu appetebant ingenti cum affectu monachatum, et veluti pertingebant quasi proxime cingendi, et *melloproximi* voce Græco-Latina Jurisconsultorum, pro cinctis censebantur, sumebanturque promiscue pro monachis, uti tirones multis stipendiis expletis, aut πολλυτά pluribus annis studio jurisprudentiæ impensis, continentiæ nempe, seu castitatis specimen dederant temperantes, seu ἐγκρατεῖς, at paupertatis, et obedientiæ, dum ascetas egerant, aut exercitatores: denique trium harum virtutum, dum μονάζοντες forent, **603** quasi maturitatem assequerantur.

In ecclesiastica historia monachorum species variaz percensentur: ego vero animadverti perscrutando diligentius hosce præcipue tres gradus parum ab aliis observatos, imo plerumque confusos, et μονάζοντα exposui agentem monasticam vitam. Agathius igitur iste monasticam vitam agens Nilum meditandum tanquam ex insidiis adortus est, et aggressus improvisum, et suadere cœpit ut Ethicam quampiam, seu Moralem lucubrationem conscriberet. At Nilus in Expositione Psalmorum occupatus, cujus fragmenta nonnulla reperiuntur in codice Barberino manuscripto, et apud Bessouum in Catenam Procopii super Canticis canticorum, tergiversabatur, causatus sæculi nequitiam, quam corrigi, ac emendari desperabat, cum non esset, qui faceret bonum usque ad unum ¹, et vanitatis dæmon terras indagine cingeret, expansisque retribus cunctos mortales illaqueasset, ita ut hi expedire se non possent, uti monachorum antesignanus alter sanctus Antonius quondam viderat, c. 21 *Legendæ Claud. de Rota*. Agathius ergo Peristeriam commendavit, et hanc unam opposuit vitiis late crescentibus exemplumque dedit; atque adeo dilaudavit, ut tantæ virtutis admiratione percussus Nilus alacriter tractatum istum sit exorsus, atque perfecit; unde a Peristeria, quæ huic tractatui causam præbuisse videtur, titulum sum mutuatus. Et sectio quidem, quam statuo decimam, sapit epilogum operis, sive conclusionem; convertit enim sese scriptor ad amicum, Agathium scilicet. Verum cum in Vaticano codice reperissem inscriptum titulum *De beatorum conversatione, deque diaboli malignitate*, illam nonam sectionem posui, et, ut in capite 2 ab ipso Nilo innui, Peristeriam eandem adnotavi quam variis afflictam ærumnis, et exercitam tentationibus affirmat. Ad hunc Agathium suspicor scriptam a Nilo epistolam 152 Possinianam, ibique nuncupat Allatius Agathium diaconum, illam epistolam in duas dividens lib. III. epist. 215 et 216, quæ perperam in Græco Indice numeratur pro 216, cum sit trajectory 162. Ibi que de

tentationibus eum admonens, quæ ipsis obstat; et forsitan ad diaconatum promoveri meruerat. Exstant et Isidori Pelusiotæ qui, eodem tempore vixisse videtur, et eundem magistrum habuit sanctum Joannem Chrysostomum, ad Agathum presbyterum l. I. epist. 270, et l. III. epist. 18, 27, 160, 296, 303, sive Agathodæmona. Eo nimirum tempore sæpius e monachis diaconi deligebantur, immo presbyteri et episcopi, auctore card. Baronio ad ann. 398 C. N., et liquet e l. XXXII. C. Theodos. *De episc. et cleric.* Tanta erat monachorum multitudo, tot examina servorum Dei: hæc enim vox (ut jam monui) monachos significat. Sanctus Gregorius M. lib. X. epist. 51, et lib. II. epist. 24 et 91, lib. VIII. et XXXIX. lib. XXI. c. 12. Sanctus Hieronymus psalm. 133. *Θεραπευτά*, Sanctus Dionysius *Eccles. Hierarch.*; Philo lib. *De vit. contempl.*; Sanctus Augustinus epist. 56; Ennodius l. III. epist. 29; quia et homines **604** Dei, viri Dei; ita sanctus Alexius vocitatus, et Porphyrius in Vita sancti Agapiti, et in Martyrol. Rom. 20 Augusti. Anno 1658 effossa fuit sub statione Cohortis Helvetiorum prætoriz in Arca Vaticana hujuscemodi vetus inscriptio, quam ad annum Christi 403, coss. Theodosio juniore primum et Rumoridio, eruditissimus Holstenius retulit: *Quintilianus homo Dei confirmans Trinitatem, amans castitatem, respiciens mundum requiescet una cum.....qui vixit ann. P. M. X.....Theodosio Aug. et R.* ubi vides castitatis amorem, et mundi despicentiam, sive ἀσχησιν, et ἐγκρατείαν. Isti homines seu servi Dei definiuntur, qui ad faciem ministrant Domino. Homo Græcis recentioribus ἄνθρωπος idem, qui servus. Constantin. *De administr. imper.* La Cerda c. 146. n. 12. *Adversar. sacr.* passim in libris feudorum. Homo est vassallus, et hominum inde, quod aliis homagium ab ὠμῶ ἀγίῳ, id est sancto jurejurando trahitur.

Suprascriptæ decimæ sectioni adtexui undecimam, cui titulus erat, Περὶ τοῦ Ἰωσήφ, καὶ τῆς Σωσάννας ὅτι μετῶν ὁ τοῦ Ἰωσήφ ἀγῶν τῆς κατὰ τὴν μακαρίαν Σωσάνναν. *De Josepho, atque Susanna, certamenque fuisse majus Josephi eo quod adversus beatam Susannam susceptum fuit.* Præterea duodecimam sectionem appinxi: Περὶ τῆς παραβολῆς τοῦ ἀμπελῶνος, καὶ τῶν μισθωθέντων ἐργατῶν, κατὰ διαφόρους ὥρας, *De parabola vineæ, et mercede conductis operariis ad horas diversas;* subsequerantur quippe istæ duæ lucubrationes tractatum Peristeriæ, et appendices videbantur. Tractatum totum insignivi hoc titulo Græce: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Νελλίου πρὸς Ἀγάθιον μονάζοντα. Sed illum latius expandi Latine: *Sancti Patris nostri Nili ad Agathium monasticam vitam agentem Peristeria, seu Tractatus de virtutibus excolendis, et vitiis fugiendis exemplo Peristeriæ clarissimæ eo sæculo fæminæ.* In sectiones, sive τμήματα XII divisi. Prima continet capita sex ceu

¹ Psal. XIII, 5; Psal. LII, 2.

Præfationem, secunda de temperantia sive abstinentia, cap. quinquæ; tertia de vana gloria, capita tria; quarta de lectione, et oratione, cap. septemdecim; quinta, quod animæ amantium divitiarum vitæ cupidæ ægre hinc divelluntur in hora mortis, cap. tria; sexta, quod merito puniuntur, qui facultates promiscue quibuscunque relinquunt, cap. duo; septima de his, qui in tempore mortis nullam suæ salutis curam habent, sed et testamenta scribentes jubere se dicunt de his quorum potestatem non habent, cap. undecim; octava de hæredibus, cap. unum; nona, suggillatio eorum, qui testamenta scribunt, cap. decem; decima de beatorum conversatione, cap. septem; undecima cap. viginti tria; quorum aliquibus tituli sunt impositi; duodecima, cap. tredecim.

Opusculum Nili locavi subinde, quod inscribitur: Πρὸς τὴν σεμνοπρεπιστάτην Μάγναν τὴν διάκονον Ἀγκύρας. Λόγος περὶ ἀκτημοσύνης. Ad venerationem dignissimam Magnam diaconissam Ancyræ, tractatus de voluntaria paupertate, sive nihil possidendo. Principium πρώην μὲν. [Nuper quidem. Magnam vocavi non Magnesiam, secutus Vaticanos codices 653 et 1434, et Heracliden 605 in *Paradiso* c. 55, seu Palladium in *Histor. Lausiaca* c. 131, qui Magnam vocant; et Palladius quidem lib. viii *De vit. Patrum*, relatus p. 776, sic habet: « In civitate Ancyra (est ea metropolis Galatiæ in Asia Minore celeberrima synodo inibi habita anno C. N. 314, sive ut Rosweyds ibi adnotat e ms., Cæsarea Cappadociæ p. 792) sunt multæ quidem aliæ virginis, nempe ad decem millia (duo millia Heraclidæ et amplius) quæ exercentur, et in omni virtutis institutione militant, omnesque temperantiæ legibus claræ et insignes feminae, et divinum certamen studio magno exsequentes, inter quas principatum obtinet in pietate Magna honestissima femina et probissima, quam nescio quid sim nominaturus, virginem, an viduam? a matre quippe per vim viro conjuncta, eum tamen fefellit variis inescans dilationibus, et corporis morbos prætexens, a corruptionis vitio integra et intacta permansit, ut dicunt ejus necessarii; cumque paulo post decessisset ejus maritus, omnium simul facta est hæres unica, et temporalibus commutans æterna, Deo totam seipsam obtulit, summe curam gerens vitæ quæ semper manet, suis famulis honestissime imperans, degens laboriosissime, et agens plenam temperantiæ monachorum, in congressu tam severa, ut ipsum ejus aspectum revererentur etiam excellentissimi episcopi propter insignem pietatem, ac religionem. Atque ipsa quidem supervacaneam et nimiam opum materiam paupertatis igne consumpsit; quæ autem supererant ea constituit ad subministrandam monasteriis, ecclesiis, pauperibus transeuntibus, episcopis, orphanis, viduis, et om-

nibus egentibus suppeditans auxilium, non cessabat hilariter dispartiri, et operari pietatem literarum, et per se, et per servos fidelissimos: et ecclesia non recedens, noctu maxime, in omnibus exercens se propter spem ejus, quæ vere est, vitæ. Et eadem Heraclides verbis; paululum immutatis, non sensu: Magnæ nomen Romanis notum et usurpatum fuit, et Magnia Urbica Maxentii Augusti, apud Spanhemium in Nummis; et in inscriptione Romana, in villa Feliciæ Pallavicinæ: D. N. Magnia Tyche fecit sibi et karis suis T. Magnio Anyceto et T. Magnio Eutychio, et Q. Tillio Figuliano benemerentibus, et Libertis, Libertabusque, posterisque eorum H. M. D. M. A. (id est: Hinc monumentum dolus malus abesto.) Item T. Claudio Honorato, et

B *Claudiæ Marcellæ amicis fidelissimis vasa obreudaria dua, item olicaria tria introeuntibus parte dextera... ore fecit, et donavit.* Obreudaria corbes, quibus vindemia defertur, apud Lombardos dici solent, et dolia vinaria, seu cupæ. Nominantur in Gruterianis inscriptionibus *Magna Itonia, Magnesia jucunda, Magnesia, Magnia T. L. Methe, Maximiola, Stalis*, et S. Magnilus bis terque commemoratur in Martyrologio Lucano ab eloquentissimo et doctissimo Florentino. A *Magna* vocari potuit *Magnia*, et *Magnisia* et *Magnisilla*, seu *Magnesia* et *Magnisilla* ὀποχοριστικῶς. Οἱ γὰρ ἐρώντες εἰώθασαι 606 τῶν ἐρωμένων ἐρωτικῶς δι' ὀποχορισμῶν καλεῖν, et *Suida* in *εὐρυπλόδιον*. ita Romulus et Augustulus deliciarum causa et blanditiarum, in quibus diminutivum Romani majestas imperii fuit diminuta (*). De diaconissi fuisse in lib. Lexicographo, deque *σεμνοπρεπιστάτης* epitheto. Tractatus iste numeratur secundus in codice Vaticano 1434, unde subsequens decussisset tractatum De monastica exercitatione, ut prima verba indicant etiam. At in codice Barberino ms. compereram post illum, tractatum de virtutibus et vitiis directum ad Agathium, et Peristeriam, ideoque inserui, religio namque nihil fuit ordinem scriptionis in editione non servare. Ἀκτημοσύνην potuissimè vertere cum Cassiano mendacitatem rerum, vel enantiare Latino vocabulo Actemosisynem, sed expressisse concinnius arbitratus sum voluntariam paupertatem, seu nihil possidere.

D Excipit tractatum hunc de paupertate Ἠθικῶς λόγος, καὶ πολυμερῆς, ἐν ᾧ νοουεῖται πνευματικῆς id est *Tractatus moralis, et multifarius, in quo spirituales sunt admonitiones*; et capitibus quatuor absolvitur. Principium est πολυμερῆς, καὶ πολυεπίπεδος πρόκειται. Hoc opusculum est quasi concilio et admonitio.

Erunt qui putent me actum egisse, quia *Ἐπιπέτου ἐγγεγιδίου*, seu *Manualem* librum Epicteti, quasi cramben recoctam intexui Nili opusculis, nec ignoro adjudicari Nilo istam lucubrationem; sed qui præcipitanter tulere sententiam istam, ne qui-

(*) Vide l. 3 C. Theod. *De fid. et jur. hast.* et 47 *Epist. Symmach.* lib. v, *De Magnillo Vicario Africæ.*

dem ex breviculo recitatam, si dispexissent attentius illud opus a Nilo concisum, et interpolatum tam accurate, sicuti præscripsi, Nilo utique jure vindicassent. Nam cum Epicteti liber fusus esset, et copiosus uberiorque, uti compertum habent quicumque illustriissimi doctissimique Stephani Gradii codicem exaratum calamo, et perantiquum, optimæ (si quis alius est) notæ, et aurum contra æstimandum pervolverunt, et cum editis libris compararunt: illum Epicteti Commentariis suis illustravit setum Arrianus Adriani Augusti qui ævo florens παράπλους; conscripsit, et Alexandri Magni Vitam; neque vero libellulum illum, qui passim manibus omnium teritur, quasi veræ Stoicæ philosophiæ succus expressus, utque alchimici loquuntur, Elixir, cujusque principium, τῶν ὄντων τὰ μὲν ἔστιν ἐφ' ἡμῖν, id est *existentium rerum quedam sunt in nobis*, Epictetus ita contexuit, ille (inquam) Epictetus, qui ortus Hierapoli Phrygiæ Epaphrodito Neronis Augusti Liberto serviit Romæ et Domitiani Augusti dominatu offensus, vel ob S. Consultum, quo pulsus fuerunt in patriam philosophi, in eam reversus, in Nicopoli oppido Epiri Novæ habitavit, et permanens ad M. Antonini tempora pervenit, ut affirmant Suidas et Angelus Politianus in epistola præfixa ex A. Gellio et aliis. Epaphroditus autem Neronis Libertus, et a Libellis, et τῶν σωματοφυλάκων, id est corporis custodibus, qui Neronem in consciscenda sibi morte adjuvit, e Suetonio in Nerone, ac Domitiano, et Tacito, lib. xv, *Annal.* condemnatus fuit ideo a Domitiano. Sunt **607** de isto aliisque cognominibus Epaphroditis plurimæ Inscriptiones apud Gruterum. Sanctus Paulus in epist. ad Philippenses, c. 11, v. 25, meminit Epaphroditifratris, et cooperatoris, et commilitonis sui, ipsorum autem apostoli, id est, ut arbitror, episcopi, quem necessarium existimavit mittere ad eosdem, et rursus c. 14, v. 22, accepisse se fatetur ab ipso, quæ illi miserant; et salutatur eos nomine maxime illorum, qui de Cæsaris domo sunt, sanctorum; hanc ad Philippenses Epistolam scriptam fuisse Romæ per Epaphroditum, Theodoretus auctor est. Cardinalis Baronius in Notis ad Martyrol. Rom. die 22 Martii, Epaphroditum episcopum Terracinae censet; ad Petrus de Natalibus lib. vi, c. 100, Hadriæ, sive Andriacæ Ecclesiæ præfectum autumat e Dorotheo abbate in synopsi de 72 discipulis Domini. Ad eum non pertinere crediderim inscriptionem, seu epitaphium, quod in arca marmorea seculerali incisum legi, Θ. Κ. ΑΥΡΗΑΙΩ Ἐπαφροδίτῳ Συμβίῳ ΑΝΤΙΝΙΑ Βαλέτρια ἐθήηε. Erat illud in archiepiscopio Lugdunensi, et inspiciebatur insculpta Ceres in curru, quem trahebant angues, perquirens filiam Proserpinam a Plutone raptam. Sed e semita in viam. Contraxit Epicteti opus vastum Simplicius philosophus hostis Christianorum, sicut amicus olim, multiplicis vir lectionis Theophilus Raynaudus in lib. *De bono regimine* adnotat, ita ut Enchiridion solum esset ad manum, seu Pycta-

ciam, aut Pugio ex his, quæ reliquerat Epictetus, et ampliora ea fuisse convincuntur tum e codice suprascripto, tum e Commentariis Arriani, et liquet ex A. Gellio, et Joanne Stobæo; nec existat in Enchiridio celeberrimum effatum illud, quo tota ejus philosophia continetur, ἀνέχου καὶ ἀπέχου. Verum hactenus desideratur. Nilus autem Ethnicismi nevos et maculas sustulit, pleraque ressecando, atque mutando, plauē aptans opusculum Christiano, quin et monacho accommodavit; quæ turpia, quæ superstitiosa, vel idololatriam sapiebant deleuit, imo et Socratis nomen sustulit; Paulique supposuit Apostoli, atque omnino suam effecit. Itaque sicut illud inter opuscula Nili adinveneram, sic dereliqui, rationemque reddam copiosius in Adnotationibus, ubi de amante Platonis veritatem Theosebio philosopho, qui Antoninianæ lucubrationis de se ipso, seu de Vita sua interpolator, sive excerptor videtur in Ἐγγχειρίδιῳ δευτέρῳ Ἐπικλήτου, quod conscripsit multa e scholiis Epicteti delibans, seu e scholio, agam. Theosebium ab Apamia civitate Asiæ translatum ad Eudoxiopolim, quæ dudum Salembria vocatur, memorat Auxilius, lib. 1 *De ordinationibus a Formoso papa factis*, c. 11; et lib. 11, c. 22, episcopum; et Eudoxiæpolis nuncupabatur Selymbria civitas Thraciæ provinciæ, act. 1 Concilii Chalcedonen. pag. 401. Concilio Constantinopolitano sub Damaso papa anno C. N. 381, subscripsit inter alios Theosebius episcopus Philomeliensis provinciæ Pisidiæ per Bassum presbyterum Lyciæ, p. 240, num. 119 in calce Crabbianæ Editionis; an hic translatus inde sit Eudoxiæpolim **608** non arbitror indagandum; nam discrete translatus ab Apamia enuntiatur, nec an sit Antoniniani opusculi sector, quod principem decet, non minus quam Epicteti Manuale civem. Nilus abbas scribit Theosebio, epist. 15, lib. 11 *De duabus olivis aureis apud Zachariam* c. 14, quas explicat Christianos ex Hebræis et gentibus. Jamdudum equidem aninus est meas eo de opusculo notas evulgare: Suidas meminit illius in Ἐπικλήτος, et Mericus Casaubonus narrat in notis ad Antonini libros.

Subjeci Narrationem monachi Pachon, quæ Latine quidem versa fuit a Gentiano Herveto et Græco sermone, referturque in c. 29 *Historiæ Lausiacæ* Palladii a R. P. Rosweydo, lib. viii *De Vit. Patrum*, qui Evagrio ipsam tribuit, cujus et alias tentationes refert e c. 86 Palladii, et in notis, num. 70 et 133, sed et Græce ibidem legitur, c. nempe 86 Lausiacæ. Quamvis luxuriæ crimen adeo contemnere videatur dæmonum princeps Lucifer, sicut ei aliqui alii diaboli, quia memores antiquæ suæ nobilitatis illud dedignantur, imo nec dæmonum princeps dignatus sit de illo Christum Dominum tentare in deserto, quemadmodum ex magistris retulit sanctus Thomas Aquinas, Theologiæ scholasticæ præstantissimus architectus, lib. 7, c. 21 *De eruditione principum*; concilii tamen perduellio-

nis cæteri maligni spiritus ipsos monachos, et anachoretas, imo quoscunque pie vivendi modum capessere norunt, non alia magis illecebra, quam impudicitia, seu fornicationis decipere, atque ab instituto avertere conantur, meretricium illis bellum intentantes, nec eos solummodo, qui ætatis in flore corporis vigent robore, verum et senio confectos identidem aggrediuntur. Narrat sanctus Augustinus de homine agente octoginta quatuor annos qui religiose cum conjuge religiosa vixerat annos 24, eum emisse ad libidinem sibi Ilystriam, lib. III *Adversus Julianum*, n. 361. Adeo nulla est ætas immunis ab infestis dæmonum circa luxuriam insidiis, quas illi tanto struunt molimine viri undique præcignatis infligere. De divina Providentia, quæ cedere videtur in lucta contra Venerem, et permittit hominem spiritualem ea foedari, ut agnoscat vilitatem suam, Diadochus episcopus Photices in Epiro veteri Ilyrici cap. 99 Sermonum fusius exponens. Quamobrem et istam narrationem monachi Pachon denuo inserere non dubitavi, e qua plane liquet alapa fugari dæmonem, ut apud sanctum Gregorium Magnum in *Dialog.* I. n. c. 50, traditur de sancto Benedicto; et inde, cum sacramentum confirmationis administratur, solet episcopus alapam obsignatis infligere, quasi dæmonem infirmitatis in fide atque pusillanimitatis expellens. Cavendumque semper est a tentatione impudicitiae quantumcunque affecta simus ætate, tardusque sanguis hebescat, et frigeant vires effeto in corpore. Ursinus presbyter in Ecclesia Nursiæ ordinatus, cum longam vitæ impleisset ætatem, jamque moribundus jaceret, conjux ejus Presbytera, quam ut sororem diligebat procul a se remotam, quæque nunquam ad eum accesserat 600 exinde, venit, et resolutos artus aspiciens, ipsoque conclamato, apposuit aurem ad nares, exploratura vitale spiramen an adhuc inesset; tum ille colligens vocem, fugientemque veluti revocans animam exclamavit: Recede a me, mulier, etiamnum vivit igniculus. Refert hæc ipsemet sanctus Greg. lib. IV *Dialogorum* cap. undecimo. Agnoscebat capularis senex veteris flammæ vestigia in semimortua et funerata carne. Episcopi autem colaphum impingunt confirmatis tum suprascripta de causa, tum etiam ut assuescant, qui sacramentum istud suscipiunt, alapis, et tormentis, quæ tyranni consueverant Christum confitentibus inferre, neve ignominia, qua notabantur ab Ethnicis, erubescerent, uti refert episcopus Mimaten. Guillelmus Durandus, lib. VI *Rationalis divinar. officior. f.* 206, col. I. Card. Bellarm. tom. II *contra. I. n. c.* 5, ait quartam ceremoniam in confirmationis sacramento esse, ut confirmatum episcopus manu leviter cadat, quo intelligat se contra ignominiam et verbera pro Christo ferenda præcipue armatum patientia. Addit Durandus, memorizæ id causa fieri, ut obsignatus recorderetur, neve oblitio subreperet; quod Vicecomes, lib. II, c. 12 *Dæ Antiq. Confirmationis Ri-*

ibus adnotat; et ad manus impositionem, apostolorum more revocandam, sicut in novis militibus, Durandus fieri solitum ut percussantur prodit, et in servis qui manumittuntur. Hinc: *pulsata fronte recedit.* Et: *In civem rubuere genæ,* canit Claudianus De consulatu quarto Honorii; nam videbantur asserti, qui confirmabantur, in libertatem. Vicecomes ibidem laudat sanctum Basilium *Exhortat. ad Baptism.* « quin alapam quoque plagam extremam servorum pro liberatione omnis in futurum infamiae, ac probri libenter sustines? » certe Christus Dominus alapis cæsus fuit; et sanctus Paulus scribit II *Cor.* c. II, v. 20: *Sustinetis, si quis in faciem vos cædit; de servis manumissis, qui percussus alapis, Isidor. Hispalen. I. IX Etymol., c. De civibus. Bostius in Topic. Valerius Prob. De notis. Donat. in Adolph. et Hermogenianus. Rhapsimata Justinianus appellat colaphos, quibus liberi cædi, cum emanciparentur, consueverunt, I. ult. c. de emancipationibus, et novella 82. Opinor, quod abdicationis genus quoddam esse videbatur. Cornutus in Persium, servos tradit, quando manumitterentur, cædi percutique solitos alapa, et circumagi, atque confirmabantur ita liberi. Hotomanus in *Commentar. de verb. signific.* Balduinus, in Justiniano putat *ἐπιτιμωτα* ista fuisse ictus vindictæ seu virgulæ prætoris; nam *παλιζεν* significat et *παβδίζεν*. Cujac. lib. V *Observat. Jur.* c. 15. Gothofredus, ad d. Novellam, quæ *Authentic.* collat. 6, tit. 9, inscribitur, *Constitutio, quæ dignitatibus, et episcopatus liberat a patriâ potestate* in v. *alapis*, ubi Glossographus consuetudinem istam alaparum in desponsatione mulierum servari Bononiæ affirmat. Tertullianus, *De spectaculis*, alaparum contumelias dixit, quibus utebantur in manumissione, unde Claudianus felices injurias appellat, Vossius in colapho Etymol. Glossar. I. scripsi 610 narrationem istam monachi Pachon: *Διήγησις τοῦ ἁγίου Νεβλου περὶ Πάχων πόλεμον πορνικὸν πάσχοντος καὶ νικῶντος. Ἐτεροὶ δὲ λέγουσιν εἶναι τοῦ Εὐαγρίου, ὁμοίως δὲ ὁ μετ' αὐτῆς δογματικὸς λόγος. Narratio sancti Nili de Pachon patiente bellum meretricium, et vincente. Alii vero dicunt Evagrii esse, ut pariter et qui post eam sequitur sermo Dogmaticus: erat in ms. Codice titulus τοῦ ἁγίου Evagrii adscriptus, quem delevi, notasque consulendas admonui: incipit Σικέθη, Tomo II *Bibliothecæ Patrum Græco-Latinæ*, p. 1010. Habentur hæc etiam omnia Græce cap. itidem 86, ubi Evagrii Origenistæ, istius scilicet, opera, seu Librum exstare adnotatur lib. v, et laudantur Socrates lib. IV *Hist.* c. 18, Sozomen, lib. VI, c. 50, et Nicephorus Callisti lib. XI, c. 42. Incipit etiam Πάχων τις ὄνοματι περὶ τὰ ἐδομηχοντα ἐλάσας ἐτη ἐκαθίζετο ἐν Ἐξήται, et desinit οὐκ ἔτι ἤγγισεν. Hæc autem Historia Lausiaca a Palladio Galata Helenopolitano (civitas esse Bithyniæ dicitur) episcopo ad Lausum præpositum scripta est, qui Palladius consuetudine suprascripti Evagrii, quem adierat in eremo, Origenis infectis erroribus, Nitriæ triennium**

egit, inde Palæstinam profectus Paulam illismet A
 corrumpere frustra conatus, obuitente sancto Hieronymo, Bithyniam adiit, seque insinuavit sancto Joanni Chrysostomo, a quo anno Christi 400, destinatus ad synodum Constantinopolitanam 22 episcoporum, et inde Romam ad Innocentium primum papam, quo videtur pro Pelagio rediisse anno 417; in Siciliam dicitur antea venisse cum Melania seniore, atque illius comitibus, anno 408, quæ anno 572 Ægyptum adierat cum Rufino Monachum professo: Hierosolymis deinde eum eodem a Didymo cæco errores hauserat Origenis, quos anno 397 Romam tendens, spargere tentavit; unde Palladium vocat mulierosum Isidorus Pelusiota *epist.* 284 lib. n. Iste autem Palladius passim audit apud SS. Hieronymum, et Epiphanium, Origenista, et ad B
 quem exstant sancti Nili epistolæ duæ ad Monachum, nempe 135, lib. II, Allat. in qua eum comparat Jonathæ degustanti mel spirituale, et τελείως κεκαθάρμενον, id est, perfecte purgatum ait. In alia, scilicet 134, affirmat eum ἀναζητεῖν ὑψηλὰς θεωρίας, requirere altas contemplationes, forte cum in monte Nitriæ, atque solitudine moraretur: legitur et lib. III. *epist.* 259, ad Palladium Presbyterum, an eundem? de Deo, qui exoratus dispēdit impias cogitationes, Palladius (inquam) in ea Lausiaca mirificis effert laudibus Evagrii Ponticum et civitate Iberorum, quæ circa Euxinum sita est in Ponto Amasiæ, vel Helenoponti, non in Polemoniaco, natum: hinc sanctus Hieronymus Hyperboritam appellat, Presbyteri filium, lectorem ordinatum a C
 sancto Basilio episcopo Cæsareæ ad Argæum, tum diaconum promotum a sancto Gregorio Nazianz. qui ad concilium Constantinopolitanum accedens anno 381 habitum a 150 episcopis, in eoque confirmatus Constantinop. episcopus, Maximo Cynico deposito, et Spiritus sancti decreta divinitate, juxta volumen Patrum occidentallium, de quo in Canone quinto 611 agit, reliquit Evagrium, commendavitque successori suo Nectario. Hic autem Evagrius discipulus sancti Greg. Nazianz. censetur, lapsus tamen in Origenis sectam ab an. 379, Didymo docente; sed cum Constantinopoli diaconi fungeretur munere, ibi pertentatus ab uxore cujusdam e præfectis, et visu territus cogitur excedere D
 divino impulsu. Melaniam itaque senioremem invisit Hierosolymis versantem, et adhæsit ei; cumque in morbum incidisset, Melania induit eum habitu (ut Palladius asserit) monastico, et dimisit ad montem Nitriæ, ubi per biennium commoratus est; tum abiit in solitudinem, ibique annos quatuordecim in Celliis vixit, insistens jejuniis et orationibus, longamque complevit ætatem: composuit plurimos libros. Οὗτος ἔγραψε διάφορα, καὶ ὑπόμνημα εἰς τὰς Παροιμίας τοῦ Σολομῶντος. Iste scripsit diversa, et Commentarium in Proverbia Salomonis (inquit Suidas) ad virgines Deo sacratas, libellum competentem sexui et religioni, a Rufino presbytero Aquileiensi versum in Latinum, sicut et librum Senten-

tiarum, centum in capitula digestum anachoretis inscriptum; erat enim et ipse Rufinus perinde ac Evagrius monachus (uti superius innui!), item paucas Sententias valde obscuras monachorum cordibus solis cognoscibiles, quas forsitan Commentarium Gnosticum vocat Socrates, *Histor. Eccles.* l. IV c. 18, Palladius, Climacusque memorant; is ad monachos erat directus, dubito ne sint Κεφάλαια γνωστικά Εὐαγρίου μοναχοῦ, quæ numerantur 61, quæque verti e Græco etiam ipse in Latinum, incipiuntque, ὁ Χριστὸς, ἧ μὲν ἐστὶ Χριστὸς, ἔχει τὴν γνῶσιν τῆν οὐσιώδη, etc. *Christus, quo pacto quidem Christus est, habet cognitionem essentialem.* Evagrius certe tribuuntur in Codice Barberino, et in Vaticano 655 desinunt. Τὰ δὲ τρία καθάρξ, ἀνεῖδα δὲ ἀκοσι ὀκτώ. Id est, *Tres vero notitiæ puræ; infirmes vero, seu invisibiles viginti octo.* Sententiæ autem forsitan erant illæ centum, quas mox sub jectio numero 13, 14 et 15, præferuntque titulum κεφαλαίων λγ' κατὰ ἀκολουθίαν: id est, *capitulum 33, per gradus quosdam instar consequentiæ dispositorum, tum νοησιῶν πνευματικῶν κατ' ἀλφάβητον ἕτερον, Spiritualium admonitionum secundum alphabetum, alterum;* computanturque illæ 25. Demum subsequuntur aliæ nempe Sententiæ, aut Admonitiones, ἕτεροι γνῶμαι ἢ νοησιῶται, numeranturque 26. Principium Capitulum est: Ἰκερὸς ἐστὶν ἕξις χειρίστη, id est, *Morbus arquat est habitus pessimus:* initium alterius Alphabeti admonitionum spiritualium sic est conceptum, ἀτοπόν ἐστὶ, id est *absurdum est:* denique incipiunt aliæ sententiæ ἀρχὴ ἀγάπης, id est, *principium charitatis,* continentque Abecedarium amplius, et collectus numerus capitulum 35 et 25 et 26 exsurgit ad 84; quibus si adjeceris 25 νοησιῶτας, sive γνῶμας δογματικὰς κατ' ἀλφάβητον, quæ ab Holsteinio vindicantur omnes Evagrii, et inchoantur: Ἀρχὴ σοφίας, vel σωτηρίας, adnotavit enim vir doctus istas γνῶμας sententias, aut si malis νοησιῶτας, καὶ κεφάλαια, id est *Admonitiones et Capitula Adhortii Opera esse, seu παρανέσεις, id est 612 Evagrii Opera,* ex inscriptione antiquissimi codicis B B. BB. Et quia ejusdem Evagrii nomine passim citantur in Melissa sancti Maximi, et Antonii, etsi Nilo inscribantur in Bibliotheca Veterum Patrum Græco-Latina Parisiis edita anno 1624, nempe viginti tres postremæ simul cum aliis 206, quas ipse omisi, quia vertit eas Zinus suprascriptus Latine, Venetiisque promulgavit anno 1574, et incipiunt, Φόβον ἔχε Θεοῦ, id est, *timorem habe Dei:* et in Parisiensi editione Græce ac Latine simul exstant; Latinitate autem donavi 35 Capitula, Abecedarias alteras admonitiones 25 et 26 sententias, quæ una cum viginti tribus exsurgunt ad 107; possuntque Sententiæ illæ centum esse Evagrii, quas Rufinus Latine vertit, sicut aliæ monachorum cordibus cognoscibiles videntur esse κεφάλαια γνωστικά Evagrii, quantumvis ad oram manuscriptorum codicum Barberini, e quo exscripta sunt, appictum sit ea in codice Vaticano 1434 ἀνεπίγραφα

existere, et esse Nili; ab ipsomet, neque fallor, A Holsteiniis, qui tamen hæc omnia demum Evagrii esse vult. Utat sit, lucubrationes hæc duas Evagrii, quæ ad anachoretas, et monachos pertinent, Rufinus interpretatus est, uti Libellum ad Virgines Deo devotas, quin et Doctrinam aptam vitæ communis cœnobitis, et Synoditis ad Virginem Melaniam ab eodem Evagrio scriptæ, sicut sanctus Hieronymus testatur; insuper librum *De vitis Patrum*, si qua fides Gennadio, et octo libros, quos opposuit Evagrius adversus octo principalium vitiorum suggestiones, quos Gennadius jussus Latine reddidit: præterea Librum, seu Sententiam περί τῆς ἀπαθείας, de impassibilitate, sive imperturbabilitate, qui Pelagianis ansam præbuit, quorum operum septem interpret Latinus fuit Rufinus, ad quem ἡσυχαστῆν scripsit Nilus, uti superius adnotavi, qui Origenis quoque libros Latio dedit, sed infeliciter; nam tanti viri, quo, ubi bene sensit, nemo melius, ubi male, nemo pejus, errores imbibit, et eos tutari dum conatur, lapsus est turpiter. ac gloriæ, quam e versione *Historiæ ecclesiasticæ* Eusebii Cæsariensis, cui duos libros attexuit, totque Voluminum SS. Basilii, Gregorii Nazianzeni, et aliorum sibi construxerat, cumulum diruit hoc lapsu, demortuus in Sicilia; sancto Hieronymo indice, qui eum Scorpionum, et Grunium vocat, et scribit Trinaeriæ humo premi inter Enceladum et Porphyrium, in primum Commentarium ad Ezech. in Præfat. ad Eustochium tom. IV, pag. 330, id est, ad Ætnam. Cardinalis Baronius verisimile putat eo Rufinum cum Melania confugisse, capta Roma ad ann. C. 410. Laudat eum sanctus Paulinus, epist. 9 ad Severum, scribitque ad eundem. epist. 47 et 48. Origenistarum antesignanus fuit habitus, in quem sanctus Hieronymus olim socius et amicus, stylum adeo acerbe stringere coactus est. Dolendum profecto de Didymi, Melaniæ, Palladii, Evagrii, Rufinique casibus, et stellis hæc caducas Ecclesiæ deslere deberemus amarius, nisi suspicaremur ab his non tam proterve, tamque pertinaciter pravas Origenis opiniones fuisse defensas, 613

quantis ut scenæ servirent, ira transversum acti, certandique studio, et calore fuerint, et nomine Pamphili martyris pro eo Apologiam ediderit Eusebius, et Rufinus, qui duas in sanctum Hieronymum invectivas etiam effudit, Sulpit. Sever. dialog. 1, c. 3, et licet absurdæ et insanæ fuerint Origenianæ illæ magantes et philosophia Platonis sententiæ, non tamen omnino damnatæ fuerunt ante Vigilium papam, uti Cassiodorus asserit, et ante quintam synodum in calce can. II, tam diserte, ut Origenes hæreticus censeretur penitus, cum præsertim ejus opera falsata fuisse dicerentur; qua de re Joannes Picus, et Gilbertus Genebrardus consulendi sunt, et recentiores Binetus, Halloixius, et Petrus Daniel Huetius, qui ante triennium Rotomagi duobus tomis quæcunque reperiri potuerunt Origenis scriptiones, Græce Latineque publicavit, et adornavit notis.

Evagrii quidem, et Nili opuscula ita sunt permixta, et inserta, ne dicam confusa in antiquis codicibus calamo exaratis, ut ægre discerni possint, arduumque sit dijudicare ad quem ex his ea spectent librorum errore titulos perperam inscribentium: stylus ipse compressus, et in arctum coiens in capitulis, sentiis, atque brevibus admonitionibus non est satis certus ac tutus index, characterque dictionis nonnunquam etiam fusius exundantis minime arguit, clareque patefacit auctorem, eadem de materia, eadem ætate, in eadem professione disserentem. Ille ipse Socrates, qui vixit eo, quo Nilus et Evagrius florere sæculo, tribuit Evagrio librum *De ascetica vita*, sive asceticum, cum tamen nullus inficietur Nilum ejus auctorem esse. B Evagrio quoque ascribuntur 150 sententiæ, et capita octo adversus octo vitiositates, quæ Latine vertit omnia Gennadius, an Rufinus? non autem liber de Vitis Patrum, in quibus tantum laudatur Evagrius, ut vult Rosweydeus in Lausiacam Palladii, et in prolegomenis ad Vitas Patrum. In confesso autem est omnibus harum 150 sententiarum, sicut et libri adversus octo vitiositates auctorem esse Nilum. Vide cardinalem Baronium in not. ad Martyrologium Romanum, Possevinum illum cum Antiocheno miscentem. Quidquid sit, sive alter ab altero sit mutatus, damnat Evagrius Joannes Climacus, et insipientissimum appellat, et τὸν θεηλάτην, id est, a malo Dei spiritu agitatum grad. 14, p. 203. Sed mox copiosius hæc de mistura tractabo, deque capitibus adversus octo vitia.

C Occurrit enim ἐπιστολὴ δογματικὴ περί τῆς ἁγίας Τριάδος πρὸς τοὺς ἐν πατρίδι μονάζοντας ἡγεῖα Ἐν Κωνσταντινουπόλει μετὰ τοῦ μακαρίου Γρηγορίου Ναζιανζηνῶ ἢ ἐπισκόπου Ναζιανζέου, sive δογματικὸς λόγος, ut legitur in Narrationis Pachon Epigraphæ, incipit, πολλάκις θαύμασα, τί δήποτε πρὸς ὑμᾶς. *Sæpe sæpius admiratus sui, cur tandem ad vos.* Titulus autem editus est et in Latinum versus trajectis aliquantis verbis, et cum tractatus nuncupari debuisset, dictus est *Sermo, sive dogmatica Epistola de sancta Trinitate ad eos, qui 614 monasticam vitam degunt in patria, dum esset Constantinopoli cum beato Gregorio episcopo Nazianzi, seu Nazianzeno*: potuisset dici *dogmaticus, seu digmaticus*, sed retinui lectionem *dogmatici*. Quatuor genera docendi, sive interpretandi sacram Scripturam recensentur: primum est dogmaticum, quasi decretorium, alterum προσταχτικόν, sive imperativum, tertium ὀριστικόν, definiendo nempe, ac determinando; quartum propheticum, denuntiando, atque prædicendo. Διεφοδικόν est etiam docendi, seu scribendi genus id, quo res narrantur perpetuo cursu orationis. Dogma definitur a Psello in oratione 42 sancti Gregorii Nazianzeni p. 939, rei dabitæ, et controversæ post accuratam inquisitionem pronuntiata sententia. Vocantur *dogmata placita sectarum* a sancto Augustino, l. 1, c. 10, *Quæst. Evangelic.*; sic *Dogmata Medicorum* a sancto Hieronymo ad

Paulinum, Aphorismi, et Opiniones, sive Sententiæ; A sic Dogmata philosophorum a Cicerone, et aliis; sic Regulae juris, et juris consultorum. Est et Erotematicum scribendi genus, interrogando scilicet, atque respondendo, quod et Cicero probat in libris De oratore ad Q. Fratrem, et in Partitionibus, seu Dialogicum, unde Dialogista dictus Antoninus A. a Cassio, ut Vulcatus Gallicanus affirmat; sic Definitiones orthodoxæ Fidei, seu Canones, Regulæque, Ecclesiastica Dogmata, de quibus inscriptus est liber Gennadii Massiliensis, ascriptus falso sancto Augustino, et Confessiones fidei, seu Ἐκθέσεις, id est, Expositiones, cujusmodi est illa Justiniani A. quæ inserta fuit l. Inter claras 4, C. De summ. Trinit. et in conciliis œcumenicis, vel particularibus quæcunque symbola, jam usque a Nicæa exstant, memini me olim legisse in Cod. Vat. 1455, p. σλγ', seu 233 manuscr. hæc: Ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Θεοδώρου Ἀναγνώστου Κωνσταντινουπόλεως. Πόσαι αἱ τῆς πίστεως ἐκθέσεις· αὐταὶ μὲν ἐν Κωνσταντινουπόλει τότε ἀνεγνώθησαν, ἡμεῖς δὲ τὸν λαβύρινθον τῶν ἐκθέσεων ὅψε ποτε διανύσαντες τὸν ἀριθμισμόν αὐτῶν συνηγάγομεν· μετὰ γὰρ τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν, ὕστερον ἐν Ἀντιοχείᾳ τοῖς ἔγκαινοις δισπὰς ἐκθέσεις ὑπηγόρευσαν, τρίτη δὲ ἐστὶν ἡ ἐπιδοθεῖσα ὑπὸ τῶν περὶ Νάρκισσον ἐν ταῖς Γαλλίαις τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ. Ἄρτι [τετάρτῃ] δὲ ἡ δι' Εὐδοξίου τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ πεμφθεῖσα. Ἐν δὲ Σιρμίου τρεῖς ὑπηγορεύθησαν ὧν μία ἐν Ἀριμίῳ μετὰ τῆς ὑπατείας. (Εὐσεβίου καὶ Ὑπατίου), legerem e Gothofredo in Chronol. Cod. Theodos. ad annum Christi N. 559. Ἀνεγνώσθη. Ὅργος δὲ ἐστὶν ἡ ἐν Σελευκείᾳ, ἣν οἱ περὶ Ἀκάκιον ἀνεγνώκεισαν, τελευταία δὲ ἦτις ἐν Κωνσταντινουπόλει μετὰ τῆς προσθήκης, ἐκδέδοται. Προσέκειτο γὰρ αὐτῇ μήτε οὐσίαν, μήτε ὑπόστασιν ἐπὶ Θεοῦ λέγειν. Ταύτη καὶ Οὐλφιδας τῶν Γότθων ἐπίσκοπος τότε πρῶτον συνέθετο· τῶν γὰρ ἐμπροσθεν χρόνων, τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ἀσπάζετο ἐπόμενος Θεοφίλῳ ὃς τῶν Γότθων ἐπίσκοπος ὧν τῆ ἐν Νικαίᾳ Συνόδῳ παρὼν καθυπέγραψε. Τσαῦτα μὲν περὶ ταῦτα εἰρήσθω. Quæ Latine ita reddidi: « Ex Ecclesiastica Historia Theodori Lectoris Constantinopolis. Quantæ sint Fidei Expositiones. Istæ quidem Constantinopoli tunc lectæ fuerunt, nos vero Labyrinthum Expositionum tandem aliquando cum perfecissemus, 615 numerum illarum collegimus. Etenim post fidem Nicææ editam, dein Antiochiæ in Encæniis, sive renovata Ecclesia, aut potius excitato Dominico, ex Hieronymo, Socrate, Sozomeno et Athanas. duplices Expositiones suggesserunt. Tertia vero est, quæ tradita fuit ab his, qui cum Narcisso erant in Galliis, et oblata imperatori fuit Constanti. Quarta autem ab Eudoxio missa nuper his, qui erant in Italia; Sirmii vero tres enuntiatæ sunt, quarum una Arimini post consulatum Eusebii, et Hypatii lecta fuit; Octava est, quæ fuit condita Seleuciæ, quam qui cum Acacio erant legerunt. Ultima denique, quæ Constantinopoli cum additione

edita fuit, nam appositum ei fuit, nec essentiam, neque subsistentiam in Deo dicere. Isti Ulphilas Gotthorum episcopus tunc primum consensit, anteriori namque tempore eam, quæ Nicææ fuit stabilita, fidem amplexus est subsequutus Theophilum, qui Gotthorum episcopus Nicæanæ synodo interfuit, subscripsitque. Hæc quidem de ista re dicta sint. » Quæ quandoquidem in Collectaneis ipsius Theodori prolatis in editione Parisiensi 1544 in fol. non reperiuntur, hic libuit intexere. Ea profecto lucem accipient clarissimam ex his, quæ affert Severus Sulpitius in lib. II Sacræ Historiæ, et narrat sanctus Athanasius de Synodis Arimini, et Seleuciæ, ac passim et Historiographi ecclesiastici. Exstant ipsius sancti Athanasii symbolum, quod in ecclesiastico recitatur Officio, et Expositio fidei; diu antea a beato Joanne evangelista sanctus Gregorius Neocæsariensis, a miraculorum copia dictus Thaumaturgus, dilicerat interveniente sanctissima Virgine Dei Genitrice brevem fidei confessionem, in qua asseritur, εἰς Θεὸς Πατὴρ, εἰς Θεὸς ἐκ Θεοῦ σοφία, ἐν Πνεῦμα ἅγιον, p. 11 Operum. Promulgavit is insuper Expositionem fidei adversus Ælianum. Consueverant ad diacrimen hæreticorum catholici episcopi recens electi mittere Chirographum, seu fidei Formulam ad alios episcopos; postea enim pullularunt hæreses tanquam zizania in Evangelii agro cum semente bona lætius germinante: in electionis primordiis episcopi transmittabant sibi mutuo Epistolas, et ad Rom. pontificem, et ad Rom. Ecclesiam, quæ quasi ad centrum lineæ omnium episcoporum eircumferentia totius Orbis terrarum referebantur, vocabant Encyclicas, communicatoriæ s. August. epist. 163, et formatas ex Optat., quarum societate concordabant: professionem Nixæ continebant, seu formulam fidei, uti tesseram pro ecclesiastica unanimitate, atque communione: hujusmodi est epistola Damasi papæ primi ad Paulinum episcopum Antiochenum in tom. Concill. p. 228. edit. Crabb. Theodoret. Hist. Eccles. lib. v, c. 10. Vide Honorem Honorii a me vindicatum; nam et ante consecrationem edebant fidei formulam; et ipse Romanus pontifex reliquorum princeps istum consensum præstabat, seu professionem fidei, quæ legitur in concilio Constantien. sess. 59 editionis Crabbianæ, et in Basileen. sess. 23 et 38. Direxit Francorum regi Childeberto Pelagius papa c. Satagendum, 616 25, q. 1, Philippo itidem Francorum quoque Regi (e Bzovio, et Rubeo) Bonifacius octavus eam, quam tunc ipse recitaverat, dum iniret pontificatum, exstatque ms. in Codice Vaticano 4905. Refert et hanc professionem cardinalis Baronius tomo X Annalium ecclesiasticorum ad ann. 869, e Codice calamo exarato Antonii Augustini, qui eam exscripsit et diurno codice Vaticano 5302. Eam inde laudat, et e Panormia Ivonis Carnotensis, cardinalis Cusanus, seu de Cusa, lib. II De concordantia catholica, p. 745. De illa Crespet. in V. Papæ professio. Professionem fidei Adrianus etiam papa

exhibuerat; abbates quoque atque laici Professiones ediderant, et transmiserunt papæ, ut Gregorius Panzanus episcopus Miletæ. in ms. Dissertatione de obedientia pontifici Maximo exhiberi solita a regibus: recenset ita Flaccus Albinus, sive Alcuinus eam, quam promulgavit R. P. Franciscus Chiffletius, Divione 1656 in 4. Ita Heraclius imperator circa Monothelismum, seu voluntatem unicam Christi; jure damnavit illam Joannes papa in synodo, et in epistola, quam scripsit ad Constantinum A. e Theophane, et Cedreno. Et imperator ausus arcæ Dei manum admovere, instar Ozias, et thuribulo super altare thymiamatis, velut Ozias, misere cruciatus, et percussus interiit, sicut Saul offerre holocaustum et pacifica (*Reg. lib. I c. xvi, et lib. II, cap. vi; et Paralipom. lib. II, cap. xxvi; S. Augustinus, lib. xvii De civitate Dei, cap. 4, et ibi Coquæus*), præsumens, et prophetæ munus, atque sacerdotis usurpans, abjectus fuit a Deo. At multo feliciter exposuit suam Fidem catholicam Justinianus, ut superius observavi. Mittebant pontifices Max. Fidei formulam ad alios episcopos, et ad AA. ut ipsi eam amplecterentur, et sequerentur; at episcopi alii, et AA. ad pontifices Maximos, ut illi eam comprobarent, si sana esset; vel corrigerent si perversa, fuisse Ferrarius in lib. *De Antiq. epistolar. Eccles. gener.*, præsertim lib. II, c. 6. Verum ut revertar ad dogmaticam istam epistolam, vel sermonem, sive tractatum, ἐπιστολή namque dicitur, atque λόγος, crediderim illius auctorem Evagrium, qui ad diaconatum proventus fuit a sancto Gregorio Nazianzeno, ut prædicaret (quod erat munus diaconorum, idque in ordinatione ipsorum hodie quoque illis committitur); neque vero licebat his prædicare nisi fidem, quam profitebantur, tenerent, ut eam populis annuntiarent, quin Episcopum custodiebant concionantem, ne quid ipsi exideret nisi orthodoxum et Fidei regulis consonum; unde Clemens in *Constitutionib. Apostol. lib. II, c. 61*, Episcopum Gubernatori confert, Diaconos nautis. S. Dionysius diaconos purgantes, episcopos perficientes vocat, erantque custodes Levitæ tabernaculi, ut Elias in orationem 1 sancti Gregorii Nazianzeni notat p. 137; quasi oculi episcoporum, Isidor. Pelusiota, epist. 29, lib. I. Non mirum igitur si ejusdem Expositionem, seu Professionem protulerit Evagrius Diaconus, cum præsertim eo tempore synodus haberetur Constantinopoli, consue-

617 verintque diaconi assistere, ac ministrare suis episcopis: ita sanctus Athanasius diaconus Alexandrinæ Ecclesiæ Alexandro episcopo aderat apud Nicænam synodum; teste Severo Sulpitio lib. II *Sacr. Histor.* Et hinc ἀνιστορητά infandi hæresiarchæ deprehenditur, et confutatur, qui sanctum Athanasium Nicænzæ Synodo præfuisse somniat. Legitur tomo I Operum sancti Gregorii Nazianzeni Oratio 45, ad Evagrium monachum, istum forte, dum adhuc diaconatus non fuisset initiatus, interrogantem *De Divinitate*, p. 988. Ad ipsum Evagrium

A opinor scriptam Epistolam 251 lib. I Isidori Pelusiote *De Veste Ludibrii*, ubi Diaconum eum nominat; et forsitan ad ejus patrem, est ipsius sancti Gregorii Nazianzeni epist. 153. Est et inter Opera Nazianzeni de fide Nicæna tractatus, seu Confessio fidei in oratione 50, Rufino Presbytero Latino interprete, p. 1006. Et sunt duæ orationes. nempe 51 et 52, ad Cleodionum presbyterum de Capitibus fidei, quæ conferri possunt cum isto tractatu, seu epistola Evagrii; sicut et oratio 49 de fide, cujus interpres fuit idem Rufinus, p. 997. Amabat autem suos diaconos sanctus Gregorius Nazianzenus, et condiaconos, ut appellat et Eugenium, atque commendat Euthalium epist. 158 et 159. Synodos autem Constantinopoli duas tunc habitas fuisse ad annum a C. N. 381 sagaciter Binus in Notis ad Concilia subodoratus est. Primam, in qua Maximo Cynico intruso depulso e sede Constantinopolitana, Gregorius Nazianzenus, qui administrarat illam, quam regebat jamdudum ab an. 379 (uti testatur ipse Gregorius in *Iambis de Vita sua*, p. 15) delectus fuit: illo (inquam) Maximo, qui in habitu idoli incedebat, id est palliatus, ut erudite Holstenius adnotat, p. 259 in *Collect. Romana* (quæ beneficio splendidissimo eminentiss. cardinalis Barberini bono Ecclesiæ nati feliciter lucem asperit) e Cælestino papa, et Tertullian. et *Act. SS. Perpet. et Felicit.* quibus addam sanctum Augustinum, tract. 7, cap. 1 in Evangelii Joannis Expositione p. 21, ubi novisse se scribit aliquo tempore illius palliati (sic enim legendum est pro pileato utrobique) sacerdotem solere dicere: Et ipse palliatus Christianus est; id est Serapis, cujus idolum pallio amiciebatur: et hoc est, quod in epistola Adriani A. apud Vopiscum enuntiatur, Serapis Christianus.

Fuit synodus secunda, in qua sese abdicante sancto Gregorio Nazianzeno, et episcopis junioribus, qui pertraxerunt ad se alios seniores, subrogatus ei fuit Nectarius, ad quem et ipse sanctus Gregorius dirigit orationem 46, in qua deplorat Ecclesiæ statum ipsumque hortatur, ut hæreses compescat, et hæreticos. Eo sane consilio usus Nectarius cum episcopis 150 (tot enim convenerant, et diversabantur Constantinopoli) Eucherio et Syagrio coss., sive anno a C. N. 381, a mense Maio ad 7 Idus Julius synodum habuit œcumenicam, quoad Orientem (*Chronic. Historic. Cod. Theodosian.*) et Macedonianos potissimum damnans, Spiritus sancti divinitatem inficantes, sarcire conatus est dissidia Ecclesiæ, **618** pacemque conciliare. In Holsteinii quidem Diagrammate chronotactico pontificatus Damasi, quod inter ejus schedas repertum insertum fuit Romanæ Collectioni, p. 301, ad annum 438, locatum concilium œcumenicum Constantinopolitanum habitum mense Maio, Maximi temeritas damnatur. Gregorius episcopatum deponit propter discordiam episcoporum, Meletius Constantinopoli moritur, suffectus Flavianus episcopatum

ejus suscipit vivente Paulino, Gregorii loco Nectarius A eligitur; quæ omnia congeruntur, uti simul facta, et tamen multum temporis intercessit, dum sanctus Gregorius clavum Ecclesiæ tenuit, tentavitque Orientem Occidenti rursus jungere, ac collisas regiones Eoas schismatibus ac hæresibus ad arcem Religionis Romanam Ecclesiam, polaremque stellam reducere; nequidquam tamen: et ideo distinguere duas synodos par est: quamvis in notis p. 260, ad Damasi Epistolam observet, istud concilium Constantinopoli collectum ad substituendum Constantinopoli episcopum Maximi vice, qui fuerat exclusus, fuisse particulare. Quod autem appingit Ecclesiam Romanam nunquam id habuisse pro generali, de primo concederem, sed non de secundo; quod pro generali nominasti videatur, ubi, et in professione fidei Romanor. pontificum. B At manum de tabula: satis hucusque. Interim Evagrio Professionem istam tribui, a quo sanctus Nilus eam excepit, suamque fecisse videtur, dum comprobavit, et monachis suis observandam misit, ut opinor, ideoque Nilo vindicatur. A sancto Gregorio Nazianzeno hausta fuerat, et derivata, ex colloquiis cum eo habitis, uti legitur in Præfatione ad monachos, qui erant in solitudine, quam patriam nominat: nam eremus est patria vera, solumque natale monachorum, ubi mortui mundo, Christoque nati nomen dederunt, et vivunt. Hi vero monachi revocabant ipsum auctorem, qui causam moræ prætendit Gregorii Nazianzeni consuetudinem, ac Doctrinam, monetque illos, ut caveant a Philistæis, Macedonianis nempe, qui Spiritui sancto abjudicabant divinitatem; Hæretici quippe monachos simplices, et plerumque idiotas inficere suis erroribus conabantur. Hinc, licet diu post, queritur sanctus Fulgentius terras Thebaidæ regionis in Ægypto a communione beati Petri ob perfidam dissensionem separatas, uti certior factus fuerat ab Eulalio episcopo Syracusano, cum migrare ac pergere concupisceret ad extremam illius eremum: affirmat hoc Carthaginensis Ecclesiæ diaconus Ferrandus in *Vita sancti Fulgentii*, c. 12, p. 222, ad num. 6 anni 436 Cardin. Baron. p. 650, eas scilicet in solitudines deportati hæresiarchæ decipiebant anachoretas, et illudebant monachis vicinis. Nestorius damnatus, et in exilium missus in Oasi habitare dignoscitur (inquit Liberatus in Breviario Nestorianorum p. 53, tom. II *Concill.* et Socrates apud Cassiodorum, l. XII *Hist. Tripart.* c. 5), sicut dæmonium ab angelo Raphaelae religatum fuerat in deserto superiori Ægypti, Tobix cap. 8, v. 4. Monachos Scythas in 619 Septemtrione, ubi etiamnum Nestoriani degunt, sed Eutychnianos cardinalis idem Baronius memorat tumultuatos etiam adversus patrum antistitem Tomitanum, et turbas etiam excitasse Romæ, ad annum 519, p. 38 et 46. Idem fuse agit de Oasisibus tam majore, quam minore, in Notis ad Martyrologium Romanum die 12 Junii. Insuper et eruditissimus Nicolaus Antonius, lib. *De exsilio* 1, c. 14, n. 14 et sequentibus, ubi et de Gypso. De Scy-

thi eremo passim agitur in *Vitis Patrum*, ubi pinguescebant speciosa deserti, et lætabantur deserta, et in via, et exsultabat solitudo, juxta vaticinium Isaix c. xxxv, v. 4, eam incolentibus undique monachorum examinibus, et anachoretarum turmis. Scythiaca regio, postea Scetis, vel Scitis appellata, ibi mons est Scetis, ubi philosophatus est Arsenius S. R. E. card. (?) de quo 19 Julii in Martyrol. superscripto, et quem accolæ Nitriam vocant, quia vicus quidam ei vicinus est, in quo Nitrum colligitur: ibidem monasteria contigua non pauciora quam 50, quorum monachi simul, vel seorsim habitant, et Nicephor. Callisti c. 38, lib. II *Hist. Eccles.* Anno salutis publicæ septingentesimo quinquagesimo ex responso Zachariæ pontificis Maximi Childericus, aut Hildericus rex Francorum e Merowei stirpe ultimus depositus est, regnoque Francorum abire jussus, et attonsus monastico more retrusus fuit in monasterium sancti Bertini, sive sancti Audomari; et per diversa latibula monasteriorum diversatus, tandem obiit in Sithiensi, an. 754. Jo. Jac. Chifflet. in Anastas. Childerici, in Sithia, seu Sithii; hoc datum fuerat nomen illi cænobio, in quo versabantur monachi persimiles Sithicis Ægyptiis quoad institutum. Apud Godefridum Henschenium Societatis Jesu. Deportabantur quondam Oasim confessores Christiani sub Juliano impio apostata, num. 362, p. 42. Baron. Ibi Calendion catholicus episcopus Antiochen. fuerat relegatus, majestatis accusatus anno 482, Baron. p. 355; at deinde impii, et hæretici, Severiani, Acephalli, et alii jam enumerati: sic monachorum cellæ in speluncas et spelæa latronum versæ sunt. Agamus quod instat, si monuero Evagrium diaconum ordinatum a sancto Gregorio Theologo Nazianzeno, cuius erat discipulus, post ejus discessum a Constantinopolitana urbe, relictum inibi remansissè, ut Nectario successor in sede illius Ecclesiæ ad dogmata disquirenda esset adjumento; sic ad annum 381, cardinalis Baronius observat, p. 448 *Annal.*; nec enim satis illorum peritus erat Nectarius. Desinit iste tractatus in verbis, καὶ ἡ παροιμία φησὶ, et *Proverbium testatur.*

Succedit Nili οὗ διαφέρουσιν τῶν ἐν πόλεσιν οἰκουμένων οἱ ἐν ἐρήμοις ἡσυχάζοντες, Quod excellunt, qui vitam agunt tranquillam desertis in solitudinibus, præ his qui habitant in urbibus; quem titulum ita contraxi: *De præstantia monachorum, seu, quod iis, qui habitant in urbibus præstantiores sint quiescentes, et silentes in eremis, etsi multis in expertis contrarium videatur.* Incipit iste tractatus: Τέχνης μὲν ἀπάσης τὰ τεχνητά, id est, *Artis quidem* 620 *cujusque artificia*: desinit, αἰώνιον, id est *æternum*. Certe Theodosius Magnus A. ut, quicumque sub professione monachi reperiantur, deserta loca, et vastas solitudines sequi, atque habitare illos jusserat, lege data 3 Nov. Septemb. Veronæ Valentiniano A. IV et Neoterio coss., id est

anno C. N. 390, ex card. Baronio, n. 47, 48. Exstat A
 ra in Cod. Theodos. sub nomine imp. p. Valentiniani
 Theodos. et Arcadii AA. ad Tatianum præfectum
 prætorio Orientis. Sed idem Theodosius eam viginti
 post mensibus revocavit, et antiquata priore, mona-
 chis liberos in Oppida largitur ingressus, lege data
 15 Kal. Maii Constantinopoli, Arcad. A. XI et Rufi-
 no coss. sive ann. C. N. 392 ex Baronio, cum quo
 iniquius digladiatur Scholiastes Cod. Theodos. In-
 crepat autem et monastrias εἰς πόλιν φοιτῶσας
 συχῶ Isidorus Pelusiotes, lib. 1, epist. 567. Unde
 Clausuræ initia deprehendere facillimum est: imo
 neque cœnobitæ poterant evagari, c. *quidam* 16,
 q. 1, e can. 23 Concilii Chalcedonen. can. 16
 Concilii Turonen. secundi; in Synopsi Basilicon,
 lib. iv, c. 16, tit. 1; Concil. Meldensis, can. 19;
 Agathensis, can. 38, aut e monasterio exire, extra
 quod monachus est sicut piscis extra aquam, et
 vita caret, teste Papa Eugen. can. *Placuit* 16, q. 1.
 Adde can. 6 Concil. Toletani, edictum Luitprandi
 regis Longobardorum, tit. 22 et 75; atque Theo-
 phili Constantinopolitani imperatoris, in lib. *Jur.*
Oriental.; *constit.* 2 *De monachorum expulsion.*
 Sanctus Benedictus, c. 5 *Regulæ* damnat mona-
 chos Gyrovagos, quos Petrus Damiani miscet cum
 Sarabaitis; et Synesius epist. 67, *Ad Theophilum*
 nuncupat Vacantivos, de quibus superius egimus:
 quibusque possunt adjungi Gallodromi, et Spano-
 dromi, quorum mentio in Vitis Patrum, Circum-
 celliones, Circelliones, et Agonastici apud Donati-
 stas, de quibus S. Augustin. in psalm. cxxxiv,
 p. 556. Uti de Stylitis, seu Cionitis, et Columnariis,
 deque Reclusis, e Gregorio Turonen. lib. vi *Histor.*
Franc. c. 6 et 8; *Deque gloria confessorum*, c. 103,
 ubi non solum Hospitium, sed et Eparchium Julia-
 numque recenset, uti Palladius c. 141 Lausiacæ,
 Eustathium; et Nicephorus Callisti, lib. xiv, c. 51
Eccl. Histor. Simeonem, atque Danielelem: ac Gly-
 cas *Annal.* tom. IV: sed et sanctus Gregorius Ma-
 gnus Secundinum inclusum; quorum vice nunc flo-
 rent Camaldulenses sub Regula sancti Romualdi,
 et Carthusienses ex Instituto sancti Brunonis, de
 quibus Lucas in Romualdina lib. v, c. 6, et Petrus
 Cluniacen. epist. 12, lib. vi, S. Antonin. part. II
Chronic. tit. 15, c. 22, p. 82. Alanus de Rupe in
 Ordinibus Carthusiani Prærogativis, Justinianus A.
 novell. 225 *De div. Eccl. Capitul.*, relata collat. 9,
 tit. *De sanctis episcop.*, mandat sanctissimos epi-
 scopos locorum providere, ut neque monachi, neque
 monachæ circumeant civitates; idemque statuit in
 l. *Generaliter* 40, c. *De episc. et cleric.* quam sub
 Leonis nomine Augusti refert Gratianus c. *Genera-*
liter 16, q. 1.

Quod si veteres poetæ Veneri ascripserunt testu-
 dinem, ut indicarent mulieres domo pedem efferre
 non debere, sed sicut aimal 621 illud,
 οἰχοφύλακας esse, custodes domorum: id vero mona-
 chas, Deique puellas, uti vocant Patres Toletanæ
 synodi primæ, c. 6, jam laudato, quæ se Deo devo-

verunt, in primis decet, juxta Christi Domini verba
 c. xix Matthæi, et secutæ consilium apostoli Pauli,
 c. vii primæ ad Corinth. cum sexus sit fragilis, et
 ne passim vagantes lædant opinionem Ecclesiæ,
 can. 33 Concilii tertii Carthaginensis. Sanctus Hie-
 ronymus ita Eustochium affatur: «Semper te cuti-
 culi tui secreta custodiant, semper Sponsus tecum
 claudatur intrinsecus, etc. Nolo te Sponsum quæ-
 rere per plateas, foris vagantur stultæ virgines.»
 lib. II, epist. 17; et inter munera offerri solita
 velandis virginibus sellam numerat, ut virgo foras
 pedes non moveat, lib. I, epist. 44 ad Marcellam.
 Erant etiam nonnullæ reclusæ, ut Alexandra in
 monumento, Palladio teste, Maria, Thais, et Pela-
 gia in Gellulis. Photius, lib. I *Nomocan.* c. 4, ubi
 Balsamon, tit. 90, c. 1 et can. ult. Concilii Mogun-
 tinen. Patres ævo Arnulphi imperatoris nullam
 monacham, sen Ascetiam a monasterio abstrahi
 patiuntur, imo claustris regulariter constringi
 mandant, et permittitur ingressus pro missis tan-
 tum viris probatæ vitæ, ac ætatis provectæ ad
 monasteria, can. 38 Concil. Epauven. Ita sancta
 Cæsaria usque ad diem transitus non egressa fuit,
 nec ejus sorores, Vitæ sancti Cæsarij Arelatens.
 scriptore narrante. Innocentius IV Pontifex Max.
 epist. 139, anno pontificatus vi, scribit, sanctimo-
 niales quasi vivas in monasterio sepultas, mundo
 mortuas vivere Christo, illisque perpetuam clausu-
 ram indixit Bonifacius VIII, cap. *Periculosæ* ext. *De*
stat. regul. lib. vi, ubi licet Joannes Andreæ notet
 istud capitulum in regno Franciæ non fuisse re-
 ceptum, reges tamen Francorum episcopos admo-
 nent, ut diligenter caveant clausuram sanctimo-
 nialium servari, Codice Henriciano, lib. I, tit. 11
De religio. art. 8 et 9, Brouchel. in *Basilic. Jur.*
Franc. et in *Conferent.* Imperatores etiam Germa-
 nici in Comitibus Augustan., § *Monialibus*, tit. *De*
monaster. et Patres sacri concil. Trident. sess. 25,
 c. 5 *De reformat.* et pontifices Pius V Gregoriiiue
 XIII et XV, parte secunda Bullarii, bulla 8, anno
 1566, et bulla 8, ann. 1572, et bulla 18, ann. 1622.
 Sanctus Carolus Borromæus S. R. E. cardinalis, et
 archiepiscopus Mediolanens. in concil. provincialib.
 lib. vi, tit. *De clausura monial.* n. 59; Canegianus
 archiepiscopus Aquens. in provinciali synodo, an-
 no 1585, tit. *De monialibus*; cardinalis Taurusius,
 archiepiscopus Avenionens. in provinciali quoque
 synodo anno 157, tit. *De sanctimonialib.* de quarum
 variis institutis Petrus Damiani card. Ostiens. c. 9,
 opusc. 50. Verum fel. mem. vigilantissimus et
 integerrimus antistes card. Antonius Barberinus,
 Capuccinorum decus, Senogalliensi in synodo con-
 stitutiones pro monialibus sanxit accuratissimas,
 quæ typis exstant editæ.

Subsequitur τοῦ αὐτοῦ (Νεῖλου) Λόγος πρὸς
 Εὐλόγιον μόναχον, *Ejusdem Nili Tractatus ad Eulo-*
gium monachum, in quo Capitula, seu Sermones
 diversi a me per capita 34 divisi. 622 Incipit,
 Οἱ τὸν οὐράνιον χώρον νεμόμενοι, *Qui caelesti di-*

versantur in loco; et desinit, τὰ δὲ ῥήματά μου ἄτηρησιν σὴ καρδίᾳ. Tu vero mea observato verba in corde tuo, etc. Eulogium autem illum monachum crediderim fuisse, ad quem scribit Isidorus Pelusiotes, lib. 1, epist. 257 *De luce matutina*; 289 *De Cruce*; 312 *De lege*, ubi lector inscribitur, lib. 11, epist. 77 et 85, Presbyter nuncupatur, et 202, denique lib. 111, epist. 184 et 236. Hunc autem, ad quem Nilus dirigit istum librum censerem eundem esse, qui Joannis archiepiscopi, seu sancti Chrysostomi Constantinopolitani patriarchæ discipulus et presbyter fuit, abstinens, atque jejunans; diciturque adisse abbatem Joseph in loco, qui vocatur Panepho, ab incerto auctore, lib. v, *De vit. Patrum*, cujus Latinus interpret est Pelagius, et lib. viii. Atque fortassis idem, qui communicantium mentes dignoscebat, et de quo Rufinus, l. 11, c. 14; Sozomenus, l. vi, c. 28; Cassiodor. *Histor. Tripart.* l. viii, c. 1; Nicephor. l. xi, c. 34. Nec enim ratio temporis patitur, ut sit ille monachus Alexandrinus, e Scholastico, qui ad sanctum Antonium perrexit, de quo Palladius, c. 26 Lausiæ, et Incertus auctor, lib. vii *De vit. Patrum*, cujus interpret fuit Paschasius. Itaque colligitur ex ista inscriptione, Nilum ævo, quo Isidorus, Eulogius, Agathius, Evagrius, et alii vixerunt, floruisse. Ornat certe Eulogium istum insigni Elogio beatus Nilus, dum μύστην τῶν ἀρετῶν nuncupat, qui fuit impulsor, et ἐργοδιώκτης, ut opus istud conscriberet, auctor nimirum, exuta tumida carnis sarcina celebrandus, unde ipsius se commendat suffragiis.

Subjicitur τοῦ αὐτοῦ (Νεῖλου nempe) λόγος πρὸς τὸν αὐτὸν Εὐλόγιον περὶ τὰς ἀντιζήτους τῶν ἀρετῶν κακίας. Ejusdem (Nili scilicet) ad eundem Eulogium circa vitia virtutibus opposita, aut uti legitur in Græco Indice περὶ τῶν ἀντιζήτων τῶν ἀρετῶν κακιῶν, *De vitiis, quæ sunt opposita virtutibus*: incipit, ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι καὶ τὰς ἀντιζήτους, *Necessarium arbitror opposita quoque*, desinit in his verbis θελήματος αὐτοῦ εὐδοξίᾳ, *voluntatis suæ iter facile*: quatuor capitibus absolvitur, et enumerantur vitia novem, totidemque virtutes, deest quid sit ἀφθονία, id est, non invidentia, quid ὑπερηφανία, quid ταπεινότης, seu *superbia*, et *humilitas*; sed hæc suppleri videntur quoad vitia in tractatu sequenti, cui titulus est, Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν ὀκτὼ πνευμάτων τῆς κωνηρίας, *Ejusdem* (Nili nimirum) *De octo spiritibus malitiæ*; et incipit, περὶ τῆς γαστριμαργίας, id est, *de gula*. sive *ingluvie*, ἀρχῆ, καρποφορίας ἀνθος, id est, *principium fructus afferendi flos*; desinit, καὶ πολλὰς ἀρετὰς φαίδρυνεται ταπεινότης ἀνδρός, *et viri humilitas multis respiciet virtutibus*, in capita 19 dissectatur. Exstant quidem orationes octo Latine sancti Nili adversus vitia, tomo V, parte II *Bibliothecæ Patrum* in editione Coloniensi anno 1618. Incip. *Hoc est proficiendi, de gula*, etc. p. 969, col. 1, in fol. Eosdem vertit in Latinum Petrus Franciscus Zinus in editione Veneta in 8, anno 1574.

Item superiorem tractatum *De octo vitiosis cogitationibus*, cujus 623 initium est, *de gula*, p. 975, reperies in eod. quinto tomo; quem alium esse ab octo libris, quos opposuit Evagrius adversus octo principalium vitiorum suggestiones, existimo, et de quo superius egi. Certe bestia, de qua sanctus Joannes scribit c. 17 *Apocalypsis*, septem habuit cornua, et diabolus septem suggerit vitia, quæ criminalia, ut peccata capitalia nominantur, et velut hydra septiceps, his assurgit adversus Deum: principalia etiam vocat Petrus Lombardus, lib. 11 *Sententiarum*, distinction. 44, et enumerat e sancto Gregorio Magno in Exodo, aut potius Ezechiele, imo ex 1111 *Moralium*; et ait e Chrysostomo significata fuisse in septem populis, qui terram promissionis, quam Deus Israeli pollicitus fuerat, detinebant: ex his quasi septem fontibus cunctæ animarum mortiferæ corruptelæ dimanant. Dicuntur capitalia, quia ex his omnia mala oriuntur; et nullum est malum, quod non trahat originem ab aliquo ipsorum. Cupiditas quidem est radix omnium malorum in executione, sicuti superbia initium omnis peccati quoad intentionem; sunt tamen illa septem: inanis gloria, ira, invidia, acedia vel tristitia, avaritia, gastrimargia, seu gula, et luxuria. Fuscissimus et doctiss. Carolus Thomassius clericus regularis, quem veneror ob istas dotes, in Arbore Doctrinæ sancti Thomæ. De acedia Diadochus, episcopus Photices in Epiro veteris Illyrici, qui floruit anno C. N. 390, c. 58. Ipsam dividunt morales theologo in eam, quæ torpor est et tedium bonorum operum, et in illam, quæ pondere quodam aggravat tristitiæ humanum animum, inducens pusillanimitatem et desperationem. Fusæ de vitiis monachorum Petrus cardinalis Damiani, opusc. 2 *De sæculi contemptu*, qui gulam omittit inter capitalia peccata lib. *De horis canonicis*; tamen Horatius, ethnicus et Epicureus septem connumerat hisce versibus, lib. 1, epist. 1, ad *Mæcenatem*:

Fervet avaritia; miseraque cupidine pectus,
deinde:

Invidus, iracundus, iners, vinosus, amator.

At plura Gratianus in Decreto ad c. *Unum orarium* 25 dist., recenset e sancto Augustino homilia de igne purgatorio, seu transitorio, sive sermone 41 de sanctis, et 4 de animabus fidelium defunctorum. Græci modo numerant octo, modo novem, ut in hisce tractatibus perspicitur; unde libenter exclamarem cum rege Psalte, *Delicta quis intelligit* (Psal. xviii, 12.) In editione Coloniensi tractatus iste *De octo vitiosis cogitationibus* exstat Latine cum Præfatione, cujus exordium: *De octo vitiosis cogitationibus, seu affectionibus scribere instituentes*, etc. tum incipit: *Ut frugum principium flos*, etc. valde diversæ sunt periodi; sed scriptor octo vitia exsequitur persimili ordine: præfixum est distichum:

Arva rigat Nilus fluvius, sed pectora sermo
Ex monachi Nili qui fuit ore, rigat.

Qui volet versionem illam consulat, quæ longe abest

a textu Græco 624 codicis Barberini. Forte is, qui veritit, alium codicem diversum nactus erat, vel indulgere amavit ac velificari eloquio suo. Ego quippe cum fide summa transtuli, sicut ejusdem Nili tractatum *De oratione*, seu τοῦ αὐτοῦ λόγον Περὶ τῆς προσευχῆς εἰς ὀγὼν κεφάλαια διεληγμένον, in capitula 153 distinctum. Conversus fuerat in Latinum iste tractatus a Francisco Turriano, et editus Antuerpiæ in lucem apud Plantinum in 12, tum a Margarino Bignæo, et Zino Venetiis 1574; quin et in *Bibliotheca Patrum* Coloniae p. 950. Verum desideratur textus Græcus, et Latine Græceque proemium, quod hic apposui, quodque incipit Πυρρέτωντά με, id est, *Febricitantem me*. Initium autem tractatus, seu capitulum est, Εἰ τις βούλοιοτο, *Si quis voluerit*; clauditur et hoc fine: Εὐρηκας προσευχῆν. *Invenisti orationem*; et in versione mea forte lector agnoscet πιστοτέρας, si non σοφωτέρας φροντιδας δευτέρας; id est, *Fideliores, et sapientiores secundas curas*.

Omissis aliquot opusculis, de quibus mox disseram, subjeci τοῦ αὐτοῦ (Νεῖλου) κεφάλαια κζ' Περὶ διαφορῶν πονηρῶν λογισμῶν, *Ejusdem (Nili nempe) capitula 27 De diversis malignis cogitationibus*: et hic tractatus connecti debuit aliis duobus superius collocatis, et ex his forsitan collegit suam versionem quasi centonem consuens, vel ciunum contexens auctor, aut interpres tractatus *De octo vitiosis cogitationibus* insertus Coloniensi editioni. Certe hi tres tractatus circa eadem versantur, quamvis in manuscripto Barberino interpositus sit tractatus de oratione, mihi religio fuit ordinem Codicis exarati calamo intervertere. Initium est: Τῶν ἀντικειμένων δαιμόνων τῇ πρακτικῇ id est, *E demonibus oppositis activæ vitæ*; et desinit, Οὐ καὶ ῥυσθαιμεν χάριτι τοῦ Χριστοῦ, etc.: *A quo liberemur gratia Christi*, etc.

Addidi τοῦ αὐτοῦ κεφάλαια λγ' κατ' ἀκολουθίαν, id est, *Ejusdem capitula 33, per gradus quosdam disposita consequentiæ*. Incipiunt ea: Ἐκτερός ἐστιν, id est, *Morbis argutus, seu regius est*; terminantur, καταβάλλειν πεπιστευμέναι, *quæ præsumunt ad repellendos*. Ista consecutanea sunt persimilia sancti Eucherii Expositionibus brevissimis sacræ Scripturæ, quæ leguntur in Lirinensi Chronologia relatæ a Vincentio Barrali; allegorice quippe, atque audaciter, et tropologice res explicat sacras, et morbis corporis ægrotudines animorum assimilans explanat eas uti spiritalis medicus Nilus, illis adhibens e Libris sacris deprompta medicamenta. Prætermisi τοῦ αὐτοῦ νοουθεσίας πνευματικὰς κατὰ ἀλφάβητον, quorum exordium, ἀρχὴ σοφίας, καὶ σωτηρίας ἢ σεαυτοῦ κατάγνωσις; id est, *Ejusdem Admonitiones spirituales ordine alphabetico*, quorum initium est, *Principium sapientiæ et salutis est sui accusatio ipsius*; at finis est, Ὁτων καὶ γλώσσης μέγας ὁ κίνδυνος. *Aurium, et linguæ magnum est periculum*; quia editæ sunt Græce atque Latine in Bibliotheca Græco-Latina sanctorum Patrum tomo secundo editionis Parisiens. 1624, fol. 1168, et succe-

dunt aliæ inchoatæ Φόβον ἔχει Θεοῦ, ad 229, computatis istis, quæ numerantur 28 sub titulo Νεῖλου ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος κεφάλαια, 625 ἢ παραλήψεις, id est, *Nili episcopi et martyris capitula, seu exhortatio*. Abundant in codice Barberino istæ beatitudines (vide supra col. 1261, D.).

Arbitror et adjungenda capitulis illis editis in tomo II Bibl. Græco-Latinæ Parisiensi id quod ibi desideratur post cap. 97 et Græce in cod. Barberino reperi. (*Hoc fragmentum posuimus supra col. 1257, ubi locum opportuniorem obtinet.*)

Τοῦ 626 αὐτοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Νεῖλου Παρὰ λεισεὶς πρὸς Μοναχοὺς supponitur, cujus initium, Ἄκρασιαν, id est, *intemperantiam*; finis μὴ δὲ συνεσθῆτε καλῶν, id est, *neque cum eo comedere bonum est*. Tractatus hujus, sive *Institutionis ad monachos* ejusdem sancti Patris nostri Nili principium in Vitis Patrum Heriberti Rosweydi p. 598, nomine laudatur Evagrii; in editione Zini et in Bibliotheca sanctorum Patrum excusa Coloniae sancti Nili abbas cum titulo reperitur p. 968. Eam Evagrio vindicat Holsteinus e manuscripto BB. BB. qui multa deesse capitula observavit supplenda ex ipso Evagrio, quæ in alio codice Bibliothecæ BB. sub Evagrii nomine comperit. Ego vero non dubitavi quin sancto Nilo inseriberem, a quo Evagrium matutatum fuisse crediderim facile, uti φιλῶν τὰ πάντα κοινὰ, sic λόγον δογματικῶν ab Evagrio, imo a S. Gregorio Nazianzeno sumpsit S. Nilus, sed fusius in Vita ipsa S. Nili demonstrabo Nilum in capitula, vitæ spiritalis documenta contraxisse pertissime, ut qui κεφαλιώτου epitheton inde meruerit, et in eremo diutius versatum cum monachis ea diuturno usu calluisse, qui nempe specimen prudentiæ suæ politicæ in præfectura urbis Constantinopolitanæ patriæ suæ cum imperatori, tum popularibus suis præbuerat, etiam in solitudine tam concubitus, quam anachoretis consilia saluberrima subministravit.

Adtexui Τοῦ αὐτοῦ ὁσίον Πατρὸς; ἡμῶν Νεῖλου γνώμας ἀπαγοῦσας τῶν φαρτῶν, καὶ κολλῶσας τὰς ἀφάρτοις τὸν ἄνθρωπον. *Ejusdem sancti Patris nostri Nili sententias abstrahentes a corruptibilibus, et hominem incorruptibilibus agglutinantes*. Hunc quidem titulum Sententiis illis, quas prætermisi, quia jam prostabant editæ Græce ac Latine in Bibliotheca sanctorum Patrum Parisiens. anno 1624, tomo II edit. in fol. pag. 1168, ex Orthodoxygraphiæ in Germania, præfixum ferunt et istæ Sententiæ, sed valde differunt; incipiunt enim, Ὁδὸς εἰς ἀρετὴν ἀγαθὴ, καὶ σύντομος ἡ τοῦ βίου φυγὴ, id est, *Via virtutis bona et concisa est sæcularis vitæ fuga*; desinunt vero ἀπολλομένων, id est, *perennitium*; istæ numerantur 134, illæ vero 229, plus minus; et istæ collatæ fuerunt cum codicibus Vaticanis 655 et 1434: atque illæ præferebant etiam titulum Παρὰ λεισεων, ἢ Κεφαλαίων διαφορῶν, id est, *Admonitionum, seu Capitulorum 627 diversorum*: sæpiusque lucem aspexerunt recusa, Franekeræ Græce itidem ac Latine in 12, anno 1608. Stephanus Schoning et

se traduxisse glorians, et testimonis tum sacris, tum profanis illustrasse, potius ipsa multum Calviniani furfuris inspergens inquinavit.

Coronidem hisce lucubrationibus Niliaci imposui sermonem beati Nili in effatum illud Evangelii quod dicit : *Nunc qui habet sacculum, tollat similiter et peram, et qui non habet, vendat pallium suum, et emat gladium.* Sic autem se habet Græce : Λόγος τοῦ μακαρίου Νελλου εἰς τὸ ρητὸν τοῦ Εὐαγγελίου τὸ φάσκον. Νῦν ὁ ἔχων βαλάντιον ἀράτω ὁμοίως καὶ πήραν, καὶ ὁ μὴ ἔχων, πωλησάτω τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ ἀγορασάτω μάχαιραν. Fuit hic sermo exscriptus e codice Cassinensi manuscripto num. 278, in codice Gregorii Nazianzeni in quarto prope finem. Incipit, Τὸ προκείμενον ρητόν, id est, *Propositum effatum*; terminatur his verbis, Διὰ παντός φυλασσόμενη εὐλάβεια, id est, *Custodiēte pietate perpetuo.*

Sunt et alii sermones Nili, scilicet, duo contracti, seu potius eorum epitomæ in festum Paschatis diem, et tres in Ascensionem Domini, apud Photium in Μυριοβιβλίῳ, seu Βιβλιοθήκῃ codice 206, pagina 855, quos Latine vertit Andreas Schottus Societatis Jesu, mihi etiam in Belgio notus, et conjunctissimus, non humanitate minus, quam humaniorum litterarum peritia commendandus : illæ quando editæ sunt Græce ab Hoeschelio an. 1601 Augustæ Vindelicorum in folio, et Græce, Latineque ab Ilomet Schæto, schollisque auctiores prodierunt anno 1653 Rothomagi quoque in folio; ibi sunt et lecta, seu excerpta e capitibus 155 Tractatus de oratione, de quo superius egi pagina 624, sed numero 201 Photiani Myriobibli tantum titulum, numerumque capitum comperi, licet Photius iudicium ferat postea conferens eum cum Diadochi episcopi Photices definitionibus, et capitibus, cumque Marci monachi Asceticis; at num. 276. Proemia Orationum, seu Sermonum in Paschate; tam primæ, quam tertiæ homiliæ de Christi Ascensione, et aliarum Compendia : neque me cohibere possum quin hic Nicolai Antonii viri nunquam satis laudatū lib. *De exilio*, observationem in hanc tertiam homiliam ascribam. Sanctus Nilus, agens de Enoch et Elia, scribit : Κατέχει γὰρ τοῦτους ὁ Πλάστης ἐν σώματι ψυχαγωγῶν τὴν ἐξόριστον φύσιν, ὃς καὶ μετὰ τὴν ὑπερῆριον φυγὴν πάλιν εἰς, sive τῆς ἀθανασίας, sive τῆς ἀθάνατον, ἐπανάγων πολιτείας. Id est, *Tenet hos Creator in corpore, naturam exsulantem consolans, qui etiam post exilium illam iterum restitutus sit immortalitati, seu post fugam extra fines, immortalitatis statui restitutus sit*; præfertque versionem Schotti, versioni Desiderii Heraldi lib. Adversariorum, qui ψυχαγωγῶν vocem reddiderat *evocans*, cujus sententiæ, Nicolai nempe, ultro subscribo.

Hactenus indicavi Opera S. Nili, quæ in hoc volumen congressi, nunc ea, quæ prætermisi, recensere operæ pretium duxi.

In primis Νελλου μονάζοντος 628 ἐρημίτου Διηγῆ-

ματα εἰς τὴν ἀναίρεσιν τῶν ἐν Σινᾷ καὶ Παρθοῦ ἀγίων Πατέρων εἰς Θεόδουλον τὸν υἱὸν αὐτοῦ. *Nili monachi eremitæ Narrationes, quibus cædes monachorum montis Sinæ, et Rhaitu, et captivitas Theoduli filii describitur*; nam titulum Latinum ita concipit ex Græco, quem aliter inscribit R. Pater Possinus mihi semper laudandus, et in septem distinxit Narrationes. Tum τοῦ ἐν ἀγίοις Πατρὸς ἡμῶν Νελλου τοῦ πρεσβυτέρου εἰς Ἀλβιανὸν λόγος. *Sancti Patris nostri Nili presbyteri, in Albanum Oratio*, Vitam viri sanctissimi describendo et commendando : quæ quidem Opera Græce Latineque conversa cum Parisiis prodierunt an. 1639, in 4, attingere piaculum censeo. Notis quippe vir idem magnus ea illustravit, et quamvis aliquid adjungi posset, lucubrationem tamen, ut Veneris Coæ ab Apelle nondum perfectæ tabulam, ipsi perficiendam absolvendamque suis omnibus numeris relinquo, Plin. lib xxxv, c. 10 et 11, Cicer. et Etruscæ facundiæ pharus Carolus Datus in Vita Apellis p. 97, et in Annotationibus, p. 145, qui vir illustrissimus omnigena plenus est eruditione. Incipit his verbis : Ἀλώμενός ἐγὼ μετὰ τὴν ἐφοδὸν τῶν Βαρβάρων · id est, *Errabundus ego post Barbarorum infestum adventum.* Desinit in hæc, ἤς ἀπολαῦσαι, καὶ νῦν, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι · id est, *qua perfruaris et nunc, et in futuro sæculo.* De ista incursione Barbarica, et quo tempore contigerit illa, fuse in ipsius Nili Vita.

Epistolas etiam Nili non inserui; ipse quippe Possinus eas Græce Latineque publicarat Parisiis 1657, in quarto, cum Notis, imo et Leo Allatius, qui Græciæ filius naturalis, verna, et genuinus, ac ipsius ocellus a me jandium nuncupatus, externisque præferendus videbatur, Romæ typis Barberinis Epistolas anno 1668, in folio promulgavit easdem, sed adauctas et libris tribus distinctas ad 1061; cum variis lectionibus in narrationem cædis monachorum, et Diatriba de Nilis, eorumque scriptis, et sua versione Latina, et unica notula, Indiceque duplici, nominum scilicet eorum ad quos diriguntur Epistolæ, ac initiorum. Inter istas Epistolas Allatianas sunt 53 variis inscriptæ, quæ in codice Barberino sub una continentur, pag. 165, cum hoc titulo, Τοῦ ἀγίου Νελλου ἐπιστολὴ ἔχουσα κεφ. νγ'. *Sancti Nili Epistola habens capita 53.* Incipit : Ἐάν μηδέτις σε διώκῃ τύραννος; Ἐλλην, *Eisi nullus te persequatur tyrannus Gentilis*; quam concisam comperio, et inter Possinianas num. 41, pag. 69, directam ad Pharismanium usque ad στρατιώτης τοῦ Χριστοῦ. Apud Allatium lib. iii, epistola 71, numeratur; Pharismanimo Decembrio, seu Decemprimo, uti corrigo, est inscripta. Contulerat hanc Epistolam capita 53 complectentem Holstenius cum codice Vaticano 655; et continuarat cum aliis, e quibus, quod consequitur caput Epistola est, quæ apud Allat. lib iii, locata fuit num. 295. Incipit, Μὴ κατοκνῶμεν, id est, *Ne versemur negligenter*, inscribitur Didymo lectori, sicut penes Possinum, n. 4. Desinit, εἰς ὧν ὁ νοῦς

καταλάμπεσθαι εἰωθεν, id est, *e quibus mens solet illuminari*; quæ verba desunt in manuscripto Barberino 629 (ad hunc Didymum est ejusdem Nili Epistola quinta Possini, et 244 lib. III Allatii, sed nihil ad rhombum). Succedit caput tertium; inchoatur οὐδεις ταπεινότερος, id est, *nemo demissior*: apud Allatium dirigitur ad Nilum presbyterum, lib. III, epist. 256; et comprehendit εὐχὴν, id est, *orationem*, sicut penes Possinum, epist. 168. Ejus principium βοηθός, quæque quartum caput constituit. At quintum initium habet ἀδύνατον, id est, *impossibile est*; epist. est 280, lib. III Allat. et Possin. 254. Sextum orditur Nilus ita: *Εἰ ὁλωσ ἡμᾶς ἐκλέξασθαι*, id est, *Si nos universim deligere*. Allat. epistolam habet I. III, num. 246, *Δαβουρῶ μονάζοντι*, in ms. legitur ἐκδέξασθαι, id est, *suscipere*. Septimo capite: *Ὅσοι μὴ βούλονται*, id est, *quicumque nolunt*; apud Allatium est epist. 304, sine titulo I. III. Octavum caput, cujus exordium *Εἰ βούλει*, id est, *si velis*, est epist. 60, I. III ad Maurianum monachum, Allatio. Caput nonum, quod incipit *Ἐάν ἡσυχάζωμεν*, id est *si quieverimus*, ad eundem Allatii lib. III, epist. 58. Possinus Marianum inscribit, et epist. 34 et 35: e quibus duabus Allatius consarcinat quatuor, nimirum 58, 59, 60, 61, lib. III. Sunt et Nili aliæ epistolæ ad hunc Maurianum, vel Marianum, vel Marinum apud Possinum 216, 227, 228, 267, et apud Allatium lib. I, num. 185; ubi subdiaconus dicitur, et passim monachus, quin et presbyter. Confundit autem hæc nomina uterque Mauriani, Mariani, et Marini. Capiti decimo respondet Allatii epist. sine titulo lib. III, num. 305, incipit: *Τὸ πρῶως*. Caput undecimum: *Ὅταν δικαιοπραγῶν ἀρθῆς κατὰ τοῦ ἀμαρτήσαντος, ἐκεῖνος εὐθὺς ὄπερ σὲ δεδικαλωται*, id est, *Quando juste operans elatus fueris super eum, qui peccavit, ille confestim super te justificatus fuit*. Quod caput typis editum apud neminem inveni. Duodecimum caput incipit: *Ἀγωνισώμεθα*, id est, *certemus*; estque 297 epistola, lib. III, inscripta Lesbio diacono inter Allatianas, et inter Possinianas 256. Principium capitis decimi tertii: *Οἱ ζῆν εὐσεβῶς*, id est, *qui pie vivere*: ex eo epistola constat 67, lib. III Allatii, ad Paulum archimandritam, et pars Possinianæ 38, Allatii 68. Ibidem Epistola continet caput decimum quartum, incipiens, *ἐν τῇ ὁπομοῆν*, nisi quod in calce manuscripti mei exaratum est pro *ψυχῇ τῇ ἐκζητούσῃ αὐτόν*, in edito *ψυχῇ ἣ ζητήσαι αὐτόν*. Caput decimum quintum inchoatur: *Ὅθεν ὁ ἡμέτερος, novit noster*, sicuti epist. 306, lib. III Allatii sine titulo. At decimum sextum, *Κἂν μὴ ταχέως*, id est, *licet non celeriter*, est epistola 307, etiam sine inscriptione lib. III Allatii. Caput decimum septimum, *Ἡμεῖς αἰτιοί*, id est, *nos causa*, est Possini 258, Theoctisto Diacono, Allatii lib. III, sine titulo 308 uti 409, incipiens: *Ἐάν μὴ τις ὀπίσθηται*, id est, *nisi quis armetur*; at Possini 257 Marciano. Capite 18, comprehenditur, estque Possini epist. 249, Niconi presbytero; at 19, 310, Allat. lib. III, et *βουλόμεθα*, id est,

A si volumus; 20, 311, οὐκ ἐπιλανθάνεται, non obliviscitur. Capiti 21 incipienti, *Νωθρός τις*, id est, *segnis quidam*, cum epistola 60, lib. IV Allatii convenit, quæ Paulo monacho est directa, et in qua sancti Antonii effata recensentur legentis in natura, et in libello semper operum Domini rationes, et ubi *saburræ* vox 630 Græca e Latina enuntiatur, *ἄβουρα*, quasi sabulum vilis, quo naves onerari solent, ut sint stabiliores; e Liv. lib. VII *De bello Punico* quod ab echinis et gruibus homines didicerunt; Plinio; Solino, et aliis testibus. Apes ipsæ vento vehementiori flante volaturæ, *Φέρουσιν λίθους ἐπ' ἑαυτὰς*, *ἔρμα πρὸς τὸ πνεῦμα*, *ferunt lapidem in seipsis*, *stabilimentum, seu saburræ adversus flatum acriorem*, ex Aristotele *De apibus*; nec illud præterit Virgilius, lib. IV *Georgicæ*

et sæpe lapillos
*Ut cymbæ instabiles fluctu jactante saburræ
 Tollunt:*

22 caput incipiens, *Γίνωσκε δτι*, id est, *nosce quod*, ad epistolam Allatii 281 libri III, Alexandro directam referendum; 23, cui est in fronte apictum, *Φίσκες θλίβεσθαι*, id est, *dicis te afflictari*, ad epist. 312, sine titulo lib. III Allatii; at Julio diacono dirigitur apud Possinum epist. 241 caput 24 inchoatur, *Μὴ πτήξῃς πάθος*, id est, *ne horreas perturbationem*, ad epist. 282, lib. III, Julio inscriptam diacono apud Allatium, et apud Possinum epist. 242, regerendum, uti 25, *Εἰ θαυμάζεις*, id est, *si admireris*, ad epistolam Allatii 313, lib. III, sine titulo: 26, cui est exordium *Γνώθι σεαυτόν*, id est, *nosce te ipsum*, ibidem ad epistolam 314, Possin. 245, ad Evagrium: 27, incipiens, *Κατὰ πάντα χρόνον*, id est, *in omni tempore*, ad epist. 283, Euthymio inscriptam episcopo, lib. III Allatii, et apud Possinum 244: 28 incipit, *Κατήγοροι αὐτοί*, id est, *Accusatores ipsi* ad epistolam Possini 245 et Allatii 284, lib. III, refert Eleutherio episcopo inscriptam: 29 inchoatur: *Κυρίως σοφός*, id est, *proprie sapiens*: respondet autem epistolæ 315 Allatii lib. III, sine titulo: 30 initium præfert: *Οἱ πονηροί*, id est, *pravæ cogitationes*, ad epist. 259, Palladio presbytero inscriptam, lib. III Allatii, et 282 Possini. Deest in ms. τὸ ἀγαθὸν Θεῷ, id est, *bono Deo*; at abundat post *εἰρημένον*. Τὸ παρὰ τοῦ ψαλμοῦ πρὸς τὸν Θεὸν ῥηθὲν, *quod a Psalmo dictum ad Deum*: 31, quod exorsum est, *Τὸς ἐπιγνώμογας*, id est, *qui norunt optime*, ad epist. 316, lib. III, Allat. absque titulo refert: 32, cui principium, *Ὅσπερ ὁ καπνός*, id est, *uti fumus*, ad epistolam Allatii 264, lib. III, directam Charitoni. Tricesimum tertium inceptum, *Τὸ μυρμηκολέων*, id est, *myrmeco-leo*, seu *formica leonina*, vel *formicaria leo*; refer ad epistolam Allatii 265, lib. III, inscriptam Jonæ monacho, Possini 489. Hoc animal Bustamantius Complutensis in volumine de animantibus sacræ Scripturæ vult esse genus scarabæi, e Plinio, apud quem non reperi myrmeco-leonem: idcirco Samuel Bochartus lib. VI parte secunda, cap. IV Hierozoici operis falsi arguit,

qui arbitratur ex Agatharchide, cap. 16, leonis esse speciem, et nihil ab aliis differre putat, nisi quod habeat aversa genitalia, nitiurque id probare vel ex Vulgata versione in cap. iv Job, v. 11, ubi rugitus leonis pro myrmeco-leone, ac tigris etiam legitur : tum e Strabone, lib. xvi, leones aversis genitalibus esse in Troglodytica Arabiae, qui μύρμηκες vocantur ; at formicæ simpliciter Æliano, lib. xvii, cap. 42, aversis genitalibus in Babylonia, uti lib. vii, cap. 47, ubi Casaubono non assentitur, cui vox formicarum suspecta. Apud Arabas est leonum species, qui dicuntur **631** hirmis, unde factum μύρμηξ. Sunt et formicæ Indicæ aurum effodientes canum instar seu lyporum, apud Herodotum, lib. iii, e Nearcho, Dalmacho, et Megasthene, non pedibus leoninis, uti visum Solino, cap. 50, in Æthiopia. Videndi Strabo lib. ii et xv ; Arrian. in *Indic*. Plin. l. xi, cap. 50 ; Ælian. lib. iii *Histor.* cap. 4 ; et Heliodor. lib. x *Histor. Æthiopic.* Istæ quidem Indicæ sunt statura canina, sed præferunt speciem formicarum : Thuanus, lib. xiv *Annal.* ad annum 1559. Inter munera regis Persarum ad Solymanum unam fuisse narrat Busbequius epist. 4 *De legatione Turcic.* Forsan a populis Æthiopiæ Marmacibus leones fuerunt nominati, quorum populorum meminit Stephanus Περὶ πόλεων ex Hecataeo : sicut πικρομύρμηξ apud Lucianum ; sed censetur animal fictum, ut hircocervus, tragelaphus, vel chimæra, sphinx, lamia. Septuaginta interpretes in cap. iv Job laudato, vertunt, *Periit leo formicarius, quod non haberet escam.* Sanctus Gregorius ibi lib. v, cap. 15, parvum esse animal myrmecoleonem censet, formicis infestum, quod se sub pulvere abscondit, easque frumenta gostantes interfecit, et interfectas consumit quasi leo devorans, et quasi formica devoratur ab aliis minutis animantibus. Isidoro lib. xii *Origin.* cap. 13, Formicaleo, et Vincentio Bellovacens. lib. xvi *Doctrinal.*, cap. 117, et in Petaviana bibliotheca poetæ Barbaro, num. 1344 ; alii dictum ita opinantur, quia nascitur e formica et leone, animalculo nempe, cui est species leonina. Eustath. in *Hexæmeron* bis memoratur, sancto Hieronymo, sive auctori (si quis alius est) epistolæ ad Præsidium de cereo Paschal. De myrmecoleone Damir Arabs de formicar. speciebus : *D* Ante (ait) leo, formica retro. Ursi formicarii quod edant formicas apud Indos Occidentales, et apud nos nuncupantur, Scaliger in *Cardanum* exercitat. 216 ; Ælian. lib. vi, cap. 3. Ad notitiam myrmecoleonum hucusque tam ex Aldrovando, quam e Bocharto excerpta ista satis sint. Ex hoc tamen addam, Olympiodorum in Job arbitrari non esse id animal (proptereaque Bochartus inter fabulosa recensuit animalia) juxta historiam, sed e compositione vocum effingi ; et Eulogius Alexandrinus, lib. iv in *Novation.* apud Photium in *Bibliotheca*, diabolum exponit allegorice, qui rugit adveniēns uti leo, pudore suffusus discedit quasi formica, peritque, in hominibus non inveniēns escam. Sanctus Augustinus in

Job libro unico : « Quia rapit, et occulte prosequitur frumenta, quæ sublato oculo facit non germinare ; » ubi sanctus doctor oculum accipit pro eo, quod est in arborum surculis, unde ipsæ germinant : sic sumitur apud Catonem, *De re rustica*. Oculus, unde inoculare, in Columella, lib. xi, cap. 2, est oculum unius arboris alteri adhibere, sive aperire, ut in Plinio. Beda in *Jobum* : Leo, quando agit prædam de rebus majoribus in sanctis, formica quando de minimis ; piis formicam, impiis leonem asserit Olympiodorus ; at Nilus in *Catena*, ut Theophylactus, in *Lucam*, quia impellit in graviora nos **632** a parvis initiis, quod patet in superscripta epistola 265, lib. iii Allatii, quæ directa est Jonæ monacho, et numeratur 189 penes Possinum, videturque deprompta e c. 49 Tractatus de Monastica exercitatione, pag. 56. Edidit Patricius Junius Catenam Græcorum Patrum in Jobum collectam a Niceta, eamque reddidit Latine ; Londini lucem aspexit illa ; ibi p. 144, e Nilo hæc proferuntur : Τάχα δὲ καὶ ὁ μέγας Ἰὼβ καθ' ἐαυτὸν φιλοσοφῶν τοιοῦτόν τινα ἀνιττεται. *Forsitan vero et magnus Job ad seipsum philosophans hujusmodi aliquem obscure designat,* etc. Adjunguntur et ista, quæ desunt in manuscripto Barberino Codice, atque in editione mea, p. 57, post ὀπλιζουσαι κατὰ τῆς ψυχῆς, sed illic abundant ταῦτα δὲ οὐχ ὡς τοῦ Ἐλιφαζ οὕτω νοήσαντος (Ἰσ. νοήσαντες) ἐθεωρήσαμεν, ἀλλ' ὡς δυναμένων τῶν ρημάτων καὶ πρὸς ἀλληγορίαν τρέπεσθαι, ὅταν ἡ χρεῖα καλέσῃ· καὶ γὰρ οἱ παλαιότεροι τῇ θεωρίᾳ ἐχρήσαντο, καὶ μυρμηκλέοντα τὸν διάβολον ἐνόησαν, ἐπειδὴ μικρὰ τινα προ[σ]παρασκευάζων ἀμαρτάνειν, καὶ λαθραίως ὑπεισιών, εἰς μέγала τελευτᾶ ἐθίζων καταφρονεῖν, quæ ita Latina veste amicitie contendi. *Ista vero non ut Eliphaz intellexit* (aut secundum aliam lectionem, *intelligentes) dispeximus, verum secundum quam possunt verba in allegoricum sensum converti, quando-cunque usus exegerit ; etenim antiquiores usi sunt speculatione, ac myrmeco-leonem diabolum intellexerunt ; siquidem postquam disposuerit ad peccandum in exiguis quibusdam, clam mox subintrans in magna devolvit assuesaciens ad contemnendum.* Juxta Proverb. cap. xviii, v. 3, *Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.* Itaque ista subnectere visum est : tu catenam illam consule, si Polychronii, qui nomine myrmeco-leonis Jobum ipsum putat indicari, expositionem adhuc requiris. At ne quid nimis. Ad cap. 54, cujus initium est, Πλειστάκις δεηθείς, id est sæpius orans ; refertur epistola 266, lib. iii Allatii, quæ dirigitur Adriano. Ad cap. 35, inchoatum, Καθεύδεις, id est, dormis, epistola 317, lib. iii Allat. absque inscriptione. Ad cap. 36, quod incipit, Οὐ μόνον γαστριμαργεῖν, id est, non solum gula indulgere, epist. 46, lib. iii Allat. directa Gelasio monacho. Possin. 26. Ad cap. 37, Ὁ ἡνιοχος νοῦς, id est, mens auriga, epist. Allat. 268, l. iii. Ad cap. 38, Οὐκ ἔστιν ἀμαρτία, id est, non est peccatum, epist. 99, l. ii Allat. Charitonii

monacho inscripta. Possin. 246. Ad cap. 39, Ἰσως ἀγνοεῖς; *Anne ignoras?* epist. Allat. 318, lib. III, absque titulo. Ad 40 cap. Ἐάν γλῆχη, id est, *si tudeat*, epist. Allat. 286, lib. III, carens epigrapha. Ad cap. 41, Μεγάλην ἢ προσευχή, id est, *magnam oratio*, epist. 319, lib. III Allat. Ad cap. 42, Οὐχ ἀπλῶς, id est, *non simpliciter*, epist. 320, lib. III ejusdem Allat. Ad cap. 43, Μέχρις ἂν σύ, id est, *donec tu*, epist. 272, lib. ejusmet Allat. directa Paulino domestico, Possin. 204. Ad cap. 44, Μὴ ἀποναί-
 νου, id est, *ne subterfuge*, epist. sine titulo 321, lib. III Allat. Ad cap. 49, Ὡσπερ οἱ εἰσπορευόμενοι, id est, *sicut ingredientes*, epist. 322, lib. III Allat. Ad cap. 46, Οὐχ ἔστιν εὐλογον, id est, *non est rationi consentaneum*, epist. Allat. 320, lib. III. Ad cap. 47, Καμάτου χρῆσις, *prævertit te morbus*, epist. Allat. 324, **633** ibidem. Ad cap. 48, Εἰ οἱ ἐχθροί, id est, *si hostes*, epist. quæ Aquilino inscribitur 273, lib. III Allat. at Possin. 209. Ad cap. 49, Πρὶν ἐκείνο τὸ φρικῶδες, id est, *antequam tremendum* epist. 325. Allatiana inibi. Ad cap. 50, Μηδὲν τῶν φαινομένων ἐν τῷ παρόντι, id est, *nihil apparentium in præsentī*, epist. 326, absque inscriptione, lib. III Allat. qui legit ἐν τῷ φαινομένῳ. Ad cap. 51, Οὐδέποτε δαὶ ἀργεῖν, id est, *nunquam oportet otlari*. epist. 164, lib. III Allat. directa Petro monacho, Possin. 118. Ad cap. 52, Τόλμησον, id est, *aude*, Allat. sine titulo epist. 327, lib. III. Ad extremum, quæ in codice Barberino locatur quarto loco, Εὐχή, id est, *oratio*, et constituit caput 53. Ejus exordium est, Βοηθός, id est, *adjutor*, Allatius eam comprehendit in epistola 256, quæ Nilo presbytero dirigitur, lib. III. Simulque consarcinat duo capita illa, sicut et Possinus epist. ad eundem Nilum presbyterum 168, quæ incipit, Οὐδελς ταπεινότερος, quem admodum et Allatiana, uti prænotabam. Non deerunt emunctæ naris homines, et quibus nasus est rhinocerotis, qui damnent meam περιεργίαν, et improbum laborem ut inutilem aversentur in conferendis istis Epistolis; et hujus Epistolæ continuæ quinquaginta tribus capitibus, codicem nactus fuerat Possinus in bibliotheca Medicæa, Epistolarum, quas emisit in lucem anno 1657, Paris. Alium ampliorem Leo Allatius, cum vagas dispersasque, collatis, utut potuit, Romanis voluminibus, fascem in unum coegisset, Romæ Barberinis typis publicavit anno 1668. Sed cum in epist. 60, lib. II, Allatiana, quæ inscribitur Hadriano monacho, reperissem multa desumpta e capite 17 Tractatus de monastica exercitatione, præsertim e periodo incipiente, Et γὰρ ἄνθρωποι βάρβαροι, etc., id est, *Si enim homines Barbari* (sunt enim hæc prima verba capituli ejusdem 17) usque ad hæc, τίς ἐπεισε, quis persuasit? postea cum incidissem in epist. 65 lib. II Allatianam quoque directam Theodoro monacho et apud Possinum 285, inscriptam Theodosio monacho, agnovi eam constare totam ex parte capituli 42 Tractatus illiusmet de monastica exercitatione, ubi hoc effa-

A tum est: Ἄλλως γὰρ ὁ τεχνίτης, καὶ ἄλλως ὁ ἐπισημῶν, seu ἀτεχνος, κρίνει τὰ τῆς τέχνης: *Aliter quippe artifex, et aliter tiro artis nescius dijudicat ea, quæ ad artem spectant*. Denique occurrit mihi Allatiana 246 epistola, lib. II, cujus initium, Πολλοὶ τῶν ἐν θαλάσῃ χειμαζομένων, etc., id est, *Multi eorum, qui tempestate agitantur in pelago*; quæque ad Zenobium legatum dirigitur: ea vero videtur exscripta e capite 64 Tractatus laudati, ubi pag. 72 hæc fuere scripta, Et γὰρ ἐν θαλάσῃ πλεόντες χειμαζόμενοι, id est, *Si namque in mari navigantes procella jactati*, etc. Certe aut aliquis ex istis schedis, vel Epistolis, quæ Nilo nostro pro variis occasionibus subito effusæ, impetu atque calore fluxerunt, et exciderunt ad varios, nulla temporum, sive dignitatum habita ratione, dum vir sanctus zelo abriperetur, ut in Epistolis ad Arcadium imperatorem datis tam penes Allatium 265, lib. II, et lib. III, epist. 279, quam apud Possinum epist. 232 et 233; quin Romano **634** episcopo, Allat. epist. 155. l. II, in qua Novatum a se non recipi nuntiat (nisi fuerit id nomen ejus proprium), aliquis (inquam) e Nili studiosis ex istis Epistolis continuam illam in capita 153 distinctam compegit, nomina eorum, ad quos fuerant exarata, præmittens: aut quispiam exercitamenti gratia dissectam epistolam istam in diversas ad diversa distribuit. Volui ergo specimen aliquod hujus mixturæ, seu dissectionis dare, quæ utque præbere meæ cogitationis lectori, qui pro acrimonia ingenii sui discerneret solertius ista. **C** Isidorus Pelusiota Theodosio imperatori scribit epist. 35, lib. I, *de dispersendis opibus, deque continentia, et mansuetudine*; epist. præterea 311, *de concilio Ephesino*, insuper Cyrillo patriarchæ Alexandrino, seu episcopo, lib. I, epist. 323, 324, 370, 497: et lib. II, epist. 127; et lib. III, epist. 306. Nec Isidorus titulos, aut præfationes honorificas illis exhibet. Ea erat illo sæculo piorum monachorum simplicitas, ea pontificum, et imperatorum moderatio, et nomina nuda epistolis præponebantur more majorum ex Symmacho lib. II, epist. 35, ubi Juretus. Equidem, dum Romana respublica plena integraque libertate fruens efflorescebat, ignoti penitus erant tituli, qui nunc passim usurpantur in sermonibus, atque litteris, adeo ut sæpe illorum controversia maximi momenti negotiorum cursum præpediat; ignotus mos appellandi unum pluram numero: quin illud eruditius quæri consueverat, an in singulis quoque verbis posset fieri solæcismus, ut si unum quis ad se vocans diceret, *Venite*, et observat Quintilianus, lib. II *Instit. orator*. At nunc adulandi lenocinium eo usque processit, ut voces, quibus mentimur dominis, dum singularitatem honore multitudinis decoramus, omittere piculum ducatur, et crimini vertatur, daturque actio ea de re; uti Joannes Sarisberiensis conqueritur in *Polycratico*, lib. III, cap. 10, seu *De nugis curial.*, et pœna infligitur his, qui magistratus non prosequuntur debitis titulis; quod et observavit R. P. Ca-

sar Becillus, Oratorii sodalis, amicus meus, et eruditus, in *Notis ad Vitam sancti Cui papæ*.

Mirari subit, cur ex epistola ad Telemachum, quæ una est, numeraturque 159 apud Possinum, Allatius tres statuatur, nempe 235, 236, 237, lib. III, ex una Possiniana ad Julianum monachum 261, duas Allatianas comperimus lib. III, 229, 230, certe 231 Allatii est integra 262 Possini; sicut 232 Allat. est pura, puta Possiniana 263. Verum 264 Possini in duas Allatii 233 et 234 divisa est et 235 Allatii explet 165 Possini? Cur ea, quæ *De Naas Ammonia Israelitis comminante se ipsorum dextrum oculum effossurum*, cap. 15 Tractatus de monastica exercitatione retulit, in epist. 198, lib. II, ad Numenium Nilus repetit apud Allatium, et apud Possinum 304? Quin alia plura ex opusculis Nili transfusa in Epistolas inveniuntur; aut vice versa ex Epistolis redacta in capitula, et tractatibus inserta? Harum divisionum, et repetitionum, atque ταυτολογίας causas rimari poterit æquus lector.

635 Interim Anastasio episcopo directa epistola de sancto Joanne Chrysostomo, edita Latine in *Bibliotheca Patrum* Coloniz, et apud Zinum, a me fuit prætermissa, quia exstat Græce et Latine penes Allatium, lib. III, epist. 294, et apud Possinum, epist. 254, qui presbyterum tantum nominat Anastasium illum; epistolam etiam non exprimendam typis curavi, Ἰπὸς νεωτέρου μοναχού, ad juniores monachos, sive ad juniorem monachum, de qua superius egi; seu institutionem, ac διδασκαλίαν, quia Græce, sicut et Latine fuit excusa penes Allatium, lib. III, epistola 303; at Latine Coloniz in suprascripta *Bibliotheca Patrum* tomo V, part. II, pag. 972; quin et apud Zinum Venetiis 1574, in *Collectione Operum Nili*, lib. IV, Allatii 61 Olympiodora eparcho, et 62 Heliodoro Silentiaro directæ in secunda Nicæna synodo, actione 4, quas indicaveram præfato Allatio, cum mihi libros Epistolarum, quos prelo commiserat, ostentasset, jamque ad calcem perduxerat: unde postremo loca illas posuit, nec tamen ullum mihi persolvit μῆνυτρον. In *Bibliotheca* tandem Patrum Coloniz legitur fragmentum Nili, de nimis diuturna præfectura. En illud: « Tradunt rerum naturalium observatores gruem triginta dies avium agmen ducere, deinde alteri grui munus idem tradere: qui nunc gregi tuo præstat ambitiosus, imperandique cupidus, ut audio, expleto de more jam anno ministerii sui, non permittit, ut alius regendi munus, curamque suscipiat. Et quid dicemus ad hoc? » Exstat et apud Zinum, pag. 140; sed hoc fragmentum de præfecturæ vicibus, seu canonarchæ munere annuo, epistola est Possini ad Aphthonium diaconum 355 et 244 lib. III Allatii, qui cum inscripsisset illam Aphthonio καθ' ἑαυτὸν, seu abbati, male vertit catechumenum Latine: sicut utrobique fragmentum e quodam tractatu parænetico (uti est verisimile) hisce verbis: « Nanquid Angelos, vel Potestates, vel Christum sensibilibus videre potes,

lupum pro pastore suscipiens, et dæmonas inimicos adorans? Vana gloriæ est mentis erroris initium, qua mens incitata, id quod divinum est, formis et figuris circumscribere conatur. Tu autem ne hanc quidem fraudem ignorare oportet, quod dæmones seipsum in tempore impertiunt, et si visus fueris auxilium petere, sunt deinceps in figuris angelicis innoxii primos expellentes, ut ab ipsis decipiaris, tanquam ipsi sint sancti angeli, dæmones nonnunquam cogitationes suggerunt, et te rursus incitant ad eis male precandum vel eis contradicendum, et sua sponte cedunt, ut fallaris existimans te cœpisse cogitationes vincere, ac terrere dæmonas. Non oportet sacerdotes juste, vel injuste judicare, vel eos examinare, sed et si quis in eis labitur, a Deo judicabitur, et arguetur in hoc, et in futuro sæculo, vel a majori sacerdote. Sacerdos non est, qui pro sacerdotii dignitate non vivit: non oportet offendi propter sacra, quæ celebrantur ab improbo sacerdote; eadem autem est oblatio, etsi habeat vitam impuram is qui offert. **636** Audiendi sunt sacerdotes, et doctores, dum docent, ex divinis scilicet Scripturis, ut Deo placet, et non secundum proprias cupiditates, ut scriptum est; et non judicare ipsos, etsi malam vitam habeant: et in fide si quidem labantur, tunc non oportet credere, sed eos etiam fugere, ac judicare. Deus quidem non omnes ordinat, sed per omnes operatur, ut salvetur populus. Dum assuescunt sacerdotes contemnere, Deum quoque contemniunt, et quemadmodum in periculo versatur, cui secundum mundum nec exercitus, nec dignitas regia commissa est, si ea agat quæ ad regiam dignitatem pertinent; ita et qui, quæ sunt munera sacerdotii aggreditur, etiamsi videatur his longe sapientior. » Ita Pelagius ad annum a Christo nato 555 interpretatus est Græcum auctorem incertum, quem inseruit Rosweydeus libro quinto *Vit. Patrum*. Is libello 2, § 11, hæc ait: « Dixit abbas Nilus: *Imperforabilis manet a sagittis inimici, qui amat quietem; qui autem miscetur multitudini, crebra suscipit vulnera.* » Quæ sancti Nili fragmenta istis sparsa in opusculis, expressa tamen aliis verbis, et vel forsitan ex aliis, quæ aut temporum injuria interciderunt, sive latitant adhuc, luctanturque dum tineis, et blattis; et emergent aliquando tanquam e naufragio reliquæ tabulæ homo cum Deo, si quis scrutari velit, ac investigare, non ambigo quin comperiat, aut saltem sensum. In capite profecto 35, ad Eulogium, de fraudibus insidiantium subdole maligneque dæmonum aliqua persimilia occurrent. Balthazar Corderius societatis Jesu, catenam 65 Patrum Græcorum in Evangelium sancti Lucæ contextam, et latinitate donatam emisit in lucem: hos inter Nili sunt fragmenta cap. 4, num. 25, *De Achab et Elia*, pag. 152; cap. 5, num. 18 *De vana gloria, et lepra*, pag. 160; cap. 7, num. 10, *De voce in Rama, deque filio viduæ*, pag. 209; cap. 9, num. 56, *De vi consuetudinis, deane ingressu templi, et regressu*, pag. 256; cap. 18,

48, rursus *De vana gloria*, pag. 439; *De Bethania*, A cap. 19, num. 48, pag. 492; denique *De resurrectione*, cap. 20, num. 22, pag. 509. Nicetas Hærcleæ metropolitæ in Jobum catenam texuit, quam Junius Patricius e bibliotheca Bodleiana Londini protulit typis anno 1637. An ille David, qui ad annum 858 floruit? Manuscriptum codicem Theclæ Illustris feminae Ægyptiæ et nobilis, circa tempora Nicæni concilii, uti jactabat pseudo-patriarcha Cyrillus Constantinopolitanæ incubans sedi, viventis, secum ille Alexandria devexerat, et ad regem Magnæ Britanniæ miserat. Ego censerem illam fuisse, ad quam scribit sanctus Gregorius Nazianzenus, epistolas 200, 201 et 202. Nicetas (inquam) inibi desumpsit e Nilo pag. 53 et 54, ea, quæ de *Josepho, deque nudatione* in cap. 42 ad *Magnam* brevius ex- B atant; idem e cap. 29, etiam *De monastica exercitiatione* mutuatus est ea quæ leguntur pag. 588 et 590, de *Lucifero dracone, deque aspidibus, seu scutis*; et e cap. 62, quæ de *asino silvestri* 637 pag. 557; at e cap. 49, quæ de *scirpo, et carice*, pag. 144 et 200; sicut et de *semine Babylonico extermiuando*, juxta c. l., v. 16 Jeremiæ, pag. 476: sicut et de *brachio, deque manus osculo* e Levitico, ubi locus paulo aliter legitur, videre licet cap. 14 *De monastica exercitiatione*, et 65 et 66, quæ *De duce et imperatore*, pag. 585. Anastasius Sinaita episcopus Antiochenus florens anno 544, cujus opera Græcæ Latineque Gretserus edidit. in *Quæstionibus*, refert e Nilo monacho ad Agathium monachum, editionis Ingolstadiensis pag. 25, *De oratione in omni loco fundenda*, deque *Cornelio*, et pag. 35 ex ejusdem scriptis ad Eucarpium monachum: nihil tamen a Nilo scriptum fuit, quod sciam, ad Eucarpium, imo nec epistola quidem ad eum ullâ data invenitur, sed ad Pionium illustrium, ita Græci pronuntiabant illustrem, germani amici, et beatissimi Eucarpium filium 34, lib. III Allat.

Facile igitur consentio Gentiano Herveto, qui Maximo in asceticis ea vindicat, in quibus agitur de Salomone, deque Giezi et Juda: subjiciuntur autem hæc Maximi asceticorum excerptis, cum tamen antea Nilus inter sanctum Joannem Chrysostomum, et Nicephorum patriarcham Constantinopolitanum colloceat, pag. 95. Rursus ex libro Nili ad Agathium, sive Agathonem, ubi Hervetus legit *Antiochum, De bonis, quæ dantur indigentibus*. Verum ea inveniuntur in cap. 2, sect. 6, ad Agathium, sive Peristeriæ, pag. 129, in editione ista typis Barberinis excusa: rursum post Diadochum *de perfectione spiritali* penes Anastasium eundem nonnulla proferuntur e sancto Nilo ad Agathium *de mortis terribili mysterio*, ubi comparatur anima excedens e corpore illi, qui amaras ebibat potiones. Verum passim variant lectiones, et phrases, sive illi, qui exscribebant, minus poterant memoria consequi, eademque retinere ac servare verba, intenti sensui plus quam stylo, sive codicibus diversas voces continentibus utebantur; et habet aliquid gra-

vitatis non adeo accurata, et anxia, verbisque adhærens citatio, ut olim ad illustrissimum Augustinum Favoritum scribebam: virum ambidextrum prosa, versaque oratione. Suntque *μνημονικά ἀμαρτήματα*, quasi nævi, qui lumina videntur quandoque, atque delectant, uti Cicero lib. 1, *De natura deorum* observat, cap. 79, tanquam ornamenta e Gellio, cap. 1, lib. XII.

Se insuper scripsisse librum *Περὶ κατανύξεως*, id est, *De compunctione*, seu *contritione* Nilus ipse testatur in epistola 11, lib. III Allat., ad Polychronium diaconum, ad eumque, quin ad eos quoque qui cum ipso morabantur, affirmat, illorumque precibus sese commendat: nullibi vero hujus libri alia mentio exstat.

Sancti Nili Commentaria in Canticum canticorum, item Gregorii Nyaseni, et sancti Maximi, seu *Ἐρμηνεία*, id est, *interpretatio paraphrastica*, cum Pselli *Στοιχείοις πολιτικοῖς ἐξηγητικοῖς*. Exstant edita Parisiis Græcæ ac Latine, tom. II 638 *Bibliotheca Patrum Græco-Latinorum*, anno 1624, eruta e Vaticana, Francisco Zino interprete; sed internosci non potest quid cujusque sit horum trium Patrum. Sunt autem politici Græcorum versus, qui syllabarum numero, non temporum ratione constant, nihil aliud, quam rhythmus, e Josepho Scaligero in Euseb. *Chronic.* pag. 7. Joannes Meursius Lugduni Batavorum publici juris fecit super illud Canticum Commentarios Eusebii, Polychronii, et Pselli, anno 1617. Procopius Gazæus sophista

C Christianus, quem arguit eminentissimus atque doctissimus cardinalis Bellarminus anno C. N. 560 vixisse; at imperium Theodosii primi attingisse opinatur Joannes Curterius, qui Parisiis anno 1580 ejus in Isaiam Commentarios Latine versos evulgavit: Procopius, inquam, cujus in Octateuchum Commentarii Latine lucem aspexerunt Tiguri, Conrado Clauzero interprete, anno 1555; et Joannes Meursius Lugduni Batavorum Scholia Græco-Latina, anno 1620, promulgavit in libros Regum, et Paralipomenon. Scripsit etiam ille Procopius in Proverbia, et Cantica, eaque scripta sibi ostensa Venetiis asserit Curterius. Quin Joannes Bessonius soc. Jesu in Canticum canticorum composuit novas Lucubrationes, quæ prelo Tolosano anno 1646 prodierunt; et in his laudat Nilum, Philonem Carpathium, Theodoretum, et Eclogas Procopii in Cantica, et Proverbia: fertur et in ea scripsisse Origenes. Sanctus Thomas Angelicus ille doctor dum affectaret cælum, ad quod migravit, Cantica canticorum exponens cygnæas effudit voces, et empyreæ melodix tirocinium posuit, supernarumque deliciarum promulsidem libans defecit in terris. Ita Nilus noster meditatus in Psalterium Davidis enarrationes, cum ad patriam celestem anhelaret, ibique jam animo conversaretur, filii Salomonis Canticum interpretatus mihi videtur. Sanctus Thomas in monasterio Fossæ-Novæ Cisterciensis ordinis ad Amasenum Campaniæ fluvium morbo detentus se-

eundam expositionem in Cantica, quæ incipit, *Salomon a Deo inspiratus*, cum fuisset aggressus, absolvere non potuit, morte pium interrumpente conatum præventus, exspiravitque in illis verbis, quæ leguntur in capite septimo, v. 11: *Veni, electe mi, egrediamur in agrum, sive hortum*; ut auctor est Sixtus Senensis, lib. iv *Biblioth. sanctæ*. Eminentissimus cardinalis Franciscus Barberinus abbas, tantique Patris cultor, cum ubique suæ pietatis insignia exserat monumenta, licet ea præmat, et oculatæ auxilii, magnificam erexit aram cum statua marmorea egregie sculpta, et cubiculo adornato addidit inscriptionem, quam e R. P. Frigerio presbytero congregationis Oratorii promptam insero in Vita sancti Thomæ, lib. iv, cap. 2: *Sanctus Thomas ut cantando moreretur, et moriendo cantaret, rogatu monachorum Fossæ-Novæ Cantica canticorum exponens, majori amoris vi, quam morbi, in cælum rapitur*. Plures autem conscriptæ fuerunt variis ab Ecclesiæ doctoribus Canticorum explanationes 639 Latine. Prima tribuitur Cassiodoro, a quo, et a Beda transsumptam alii putant, et vindicant Haymoni episcopo Halberstatensi, qui Alcuini discipulus anno 850 vixit. Ea, cujus exordium est, *Sonet vox tua*, dicitur Ægidii Romani de Columna, doctoris Fundamentalis appellati, opus esse, quamvis a quibusdam, et ab ipso Sixto Senensi ascribatur sancto Thomæ, ideoque suprascriptam aliam Expositionem nuncupet secundam. Mystici et anagogici Patres quamplures in hanc arenam descendentes, in ista Cantica desudarunt, præcipue sanctus Bernardus mellifluus, qui Sermones in ea dictavit, et habuit. Sanctus Gregorius M. in Cantica scripsit: Aponius, Angelomus, Ambrosius, Ausbertus, Honorius Augustodunensis, Anselmus Laudunensis, Rupertus Tuitiensis, et Robertus Holkot, atque alii quos enumerare longum esset, recentiores interpretes sacrorum Bibliorum, plerasque in ea contexerunt Notas, et Commentarios, uti profani auctores in poetas, philosophos, oratores, medicos, legisperitos, Scholia, Commentationes ingentes, Glossas, Explicationes amplas et fusas. Qui successerunt, ex illis excerpterunt Notulas, quas Catenas nuncupabant Græci, at Latini Postillas, et Glossas in Biblia, et quibus Strabus Fuldensis, qui anno 840 continuavit Ordinariam; Anselmus Laudunensis anno 1077, interlinearem; tum Nicolaus Lyranus, et alii. Sanctus etiam Thomas Auream Catenam connexuit in Evangelia quatuor; Auream vere, quæ fuit anno 1637 excusa: Œcumenius, et Olympiodorus, qui post millesimum annum vixisse a quibusdam existimantur, ab aliis ad 900 et 800 retrahuntur, Catenarum auctores perhibentur. Catenam in Job e viginti quatuor Græcis doctoribus Paulus Comitulus soc. Jesu e Græco conversam in Latinum sermonem Lugduni promulgavit anno 1586; at eos inter doctores Nilum nominat, et hæc est, quam Patricius Junius Londini utraque lingua edidit, a me superius

prolata, Nicetæ scilicet Heracleensis. Michael Gisterius clericus regularis tomos tres in Jeremiam congestit, excusos quoque Lugduni 1623. In his Catena Græcorum Patrum ex Vaticana Bibliotheca eruta, et ab Allatio atque Caryophilo Latine reddita, quam antea emiserat in lucem A. Agellius Romæ Græco-Latine, fuit intexta illa cum aliis duabus Catenis. Balthazar Corderius expositionem viginti quatuor Patrum Græcorum in Psalmos publicavit Antuerpiæ anno 1643, tomis tribus digerens eam in Catenam paraphrasim, et Commentarium; ab eodem Symbolæ collatæ, tomis duobus visuntur, e quibus primus in Matthæum Catenam auream exhibet Græcorum Patrum unius et viginti, quos R. P. Possinus Latio donavit, Tolosæque commisit prelo in ambabus linguis anno 1646. Alter tomos, in quo Catena triginta Patrum, quos inter est Nilus, cujus χρῆσις, sive auctoritas refertur cap. 9, pag. 349; *De potestate apostolorum ambulantium super serpentes et scorpiones*: interpretem nacta illa est ipsum 640 Corderium, qui fatetur collectorem fuisse Nicetam episcopum Serrarum: testimonia Patrum non citantur ad verbum, sed collector utitur paraphrase, ut observat pro sua solertia P. Possinus. Catenam attamen, uti torquem pretiosum æstimo aurum contra, e viginti novem Patribus constata, ac potissimum e sancto Joanne Ghrysostomo, in codice qui calamo exaratus est in membrana, promptusque fuit e Bibliotheca Barberina, Græce nitidis satis characteribus, a reverendissimo abbate Morono, qui litterarias meas vigilias ope sua strenua benevole suffulsit, cuique debere multum me ingenue profiteor, exhibitus perhumaniter ille mihi fuit, quemadmodum et alia plurima mihi ab ipso liberaliter agnosco fuisse communicata. Titulum codex hunc præfert in fronte inferiore: Ἑρμηνεῖαι τῶν πράξεων τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ τῶν Καθολικῶν Ἐπιστολῶν Ἰακώβου α', Πέτρου α' καὶ β', Ἰωάννου α', β' καὶ γ', τοῦδα, id est, *Interpretationes Actuum sanctorum apostolorum, et Catholicarum Epistolarum Jacobi I, Petri I et II, Joannis I, II et III, Judæ*. Inibi referuntur auctoritates sancti Maximi, qui anno 650 floruit, laudanturque illius Ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις, necnon Joannis Damasceni, qui anno 731 floruit, liber Περὶ τῆς ἐνδόσεως τῆς Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης; id est, *De traditione Veteris et Novi Testamenti*; ideoque non miror, si sæpius et pro β usurpetur in scriptura, neotericorum Græcorum pro more. Sed qui factum est, ut dum Indicem operum sancti Nili conficere tento, aliorum opera commentariosque tam prolixè percenseam? et pene Gesneri; Simleri, Draudii, seu potius Possevini, aliorumque bibliographorum evadam æmulus. Excusabit verbum senem candidus lector, quem Catenarum nexus illigabat. quemque detinuit ἄσμα τῶν ἁσμάτων, Canticum nempe canticorum; flagrat etenim ac langueat iste desiderio illud cum tot

sanctis Patribus, tandem aliquando, miserante et dante Christo Domino, cui uni Deo cum Patre ac Spiritu sancto sit honor et gloria semper, concinendi.

Subsequuntur libri tres Adnotationum in Opera sancti Nili abbatis.

(1) Ex tribus libris hic memoratis unus tantum desunt. EDIT. PATR.

Primus chronologicus, in quo patria, et res gestæ, ac obitus sancti Nili.

Secundus, lexicographus vocum variarum.

Tertius exegeticus, et criticus in pleraque loca insigniora, et variarum lectionum (1).

comperet, *Liber chronologicus* : posteriores duo

LIBER CHRONOLOGICUS DE VITA SANCTI NILI ABBATIS

SEU

PATRIA, RES GESTÆ, OBITUS.

641 E ruinis Byzantii, quod a Byzante rege Spartanorum nominatum et conditum, vel a Pausania constructam, a Severo Augusto, quia Nigro adhæserat, dirutum, a Constantino Augusto instauratum decoratumque nomine Constantinopolis, melioribus Deo propitio auspiciis, quam Roma vetus, ut auctor est Justinianus l. i *C. de vet. jur. evulsand.*, § *Novimus*, authent. *de Nupt.*, Christo scilicet, atque beatissimæ Virgini ejus Matri consecrata (e Zonar. tom. iii *Χρονικ.*), surrexit in Thracia illa regia urbs, et orbis dominatrix, atque nova Roma; *c. Constantinopolitana* 22, dist. urbs sacratissima, et augustissima; l. cum *Navarchum*, Cod. *de Navicular.*, lib. ii, exornata ædificiis amplissimis, et monumentis; amphitheatro, portu, muris, basilicis, bibliothecis, horreis, et ecclesiis, aquæductibus, porticibus, thermis, balneis, aliisque operibus publicis atque privatis fuit tam a conditore Constantino, quam ab aliis ejus successoribus, plurimis insuper donata et ditata privilegiis. Nam imperii sedem transtulit in eam Constantinus, et cives ex antiqua Roma, illustravitque ipsam senatu, et senatoribus inde illum consecutis ædes excitavit, sibi vero palatium, et Libanio, Sozomeno, et auctore Chronici Alexandrini, ac Zosimo, lib. ii, et ad frequentandum senatum vicinis e diocæsesibus senatores compulit, et illexit, uti deinde Valentinianus, Theodosius, et Arcadius, e Macedonica, l. iii, C. Theodos. *De senatorib.* Episcopum Constantinopolitanum prærogativis auctum nemo ignorat l. xlv, C. eod. *De episcop.*, sicut urbi frequentandæ, civibus, qui domos haberent immunitates, annonæque concessæ sunt. Denique præfectum urbi anno C. N. 359 (nam urbs Constantinopolis constructi cepit die 26 Novembris anno 328. Cedrenusque id asserit, et Julianus ipse Aug. at die 14

Maii seu v Idus Maias dedicata fuit anno 330; isque dies censetur ejus natalitius, et feriatas. l. u C. illomet *De feriis*. Constantius A. Constantini filius instituit, studueruntque certatim, qui residebant illic imperatores, eam Romæ veteri exæquare. Nilus illic natus est (uti Nicephorus, lib. xiv, cap. 14 *Ecclesiasticæ historiæ* prodit) nobili genere; nam propter egregiam nobilitatem generis ad præfecturam evectus fuit urbis Constantinopolitanæ patriæ suæ; potentia quoque ac opibus affuebat, et fortassis ejus parentes oriundi erant ex Ægypto, indeque migrarant Constantinopolim, et senatoriam

642 adepti dignitatem, ibi prolem istam genuerant quæ Nili nomine ideo fuit insignita. Nilus certe noster, uti sanctus Athanasius in *Ἐρολογίῳ* Græcorum, Νεῖλαυ χρυσοπρόβω comparari potest: fuit quidem Nilus fluviorum orbis terrarum maximus, si credimus A. Gellio, l. x *Noct. Attic. e. 7*, et celeberrimus, quem Græci dictum putant ἀπὸ τῆς νέας λίμης, id est, a novo limo; nam effuse stagnans, ac inundans quotannis irrigat Ægyptum, ejusque super sata novum inducit limum; utque canit Virgilius; 4 *Georgic.*

Et viridem Ægyptum nigra secundas arena.

Certe ΝΕΙΛΑΟΣ sex litteris constat; N significat numerum quinquagenarium; E, quintum; I, decimum; A, tricesimum; O, septuagesimum; Σ, ducentissimum; conficiuntque illa elementa numerum 365, quot nimirum lucas habet annus absolutus, c. ii Genesis, v. 13, et Ecclesiastici, c. xxiv, v. 35 et 37. Nilum Geon nuncupatum censent, seu Gehon sancti Epiphanius, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Theodoretus, Eucherius, Isidorus, Joannes Damascenus, Rabanus, Rupertus, et alii, quos citant, et sequuntur Conimbricenses, tract. 9 in *Meteor.*, c. 10; Ribera in *Amos*, c. vii, num. 44; cardinalis

Kllarmin. De gratia primi hominis, cap. 12, pro-
 pecto Septuaginta in c. 11, v. 18, Jeremiae vertunt
 Jeon Nilum, ubi vulgata versio, *flumen*. Etenim
 Jehon secundum ex quatuor fluminibus e paradiso
 errestri promanantibus Hebraice scribitur יְהוֹן
 quod Paginus ex characterum Hebraicorum vi ex-
 primit Latine *Ghichon*, Genesis loco laudato: de-
 ducitur autem ab Hebraica radice גַּחַח *gavach*,
 quod est erumpere, et cum impetu emanare. Alii
 deducunt גַּחַח *Gachan*, quod significat actum
 reptilium gradientium super pectus, ac ventrem,
 sequē trahentium in similitudinem fluvii. (Quare
 nonnulli interpretantur Gehon *pectus*, seu ventrem;
 Græci scriptores γῶν, non quod alludant ad γῆν,
 seu γαλα, scilicet terram, quod Græci poterant
 opinari, propter limum, et ad vocem Hebraicam
 exprimendam, sicut etiam facit Latinus interpres,
 qui non legit יְהוֹן cum vocali i longa, scilicet
chiric gadol in prima littera, sed יְהוֹן
 cum vocali *tsere*, seu *e* longa, in quo tam Græci,
 quam Latini distinguunt flumen hoc magnum ab
 alio flumine parvo juxta Jerusalem, quod ita scri-
 bitur a modernis Rabbinis יְהוֹן *Ghichon*. Fit men-
 tio illius l. III Regum, c. 1, v. 33, ubi Latinus
 interpres appellat illud *Gihon*, et Græci similiter
 Γεῶν, qui fluvius alio nomine vocatur Siloe; unde
 Chaldaeus interpres habet אֲרִי־לֹחַ *Sciloha*; cu-
 jus exstat mentio apud Joannem, c. ix, v. 7, ubi
 etiam interpretatur *missus*. Flumina enim sæpe
 habent plura nomina, veluti mare Rubrum, quod
 Hebraice dicitur אֲדָמָה *Jam Suph*, id est mare
 Caricis a multitudine caricum, et Græce Ἐρυθ-
 ρατὸν, Erythræum, vel a rege Erythra, vel ab
 arenis rubris. Et hoc ipsum Gehon, de quo loqui-
 mur, flumen paradisi a multis, gravissimisque au-
 ctoribus etiam Nilus appellatur, vel a rege Nilo, vel
 quod assidue secum trahat 643 νέαν ἰὺν, id est,
novum limum, uti præfatus sum: sed de hoc modo
 non disputat R. P. Ludovicus Maraccius Lucen-
 sis e congregatione clericorum regularium Matris
 Dei, a quo hæc hausi, vir complurium linguarum
 peritissimus, et vere pius ac religiosus. Et de Nilo
 satis superque Leo Allatius in sua Diatriba, rege
 nempe, a quo Nilus fluvium traxisse vult nomen,
 quem Oceanum, Aquilam, Melani, Ægyptum, Tri-
 tonem, tandemque Nilum e Plutarcho in libro *De*
fluminibus tradit, appellatum; et ex Eustathii Scho-
 liis in Dionysii Afri Περὶ ἧρῶν, sed quod eum Gar-
 mathones Ægypti reginæ virum, sive filium aiunt,
 asserentem illum fuisse Thermitidis filiz Phrao-
 nis regis Ægypti virum; sic etenim vocant filiam
 regis Josephus in *Antiquitatibus Judaicis*. et S. Epipha-
 nius hæres. 78. apud Sallianum in *Annalibus*. ab orbe
 condito ad annum mundi 2464, n. 14; quam alii,
 nempe Eusebius lib. ix *De præparat. evangelica*,
 cap. 4, *Merrin*, et auctor chronici Alexandrini
Merrhin appellant; erat autem sterilis, sicut le-
 gitur ibidem. (Suadet hanc meam assertionem

A Garmathones et Thermitidis synonymia). Quod
 vero quidam scribant *Gehon*, aliqui *Gihon*, alii
Ghichon, nonnulli aliter; inde provenit, quod cha-
 racteres Hebraicos non omnes iisdem caracte-
 ribus Latinis exprimant, et etiam quod non om-
 nes cum iisdem punctis legant, id quod in plerisque
 aliis Hebraicis nominibus, quæ Latinis caracteri-
 bus expressa sunt, videmus contingere. Nec ullo
 modo dici potest *Gehon* Hebraice *Nilum* Græce
 reddendum, cum sunt hæc duo nomina diversa
 omnino significationis, licet applicentur eidem flu-
 mini, ut jam dictum est; et hoc accidit in Albulâ,
 et Tiberi, in Eridano, et Pado, et cæteris. Ita etiam
 homines sæpe nuncupantur, duobus nominibus, ut
 Israel et Jacob, Simon et Petrus, et reliqui, et ta-
 B men nonnisi inepte diceremus unum nomen inter-
 pretari alterum, sicut Joseph est *Crescens*, Judas
Confessio, Jacob *Supplantator*; quorum alterum
 nomen est interpretatio alterius. Abyssini quidem
 vocant Nilum hodie Gujion, teste Francisco Alvarez
Hist. Æthiopicæ, cap. 122; apud Cornelium a La-
 pide in c. 11 Genes. laudatum, ubi respondet plu-
 res fluvios Geon nominari lib. III Reg. c. 1, v. 33,
 et Paralipom., xxxii, v. 30: et concludit, Tigrim
 et Euphratem coire, ac rursus dividi, et in duos
 ita divisos nomina submutare, Phasimque vocitari,
 seu Phasitigrim, unum circumcundo terram Hevi-
 lath, et hunc esse Phison; alterum, nominatum
 Geon, Arabiam desertam, circa quam et Æthiopia
 est, circumfluere, ambosque in sinum Persicam
 C delabi, atque ad illum confluentem, sive insulam
 Teredon fuisse terrestrem paradisum e Pererio,
 Oleastro, Eugubio, Vatablo, et Jansenio in c. 143
Concordiæ evangelicæ, Gerardo Mercatore, ac Abra-
 hamo Ortelio *De Nili fontibus, et causis inundatio-
 nis*; Seneca, lib. iv *Natur. quæst.* 1 et 2; Plin.,
 lib. v, cap. 9 *Natur. hist.* et librum Gallice cõn-
 scripsit archiater eruditissimus D. de la Chambre.
 Nomen Nili forte fuit impositum Nilo abbati, vel
 ominis causa 644, quia eloquio suo inundaturus
 erat aulam imperatoriam, suisque monitis et præcep-
 tis, posteaquam ab ea recessit, et ad castra cœ-
 lestis Regis regum transivit, ipsius servos, et mona-
 chos, fidelesque omnes, et speciosa deserti fecun-
 daturus, et impinguaturus. Omnia in hoc orbe
 D terrarum sublunari volubilia sunt atque mutabilia,
 sicut et luna variat, atque mutatur, nomina præ-
 sertim regionum, et fluminum, sicut et ipsi situs,
 atque cursus induunt novas facies: quibusdam flu-
 minibus nomina indita fuerunt ab hominibus de-
 mersis, aut ab alio casu, ut indicatum fuit: ho-
 mines ipsi quoque a fluminibus ea mutuati sunt,
 Potamius, Euphrates, Tygrinus, Rhodanius, et Ni-
 lus. Ego vero in eam facile sententiam adducor,
 ut eum a parentibus Christianis progenitum cre-
 dam, qui nomen Nili, quando sacris ablutus fuit
 aquis, filio suo dederunt, ut Pansophii martyris
 Alexandrini sub Augustali præside passi, marty-
 riiq; laurea coronati (cum Decius imperator in

Christianos persecutionem movisset, et eos, quam late Romanum patebat imperium crudeliter insectaretur), patrem Nilum proconsulem imitari posset, pietate, ac virtute, quin et filium Pansophium opum despicientia, secessuque in solitudinem, et invicta constantia exæquaret; cujus certamen gloriosum, et victoriam Græca Mænæa concelebrant die 15 Januarii, et vox illa insonat fidelium auri- bus æternum memoranda: *Pansophium amplius cædite* (impostores), *sic enim illi plures plectetis corollas*, imo potius episcopum Ægyptium Nilum, de quo Eusebius, lib. viii, cap. 21, agit, quique apud Palæstinam incendio concrematus fuit, Diocletiano furente adversus nomen Christianum, dum præfectus provinciæ de Christianorum successibus felicissimis Diocletianum certiorum fecisset, cujus mandato, is qui metallis eruendis operam dabat, Nilum cum tribus aliis, Peleo s cillicet iidem episcopo Ægyptio, et Elia presbytero, atque studiosissimo Patermuthio, seu Patre Mutio, ad illam qui præerat exercitiis ablegavit, aliis in Cyprum, aliis in Libanum deportatis. At iste dux copiarum Nilum cum comitibus addixit igni, quem tamen athletæ Christi, cum major esset iutus vis, et ardor amoris erga verum Deum, sanguine suo generose occumbentes exstinxerunt; ut e Nicephoro ac e Menologio Græco Canisii colligitur 27 die Septemb., et e Florentin. Martyrol. Lucensi 19 Sept. Istius Nili martyris et episc. corpus requiescere Romæ in Sancto-Sixto via Appia ad infirmam Piscinam in Valle oppositam Thermis Antonini, docet inscriptio apud Martinellum, p. 306 *Romæ sacræ*, cum aliis compluribus. Initiatus ergo Christo, et a parentibus educatus honorifice, nec minus moribus quam litteris imbutus, ingenii cultum cœpit: nam Constantinopoli florebat optimæ artes, vige- bant studia, professoresque clarissimi non gram- maticam duntaxat et rhetoricam, sed ingenuas omnes disciplinas, medicinam, jurisprudentiam philosophiamque docebant in Capitolio. L. iii, *De medic. et professor.* Cod. 645 Theod. et tit. *De studiis liberalibus urbis Romæ, et Constantinop.* Ac præsertim l. iii ubi Theodosius I et Valentinianus Cæss. in auditorio Capitolii oratores tres numero, quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, statuunt; decem vero grammaticos. In his etiam, qui facun- dia Græcitatæ pollere noscuntur quinque numero sint sophistæ, et grammatici æque decem; et quoniam non his artibus tantum adolescentiam glo- riosam optant institui, profundioris quoque scientiæ atque doctrinæ memoratis magistris sociant auctores. Unum igitur adjungi cæteris volunt, qui philosophiæ arcaua rimetur; duos quoque qui juris ac legum formulas pandant. Erat quippe Capitolium Constantinopoli, sicut Romæ, in eoque porticus, in porticibus, exedræ, atque cellulæ, ac auditoria, in quibus professores juventutem infor- mabant, ut ex his legibus liquet, et l. ult. *De ove-*

rib. publicæ. eodem Codice. Bibliothecæ quoque pu- bliçæ visebantur, et bibliothecarii; e quibus illa nobilissima Basilisci sub imperio conflagravit, cujus meminere Themistius, orat. 13, Zonaras et Cedrenus. Sub Theodosio isto juniore Aug. recensentur lib. 1 *De profess. grammatici Græci* Heli- dius, et Syrianus; Latinus, Theophilus; sophis- tæ Martinus et Maximus; jurisperitus, Leontius. Erant antiquarii, et custodes bibliothecæ ad codi- ces componendos, vel pro vetustate reparandos sub Valentiniano, Valente, ac Gratiano, l. n *De stud. liberal.* eod. Cod., quatuor Græci, et tres Latini. Non defuit igitur occasio erudiendi Nili, profecitque adeo in eloquentia, jurisque peritia, ut meruerit urbis præfecturam, Constantinopoli- videlicet. Dederat tot specimina jam in pulvere scholastico, et umbratilibus exercitationibus, atque declamationibus qua perspicaciæ, qua facundiæ suæ, quin æquitatis, atque rectitudinis; juvenili- que in ætate maturitatem morum tantam expres- serat, ut floribus præcessisse fructus mirarentur universi: probitas, religio, totque aliæ animi exi- miæ dotes illum adornabant, ut præmia ultro jam exposcerent. Neque passus imperator Arcadius tan- tum virum diutius latere, in lucem eduxit, et ad præfecturam urbis tunc regnatricis, quæ culmen est dignitatum, vocaturque βασιλεία ἀπόρρορος, id est, *imperium absque purpura*, merito plaudente po- pulo, senatuque gaudente provexit, et in hac præ- celsa base veluti signum expositum affabre, omni- busque sculpturæ numeris absolutum, ac opere pretium præclarissimum collocavit, ut ibi conspi- cuum magis foret; nam ἀρχὴ ἀνδρα δείκνυσθαι, ut vulgari fertur adagio, id est, *magistratus virum indicat*. Honoratus primus urbi Constantinopoli præ- fectus fuit anno a C. N. 359. Successorum eo in munere Indiculum, seu Notitiam præbuit nobis usque ad annum 435, scholiastes Cod. Theodos., nec inter eos comperi Nilum, forte quia nulla exstat imperatorum ad illum directa constitutio, vel quia latet sub aliquo alio nomine: tunc enim pluribus nominibus utebantur Romani et Constantinopolitani. 646 Nomina quidem fuerunt ad homines digno- scendos, et ad recognoscendos singulos imposita, et comparata communi consensu, l. x C. Justinian. *De ingen. manum.*, quin etiam nominis vox a *noscen- do* deducta est: Nomen enim dictum quasi novimes a Sexto Pompeio, licet alii derivent a Græco ὄνομα per aphæresim. Quemadmodum vero individua quæ- que, seu personæ sigillatim e vultibus dignoscun- tur, et in illo discrimine facierum admirabilis est potissimum rerum omnium Conditor Deus, ita vultus, et nomen æquiparantur in ista varietate; nam et in Vitis Patrum id legitur, et poeta canit, posteaquam avulsum fuerit humeris Priami caput, jacuisse corpus illius sine nomine. Ad discrimen magis singulare, Hebræi et Græci Patrum nomina propriis addebant: Simon dictus Bariona, id est filius Jonæ, seu Columbæ, Socrates Sophronisci,

clides Achilles, Atridæ Menelaus et Agamemnon, Tydides Diomedes, et alia id genus nomina patronymica. Romani prænominibus adjunxerunt nomina gentium, seu familiarum, tum etiam variis casibus et causis cognomina, uti narrat Plutarchus, tom. I *Vir. illustr. in Coriolano*, deinde agnomina: verum postea nomina in cognomina transferunt, et vicissim prænominina. Stante republica præmittēbatur et præferebatur prænomen, seu personæ, ac individui nomen, quo ab aliis ejusdem familiæ, sive gentis quis distinguebatur, et discerebatur, seu proprium nomen, aliis, qui non rant e gente, sive familia etiam commune; tum nomen gentilitium, aut familiare atexebatur, quod contribulibus et gentilibus communicabatur, et non reliquis, qui e familia non erant: deinde cognomina, et agnomina sunt adnexa, quia in una gente disposita in stirpes, plurimi eodem cum prænominē atque nomine comperiebantur, quin et cum eodem cognomine. Videndus Victorinus in libris Rhetoricorum Ciceronis. Republica eversa, et sub imperatoribus, subijciebatur nomen proprium, seu verum individui prænomen appellativum, dictumque absolute nomen (cum alia promiscue nomina, cognomina, vel agnomina vocitarentur petita indiscriminatim a parentibus, vel pro arbitrio aliunde) illis nominibus, cognominibus, et agnominiibus, etiam geminatis, et observat Sirmondus (in Notis ad Epistolas Sionii, contra Angelum Politianum e Suetonio, Plutarcho in *C. Mario Posidonium* arguente, fastis, inscriptionibus lapidum, et librorum, ex Isidoro lib. xvii *Origin. et e Præfatione Avien.*) ubi vult C. Sollium Sidonium Apollinarem vocari Apollinarem, Macrobiū Anreliū Theodosiū potius Theodosiū, Sextum Ruffum Avienum potius Avienum, Magnum Aureliū Augustinum potius Augustinum, Aniciū Maniliū Severinum Boethiū potius Boethiū, Petrum Felicem Marcellinum Liberium potius Liberium, qui V. C. præfectus prætorio Galliarum, et patricius a librario perperam dividitur in quatuor, **647** in subscriptionibus concilii secundi Arausiaci ad annum 529, ut liquet e Vita sancti Cæsarii Arelatensis archiepiscopi, p. 21 *Chronolog. Lirinensis*, ubi et uxor ejus Agrœcia enuntiatur, Flavius Valila, seu Vallia Quintus Theodosius in Donat. Tiburtin. Charta, quam protuli, jam inde ab anno 471 exarata: nec enim stata, et certa, ut olim, generis, ac familiæ vocabula tunc in usu fuere, quæ fratribus etiam communia forent, et ad posteros transirent, adeo ut nullum tandem familiæ, nullum gentis fixum nomen fuerit. In aliquot Romanis pontificibus duo nomina reperio: Cælius dictus Symmachus, Cælius Hormisdas, ejusque filius Cælius Silverius, quin et Cælius Laurentius antipapa, Calpurnius Pontianus, Domitius Callistus, Concordius Soter, Joannes II cognomento Mercurius, Joannes III Catellinus, Bonosus Benedictus I, Rusticus Agapitus I, Julius Stephanus I, Fabius Fabianus, Abundius Zephy-

rinus, Abundius Eleutherius. Binominis etiam fuit an trinominis, Tascius Cyprianus episcopus Carthaginensis, et martyr, aut Titus Ascius Cyprianus, uti Zoticus Getulius martyr Tiburtinus; nonnulla tamen nomina tanquam familiæ usitata crebrius iterabantur, ut e Variis Cassiodori patet ad annum C. N. DC. cum se superfudissent imperio Romano Barbararum gentium examina, et susdeque omnia permiscuissent, et confudissent, nulla sunt relicta nominalium hujuscemodi vestigia. Potuit igitur sub alio aliquo nomine Nilus in hoc Indiculo præfectorum urbis Constantinopolitanæ occultari. Præfecti profecto munere tam egregie functus est, ut exspectationi Augusti fecerit satis, nec aliud mihi persuadent quicumque de illo scribunt: exitus certe acta probavit; nam cum uxorem duxisset, haud dubie comparem virtute, ac pietate, atque honestissimam, ut fert Menologium Græcum die 12 Novembris, duos ex ea suscepit liberos, marem, et feminam, et ipse Nilus narrat flebiliter in *Διηγήμασι ες τὴν ἀναρεσιν τῶν ἐν τῷ ὄρει Σινῶ μοναχῶν καὶ εἰς τὴν ἀρχιμαλωσίαν Θεοδοῦλου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ*, id est, *Narrationibus, quibus eadem monachorum montis Sina, et captivitatem filii sui describit*. Ejus non possum satis laudare constantiam in Relatione, quam dedit Nilus (præfectus enim urbi videtur eo tempore, ad annum scilicet C. N. 403, post Clearchum, qui magistratum illum gesserat triennio, annis nempe 399, 401, 402, fuisse, quamvis semestris tantum esset urbis præfectura propter amplitudinem potestatis, et præstantiam dignitatis, quæ propius accedebat ad verticem imperii, et illi videbatur imminere, atque suspecta esse, si diuturnior foret), Nilus inquam, qui successorem anno 404 habuit Studium, cum pro munere suo senatum consulisset, et, quia pius erat, imperator Arcadius illius se precibus ad Deum commendasset. Rescribit epistola 233 Possini lib. II, epist. 265 Allatii, quomodo imperator Constantinopolim creberrimis terræmotibus, et immissione frequenti **648** æthereorum ignium liberatam cuperet cernere, cum innumerabilia inibi flagitia commissa essent, et licentiam ibidem multam iniquitas cum horrida libertate dominans exerceret, et depulsa in exilium columna Ecclesiæ, lumine veritatis extincto et tuba inhibita Christi, Joanne beatissimo episcopo; quid me hortaris uti digner preces fundere, titubante urbe præ divina iracundia, et quotidie opperiente tempestates, me jam propter metum fulgurito, cogitationeque mea fluctuante, atque concussa propter excessum facinorum quæ temporibus hisce apud Byzantium injuste patrata fuere? Dubitabam aliquando ne ista epistola fuisset exarata, postquam Nilus abiens præfectura monasticam amplexus est vitam, propter ea verba, «Quid me hortaris uti digner preces fundere;» sed cum venisset in mentem, munus esse præfecti urbis consulere senatum, et nisi fuis Deo precibus ipsum aggredi quidquam laud solitum, tam de more orthodoxi

senatus illius, quam quia religiosus erat ipse, audiebatque vere pius, eam a Nilo conscriptam adhuc urbis præfecto existimavi. Persuasit id mihi Rutilius Claudius Numatianus Gallus, lib. 1 *Itinerarii*, qui præfectus urbi Romæ, antiquæ nimirum, fuit anno ab Urbe condita 1169, istis versibus:

*Si non displicui regerem cum jura Quirini,
Si colui sanctos, consulique Patres,
Nam quod nulla meum sirinxerunt crimina
[ferrum,
Non sit præfecti gloria, sed populi.*

Omnino vero confirmavit cura reliquorum motuum qui subsecuti sunt in causa sancti Joannis Chrysostomi anno 404, demandata Studio præfecto urbi Constantinopolitanae, in l. 37 C. *De episc. et cler.* et legib. iv, v, vi, *De his, qui super religione contendunt.* Studius certe iste, ad quem exstat sancti Joannis Chrysost. Epistola inter Savilianas 57, tom. VII, p. 197, inter Frontonianas 127, pag. 921, inscripta *Στουδίου ἐπ' ἀρχῆς τῆς πόλεως*, qua eum consolatur de morte fratris, is est, de quo Theodorus Romanus apud Palladium in *Dialog.* Suidas in v. *Στουδίου*, hæc habet Græce, quæ Latina exhibeo: « Studius fuit vir potens, et exstruxit celebre monasterium Studitarum, quod in primis catholicæ fuit Ecclesiæ, demum vero transiit in monasterium *νοφύη*, id est, *prædam*. Ille ipse templum ædificavit Ducis angelorum Nacolæ, in quo feruntur hi versus heroici, quos ita verti:

*Quam cito splendentem construxit Studius
[ædem,
Consulis accepit virgam mercede reperia.*

Hactenus Suidas. Consulem invenio Studium cum Aetio ad annum C. N. 456, etsi alii legant *Asterium*: ex hoc monasterio prodiit diu post Theodorus Studites anno 820, qui confessor egregius catholicæque fidei pugil invictus exstitit, eodemque die natalis ejus celebratur, quo Nili abbat, duodecima scilicet Novembris in Martyrologio Romano; at in Menologio, 11 Theodori Studitæ, 12, Nili solemnnes designantur dies. Theophilus Alexandrius 649 archiepiscopus infensus sancto Joanni Chrysostomo accitus in urbem venerat post obitum Nectarii archiepiscopi Constantinopolitani anno C. N. 397, seu Cæsario, et Auico cons., quinto Kal. Octobris, ad comitia, et ad eligendum successorem, habitoque concilio, visum est accersere Joannem Antiochenum, uti Nectario subrogaretur. Hic Joannes piissimus, ac eloquentissimus, et ab Antiocheno populo prædilectus, anno 398, porta Romana vastæ illius civitatis egressus, tanquam iret ad martyria cum comite Orientis Antiochiæ residentis Asterio (scholiastes Codicis Theodosiani narrat ad l. xxxv *De operibus. public.* e Sozomeno, lib. viii, c. 2, *Hist. eccles.* Palladio, et Georgio in Vit. S. Joan. Chrys.), repente imperatoris Arcadii jussu ab eo dirigitur Constantinopolim, et ibi 26 Februarii, quamvis invito Theophilo Alexandrino, archiepiscopus Constantinopolitanus rite ordinatur. Ve-

rum rebus permultis sancte, ac pro dignitate gestis, incidit in odium Euloxiæ Augustæ, dum Theognosti viduam totatus, ingressu Ecclesiæ prohibuisset Augustam, et mox tutelam Alexandriæ viduæ suscipiens adversus eandem Augustam, Theodoritoque patricio cujus illa opibus inhiabat, consulens ut sua omnia pauperibus elargiretur; quæ Leo imperator fusius in Vita S. Joannis prosequitur apud cardinalem Baronium; cum Severianæ quoque Gabalensi, cumque ipso sancto Epiphania Cypro præsulibus dissidens, conspirantibus pluribus magnatibus, quos concitavit viduæ quædam lascivientes, quarum delineasse licentiam videtur Apostolus in l. *Epist. ad Timoth.* c. ii, quasque *καταστροφιώσας* id est, *luxuriantes*, ipse Joannes zelo accensus arguerat, nimirum Martia Promoti (fratria, sive fratris Eudoxiæ Augustæ, quæ filia erat Promoti senioris, ut reor), Castritia Saturnini (an ejus qui consul fuit cum Merobande, anno, 383, et ad quem exstant Epistolæ sancti Gregorii Nazianzeni, quibus ipsi tribuit ἀρχὴ ἔφορ, magistratus celsitudinem, sive præfecturam, sancti Basilii 315, qui comitem vocat Orientis, et Libanii quæ Latinæ, quæ Græcæ in Vaticanis Regiisque codicibus), et Eographia, cujus in ædibus diversabatur Theophilus, vindictam anhelantibus Asianis episcopis, quos coæcuerat in Asiana synodo. Rediit igitur Theophilus, ab eoque cogitur conciliabulum ad Quercum (suburbium id est Chalcedonis trans mare, cognomenque sortitur a Rufino) dies dicitur sancto Joanni, qui noluit interesse, suspectos sibi, et inimicos recusans episcopos, et injustissimè damnatur absens, atque inauditus. Relatione data Arcadio imperatori, cum impelleret Augusta Eudoxia, jussu Arcadii antistes innocentissimus e sede sua deturbatur, et Constantinopoli depellitur anno 405, sed ob terræmotum, quo concussa urbs illa confestim tremuit, terrore sub, plebsque commota fuit, isque revocatur e Præto (est hoc quidem emporium etiam trans mare situm e regione Nicomediæ), legerem tamen *Præto*, quod est Bithyniæ oppidum episcopale, thermisque percelebre, de quo egi lib. 1 *Prænest.*, c. 3; et lib. ii, c. 9. 650 Nec diu post anno 404, cum in concione sanctus præsul invecus fuisset publice adversus Eudoxiam ob statuam argenteam ipsi positam, erectamque super columna porphyretica prope ipsam ecclesiam cum ludis, histrionumque spectaculis, et cultura hominum dignitatem excedente ab anno 403, teste Marcellino in *Chronico*, et Socrate, lib. vi, c. 16, et Sozomeno, lib. viii, c. 20, et l. unic. C. Theodos. *De imaginibus imperat.* ac l. iv *De his qui super relig. contend.* l. xli et xlii *De operibus. public.* ubi scholiastes, et in Chronologia p. 147. Erat autem propensissimo in Eudoxiam studio Arcadius, quam et anno 400 proclamari mandat Augustam e *Chronico Alexandrino*, et a qua Selymbriam nuncupari permiserat Eudoxio-

solim, in eam porro sanctus archiepiscopus, qui A c. 19, lib. vi : seu Septembris, ut aiunt alii, nempe
 Circenses ludos adeo insectabatur, et histrionum
 spectacula, quæ nutriebant spurcitas libidinum,
 et idololatriæ reliquias conservabant, penitus delere
 satagebat. Certe malo, atque detrimento Reipublicæ,
 damnoque ac periculo regnantium principum, ja-
 cturaque honestatis, et morum corruptela diu deinceps
 persistere, factionesque Prasinorum, et Venetorum
 fuere semina seditionum, ut ex Annalibus li-
 quet, atque perduellium prætextus ex illis coloribus
 desumpti sunt; unde convincitur mendacium
 illius, qui jactabat expedire Augusto ut populus illis
 distineretur. In eam (inquam) vigilantissimus pater
 divinusque præco detonuit; itaque notum quid
 possit furens et imperans femina: conciliabulo alio
 ab Acacio episcopo Berrhœæ in Macedonia, Antiocho
 Ptolemaidis, Severiano Gabalorum, et Cyrino
 Chalcedonis, et multitudine aliorum episcoporum,
 collecto, in quo licet absens Theophilus, nihilominus
 dominabatur, iterum Joannes condemnatur. Inter
 accusationis vero capita Origenis errores fovisse
 insimulabatur, quam calumniam satis diluunt
 auctores sacri; nec enim monachos qui erant
 Origenistæ, alia de causa perhumaniter excepit,
 quam ut ad Ecclesiam catholicam pellectos ea
 clementia, lenitosque, ac mansuefactos reduceret.
 Sic sanctus Cyrillus Origenis assecla falso dicitur.
 Sic sanctus Hieronymus a Palladio vocatur Origenista,
 quia liberos *Ἐπὶ ἀρχῶν* Origenis transtulit,
 etsi purgaverit, ut Rosweydu, pag. 446 *Vit. Patrum*,
 observat; cum tamen ab Origenis pravis opinionibus
 procul abesset, et ideo Rufino Aquilegiensi foret
 infensus, uti superius demonstravi. Origenistæ
 profecto viri plerique sancti censebantur, quod
 evenisse putat ipse Rosweydu, prolegom. 15, ex
 odio Anthropomorphitarum, fateturque nonnullos
 abreptos astu, lapsos, sed respuisse postea, meruisseque
 sanctimonia vitæ, religionisque puritate, ut in
 Fastos sacros, seu Diptycha referrentur. Rursus
 sanctus Joannes ab Arcadio Augusto, qui Eudoxiæ
 suæ semper magis erat obnoxius, ac nimis uxorius,
 cogitur exsulare, Cucuumque oppidum Armeniæ
 perducitur, ut fuscè prodit scholiastes Cod. Theodos.
 ad l. xxvii *De episcop.* et ll. iv et v, ac vi, *De his qui super relig. contend.* Mox
 intrusus illi sufficitur in archiepiscopatu, Arsacius,
 quem *λῆρον* nuncupat, et 651 adulterum sanctus
 Joannes Chrysostomus ipse, atque collocatum in
 throno scribit a *Βασίλεια* p. 870 *Epistol.*, quantumvis
 sanctus Joannes provocasset iterum ad innocentium
 Romanum pontificem, a quo restitutus et deinde fuit
 in Diptycha, percussis anathemate his, qui eum
 extorrem fecerant, suaque sede spoliarent; profectus
 est fortis athleta in exsilium, cumque interim
 Constantinopolitana conflagrasset ecclesia, variè
 discretiatus cum amicis suis, quorum plerique
 Joannitæ cognominati expirarunt in carceribus,
 ubi Comanam Ponti oppidum pervenisset, mortuus
 anno 407, die 14 Novembris, e Socrate

card. Baronius in *Annalibus*, migravit in cœlum
 gloriosæ confessionis suæ præmium recepturus, et
 die 27 Januar. relatus in *Kalendarium*. Festus
 Translationis Constantinopolim dies celebratur,
 cum sacrum ejus corpus redditum fuit suæ cathedræ;
 unde Romam deportatum in Basilica Sancti-Petri
 quiescit ab anno 860, e *Chronolog. Cod. Theodos.*
 p. 151.

Primam itaque Nili epistolam exaratam censeo
 in illa prima sancti Joannis Chrysostomi relegatione,
 atque ad Arcadium Aug. fuisse missam, eumque
 illa tactum et persuasum eo facilius revocasse
 innocentissimum virum. Nam cum sæviret in dies
 acerbius in sanctum Joannem ab ejus adversariis
 inflammata Eudoxia, nec efficacior est ulla pica,
 quam pulvinaris, ut Joannes Sarisberiensis edocet
 lib. *De nugis curial.*, totque flagitia passim
 patrantur; Nilus, qui abierat e magistratu, aut,
 ut loquar verius, abdicarat se ultro præfectura,
 cernens huic scelerum torrenti minime iri
 obviam posse, veritus ne sicut alter Lot
 involveretur diro ignis, iræque cœlestis
 diluvio, jam inferior gradu quo in aula
 promicabat, ex ea se plane dimovit, valeque
 dicens pompis sæculi, monasticam amplexus
 est vitam, Theodulumque filium secum
 attraxit.

Ex quo sanctus Joannes Chrysostomus
 Constantinopolim appulit, quo tanquam
 fluvius exundans eloquentiæ, doctrinæque
 suæ fluentis uberrimis ore illo suo aureo
 profusis, celebrem illam Ecclesiam, cujus
 clavo fuerat admotus, irrigaret, proventumque
 copiosum secundatæ suæ sponsæ numerosa
 prole virtutum, messenque pietatis latissimam
 procuraret, omnibus charitatis operibus
 indefessus incubuit, non tantum Scythiis
 Nomadibus, qui e Bolga fluvio progressi,
 mox parti Thraciæ Macedoniæque, ac
 Illyrico superfusi Bulgarorum nomen
 usurpatam sub sancto Gregorio papa
 regionibus illis indiderunt, Christiana
 fide imbuendis; sed et Gothis ad
 Ecclesiæ catholicæ gremium revocandis
 operam impendit; præsertim vero vitii
 bellum indicens, ea suo ex ovili
 depellere ac fugare studuit; ideoque
 probis civibus, ac proceribus orthodoxis
 gratis et acceptus in primis evasit: ut
 autem Theodorum patricium omittam,
 cujus superius meminimus, Nilus etiam,
 et Pelusiotes Isidorus, ac Eulogius,
 de quo etiam egi, Cassianus ejus
 diaconus, atque Palladius, et alii,
 quorum nomina si percenserem,
 prolixior forem, sectati sunt ejus
 monita, eique firmiter 652
 adhæserunt; ut præteream diaconissas,
 et matronas clarissimas, Olympiada
 scilicet, Pentadiam, Sabinianam,
 Amprocliam, seu domnam Procliam,
 Probam, Julianam, Theodoram,
 Silvianam, sicut Italicam,
 Euthaliam, Asyncritam, Severam,
 Chalcediam, Carteriam,
 Bassianam, Severinam,
 Acoliam, et reliquas summo
 loco natas, atque lectissimas
 feminas, ad quarum plerasque
 ipsius exstant Epistolæ.

Nilus (inquam) divino excitatus instinctu ad sanctum Joannem se contulit, ad eumque sæpius ventitavit, certoque possum conjicere conversionem ipsius e congressibus, atque colloquiis admirandi præsulis, atque homiliis, seu λόγοις, qui penes Nilum erant perscripti, ut ex epistola ad Zenodorum decanum 293, lib. II, liquet, ortum habuisse, inque proposito deserendi sæculum Nili animum obfirmatum fuisse. Amabat etenim non minus quam suscipiebat monachos religiosissimus antistes, et adversus eorum obtretractores emisit in lucem tres libros; cumque primum in foro versatus esset, magna cum laude monasticam et ipse deinde vitam exercuit, atque ab eremo ad clerum vocatus presbyter Antiochenus ordinatus fuit. Nili mutatio fuit Excelsi dexteræ opus obstetricante Joanne; vir præfectorius sponte spes suas omnes in Deo collocans exiit sese fortunæ bonis omnibus, terrenarum rerum affectibus remisit nuntium, seque totum divinarum contemplationi addicens, promissidem in terris delibare ac prægustare cœpit cœlestis beatitatis: adeo quidem castigati, et emendati fuerant illius mores, dum ageret adhuc in mundo, quin, ut arbitrator, et conjugis, nam juxta Jesum Sirach Eccli. xxvi, 3, pars bona, mulier bona, in parte timentium Deum dabitur viro bono pro factis bonis.

Cautum fuerat imperatorum Constitutionibus, ne quis in sua patria magistratu fungeretur, Synesio teste, ac Petavio in Notis p. 79, l. ult. C. Justiniano, *De crim. sacrileg.* quæ inscribitur A A A. Gratiano, Valentiniano, et Theodosio, ex l. xv *De off. rect. provinc.*, quæ tribuitur Anastasio Aug., id confirmatur, nisi titulus potius ipse sit. Ea tamen fuit modestia, ea probitas, atque prudentia, ea continentia, et mansuetudo Nili, ea juris scientia, et constans, ac perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi, ut ei Themis sive Justitia tanquam Jovi πάρεδρος assidere videretur, tam fortis, ac integer vitæ ipse Nilus, tam sceleris purus, tam placidis, et compositis moribus perspectus omnibus erat, tam aversus ab omni corruptione sordium, ac ab omni seductione, atque illecebra blanditiarum, ab omnium minarum terrore adeo securus et inexpugnabilis, ut solutus fuerit illis legibus, quarum habenda nulla est ratio principibus, quoties justa subest causa; nec enim verendum erat ne suis indulgeret, faveretque, nec ne acerbior, sæviorque adversus suos invidos inimicosque grassando in eos expleret odium suum, atque vindictam exerceret, velut alter Moyses hominum mitissimus, et moderatissimus exstitit.

Is utranque prolem, quam ex uxore susceperat, masculum 653 scilicet atque feminam, educarat innocenter, et sanctimoniam edocuerat, ita ut illa suerit una cum lacte rudimenta virtutum Christianarum, et adoleverit indole præcelsa succrescens ad cœlestia præmia capessenda. Conjugi quippe suæ Nilus pudicissimæ atque pientissimæ similem

A monasticæ vitæ amorem inspiravit. Ea vero secum saluberrimum mariti consilium et exemplum, quantumvis amore conjugali percita reniteretur, ut ipse Nilus narrat, pag. 15, amplexa filiam secum facile pertraxit, partitque geminam sobolem vir et uxor discesserunt Constantinopoli, et generosa matrona, tenera cum virguncula, commigrans e laribus in Ægypti monasteria se abdidit, cum Nilo Theoduloque vale dixisset abeuntibus ad Sinaiticam regionem, uti tandem comperi apud Menologium Græcorum, 12 Novembris, neque difficile fuit matri filiam secum abducere, inque parthenonem, seu collegium sacratarum Deo virginum recludere, ingenerata nempe ipsi fuerat castimonie disciplina vel ab inconnabulis, insitumque desiderium, ut illibatam ad Christum virginitatem sincera perferret. Erant tunc virginei cœtus inter Ægypti balsameta, ut idololatriæ, dæmoniorumque viperas contererent, et eorum odorabatur Deus suavolentiam; in cunabulis nascentis Ecclesiæ sexus ille infirmior præcipuam firmitatem profitebatur, Vestales vero, quæ perpetuum servabant et inextinctum pudoris ignem Christiano ritu dicatæ divino cultui, ut scribit Ammianus, pag. 160, velut Amazones sacræ vocitabantur Ascetriæ et Monastriæ, illarumque jam supra meminimus. O quam gratum, quam jucundum, quam acceptum Deo, cœlitibusque fuit spectaculum tam illustre, tam mirandum, tamque memorandum, piis, atque probris Christi cultoribus in terra qui tunc debebant orthodoxi, intueri Nilum exeuntem de cognatione sua fide Abrahamitica, non offerentem tantum filium Theodulum cum gaudio alludentem, et præpotenti Numini miro utriusque consensu consecratam unicam illam victimam; verum et animæ suæ, ut ita dicam, dimidium, conjugem scilicet dilectissimam, et ex ea susceptam filiam, non velut Agamemnon Iphigeniam, sed, ut ait Nilus ipse, pag. 121, in Ἀνηθήματι, instar alterius Jephthe immolantem Christo! Quodnam istæ monasterium adierint, nullibi comperi. Erant in Ægypto quamplurima seminarum Deo quoque devotarum monasteria, miratusque sum sæpius altum Nili de uxore, quæ soror illi facta est, uti dicta Sara fuit ab eodem Abrahamo, de que filia communi silentium in illa regionum intercapedine. An fortasse prudens, quod innuit fol. 17. Ἀθήνησ. 6, Dei servus verebatur; juxta illud infelicitis poetæ,

*Omnis amor magnus, sed aperto in conjuge major;
Hanc Venus ut vivat, ventilat ipsa facem.*

Et nuperi, qui et infeliciofuit,

*Ah quantum placido mitique in pectore regnat
Illa Venus, quam anxii Hymen, seu Conditior orbis,
Atque homines sancte genituri fœderis auctor!*

654 *Hunc, quo disposuit volventem sidera mundum,
Quoque elementa ligat, thalamis inspirat amorem,
Seu nosci fugiens penitus vis insita rebus;
Qualis quæ chalybi cognata potentia gemmam
Conciliat Getici spectantem verticis ignes.*

Et supra de Pachone plura congressi. An quia forte matura utraque cœlo illuc properata morte laqueo

las centesimi tricesimique fructus perceptura, hæc pro virginitate, pro viduitate seu coelibatu illa ociosius evolavit? In Thebaide maxima erat in opinione, famaue percelebre monasterium centum quatuor sanctimonialium, in quod sancta Euphrasia recesserat; Panopoli aliud quadringerarum, quæ sancti Pachomii regulam observantes seorsim vivebant Nili fluminis circumdata rivis, ut auctores sunt Vitæ sanctæ Euphrasæ scriptor, et Palladius in *Lausiaca*. In Antinoe civitate Talidæ nomine insigne monasterium recenset idem Palladius, c. 157 et 158, cuius monasterii aulae ne clavis quidem erat, sicut in aliis undecim monasteriis, sed ipsæ ab ejus amore detinebantur, adeo ipsam diligebant. Fuerunt et Alexandrinæ monachæ Sandalariæ, ad quas scribit de mulierum victoriis Isidorus Pelusiotus, lib. 1 epist., p. 87. Alexandria, quæ barathrum vocabatur mundi, ut refert Eustathius in Dionysii *De situ orbis Περίηγησι*, ut erat emporium celeberrimum Africa; erant vici varii, quæ labra nuncupabantur, illis præerant presbyteri, subditi omnes uni archiepiscopo, cujusmodi fuit vicus Baucali, in quo erat ecclesia, cui Arius fuit præfectus, sancto Epiphano auctore in hæres. *Ἀρειομαντιῶν* 69, p. 311, et alii. In aliquo eorum monasterium Sandalariarum istarum exstitisse non ambigo, sive Sandaliarium, quæ a sandaliis, seu soleis eo nomine sunt appellatæ, quod earum pedes hoc calcamenti genere induti forent, sanctus Augustinus in Regula monacharum, epist. 108, iusserat: « Vestimenta vero et calcamenta, quando fuerint indigenti necessaria, non differant, sub quarum custodia sunt, quæ poscuntur; » et sanctus Athanasius in Regulis de virginitate servanda, ad virginem inter alia præscribit. « Cum steteris in oratione, pedes calcamenti obductos habeto; » p. 401, sive in εὐχῆ. Bivarius de monachatu scribens pro Nitriotis sanctimonialibus Regulas illas conditas a sancto Athanasio, asserit, et explicat, ut in stationibus dum communicant, ex obiectis pedibus sint propter reverentiam. Vel Sandalariæ istæ nominatæ ab aliquo vico Alexandria, ubi sandalia prostabant venalia, cujusmodi erat Romæ vicus Sandaliarius: c. Nardino in *Roma antiqua*, p. 140 et 141, ex inscriptione, ac Gellio. Aut fuerunt illæ, ad quas epistola sancti Gregorii Nazianzeni dirigebatur, inscripta, Εὐλαβοστάτη καὶ διὰ πάντων κεκοσμημένη ἐν Χριστῷ ἀδελφότητι τῇ κατὰ Σανναβαδίαν τοῦ μακαρίου Λευκαδίου ἐν μονάζουσι καὶ παρθένοις ἡγιασμένος. (Latinus interpres Billius pietate ac doctrina insignis Sannabadaar effert). Ut sit, vellem ut ad hypotyposim pathicam exsequendam, exprimendamque, ac subjiciendos oculis affectuum **655** in illo discessu multiplices effectus, Nili mihi vel Joannis Chrysostomi facundia suppeteret, ac eloquentia, cum divellerentur quidem maritus et conjux carne atque corpore, conjungerentur tamen arctius animo et charitate. Satius est, quando illis destitutus sum dotibus, imitari

A Timanthis artem veloque silentii tegere, quemadmodum pictor ille, cujus in tabulis plus intelligebatur quam pingebatur, cum exhibuisset Iphigeniam oratorum laudibus celebratam stantem ad aras perituram, et mæstos pinxisset omnes, præcipue patrum, et tristitiæ omnem imaginem consumpsisset, patris ipsius vultum velavit, quem digne non poterat ostendere: quæ sunt verba Plinii lib. xxxv, c. 10.

Nilus ipse motus illos animorum, et certamina tanta, cum a se ipso discerpi videretur, ab sua se conjuge separans, in quam coaluerat vinculo nuptiarum, sanctoque fœdere, ac individua vitæ consuetudine connexus, non adumbrat modo, verum in narratione secunda ad vivum exprimit a pag. 13 ad 17. Auget suspicionem mortis, quam obiisse tam uxorem, quam filiam conjicio, quod in illis prolixis narrationibus de Theoduli filii, variis casibus, et captivitate, tandemque redemptione, nequaquam matris filiaque meminerit, nec ad eas deinceps ullam dederit epistolam, cum ad Theodosiam *μονάζουσαν* (de qua superius egi, p. 601, eam reprehensam referens a sancto viro, quod contra mandatum sancti apostoli Pauli viros doceret in Ecclesia, c. xiv, vers. 34,) epist. I ad Cor.) scripserit: *Κἀν μυριάκις λέγῃς* (ait Nilus) *τῆς θηλυδριώδους ἕξεως μακρὰν ἀπέχειν, καὶ τῶν ἀνδρῶν ὑπάρχειν σιαυτὴν στεβρότεραν κατὰ τὸν τοῦ παρθενικοῦ φρονήματος ἕδρασμόν*. *Quamvis millies dixeris te longe abesse a femineo habitu, et teipsam hominibus stabiliozem, juxta virginis sensus firmitatem*, lib. II Epist. Allatiana 116. Unde virginem eam fuisse constat. Innocentius quidem tertius, lib. I, epist. 187, Burgensi et Palentino episcopis et abbati de Morimundo Cisterciensis ordinis rescribit, ne abbatissæ benedicant moniales, neque confessiones audiant, nec prædicent Evangelium; nam licet beatissima Virgo dignior et excellentior fuerat apostolis universis, non tamen illi, sed istis Dominus claves regni caelorum commisit: fuscus sanctus Epiphanius lib. III, κατ' Αἰρεσ. 6, *Adversus Collyridianos*, hæres. 59, seu 79. Robertus quidem de Arbrissellis, Theologus Parisiensis, auctor fuit insignis monasterii Fontis Ebraldi, cui præfecit abbatissam, quæ in omnes D tum viros, tum feminas summum jus obtineret, beatissimæ Virginis Dei Genitricis exemplo secundum verba Christi, *Ecce Filius tuus, ecce Mater tua*, ad annum C. N. 1117, uti referunt cardinalis Baronius, ex eoque Spontanus, in diœcesi Pictavii. De illa Petrus Cluniacensis, lib. III, epist. 27, et Petrus Cellensis, lib. II, epist. 10, *ad Mathildem venerabilem abbatissam*, deque illo epist. II, 12, et lib. II, epist. III: Sancta quoque Theresia Patrum nostrorum ætate severiorem veterum Carmelitarum Regulam, Deo affante, et Pio IV approbante, primum mulieribus, **656** deinde viris observandam proposuit.

Exstant et epistolæ Nili ad Anastasiam virginem, 553 Possini, lib. II, epist. 118 Allatii, in qua eam

commendat ob vigilias, etc. Item ad Julianam virginem, lib. 1, epist. 163 et 164, dilaudans ipsam ob jejunium; insuper ad Photinam, et Dor. sive (ut opinor) ad Dorotheam, lib. II, epist. 31, ubi ἀληθῶς γὰρ (inquit) σκηνώματα τε καὶ θυσιαστήρια καὶ ναοὶ, καὶ χειμῆλια Θεοῦ διὰ τῆς παρθενίας ἐφῆνεν: id est, vere namque tabernacula, et altaria, et templum, et pretiosa munera Dei per virginitatem apparuistis. Helenæ illustri epist. 170, lib. II Al-latii, est inscripta, qua solatur eam, vetatque lugere more gentiliū filium unicum, et optimum, qui obdormierat, Nicaretum; an filium Nicareti scriuari, ad quem exararat epist. 131 lib. III? Nec enim ad Nicaretum spectare censeo, quem admonet epist. 284, lib. II. Præterea Nilus Juliam comitissam convenit per epist. 215, lib. II, objurgans eam quod nimium studeret corporis venustati curandæ; an illam Gazensem, de qua cardinalis Baronius ad annum C. N. 405, fol. 179? ad Stephanidem comitissam, l. II, epist. 218, cujus fide servandum meritum affirmat; viduam demum Dioscoriam, cui Deum subventurum præ sagit lib. II, epist. 266. Nomina vero tam uxoris Nili, quam filix celata oblivione in terris, in cœlestibus tabulis fuisse scripta crediderim. Tanta fuit Nil modestis, tantaque humilitas, alienus penitus erat a famæ aucupio, empyream ambebat immortalitatem, ipse cum uxore, liberisque, et religiosa familia probe norat eos qui vanam spernant gloriam, adeptores veram, omnia monumenta mortalium sublu-nari excitata in regione tam celeriter assumi, ac perire, mortem saxi evenire, nominibusque: fortassis etiam epistolas ad eas dedit, sed interciderunt illæ, ut sunt varii rerum casus. Deposita igitur jam dignitate, successoreque accepto, et bonis fortunæ, quibus affuebat, in simoniam usumque pauperum large distributis, juxta consilium evangelicum; peregit pium felixque cum thori consorte divertium Nilus, et quatuor illi beatitudinis candidati, egressi sunt e domo, et cognatione, unanimiter conspirantes. Sub annum 405, pulso nempe in exsilium Chryso-stomo Joannæ pastore, istæ oves voluntarium subierunt exsilium. Arripuit iter Nilus ad montem Sinai cum Theodulo, ambo monachicum statum sublimem, atque angelicum ad peccata expurganda, virtutesque augendas aptissimum, et ad iracundiam Dei placandam, veniamque promerendam assectantes, dum parte alia conjux, et filia sanctimoniales professoræ proficiscuntur ad Nili fluentia et Ægypti monasteria; neque potuit amicorum pietate illustrium, fidelisque populi turba stupentis ad spectaculum tam gloriose conversionis se continere, quin voces lætitiæ testes et doloris effunderet ore pleno, quibus tam digna paria prosequerentur, ita ut omnia Constantinopolis compta encomiis, ac querelis, imo et viæ regix persenarent. In primis gloriationis immoderate vitium semper exosus, tunc potissimum id

657 fugiebat Nilus, nec ex illis erat qui sub animi

A demissionis specie tumentes superbiunt, captantque inanem adorationem novo genere ambitus ex miseria, ex illuvie, fictaque animi despicientia te-gentes cinere monasticæ vestis, et vili schemate illud cenodoxiæ incendium quo exardescunt iustes, neque periclitabatur in applausibus ejus sanctitas, nec erat timendum ne laudes quæ ipsi ascribebantur, corrumpent, ac deoquerent virtutum, quibus ornatus erat, flores et fructus, quasi gemmæ erumpentes, mentemque voluptate abblandient perfusam plusquam par esset, ut lapsu graviore rueret, extollerent; eo citiori gradu, se oculis eorum subtraheret, et aures obstruebat Nilus, neque cognatorum, aut charorum, vel servorum lacrymis lætillimum permovebatur, siccis ipse oculis ad vexillum crucis convolabat, tanto solitudinis amore flagrabat aulæ pertæsus lubricum; insonuerat illi apophthegma illud tritum: *Exeat aula qui volet esse pius*; utque alter succinuit: *Quicumque ad astra tendit et sequi cupit virtutis decus auream, relinquat aulam et æstuantis purpuras.*

Mons Sinai, seu Sina est in Arabia, sancto Paulo apostolo auctore c. IV, 25, ad Galatas, nempe Petra, ubi μέλανα ἔρη locantur a Ptolemæo, lib. V, c. 17, *Geograph.* e sancto Hieronymo. Sinæum vocat Justinus e Trogo. Insignis est Dei altoquiis cum Moyse, et lege tradita populo Israelitico, locisque sacris, quæ circum florebat, e Bellonio, lib. II *Observat.*, c. 62. Duobus assurgit cacuminibus solo-lido saxo, et variorum eolorum, granulisque diversas figuras referentibus distincto; excelsior pars Sinai nomen, depressior Oreb appellationem sortitur. In Oreb Moysis, qui legem ibi a Deo accepit sic διαταγὰς ἀγγέλων, id est, ad dispositiones angelorum, sive disponentibus angelis, Act. VII, 53, impressa effigies adamussim adhuc marmori exstat. In Sinai corpus sanctæ Catharinæ, quam *Ἐκαθρινά*, quasi ἀγλαὴν καθαρίναν dictam arbitror, fuit ab angelis deportatum, quod postea monachi transtulerunt in imam radicem Oreb, ut ab hostibus tutum conservarent, arce constructa, e Procopio *de Justiniani A. Ædificiis*, Combelle. p. 54 Demonstrationis Constantinopolis ab incerto; typum utriusque montis pollicitus fuerat Leo Allatius in Notis ad Eustathii Antiocheni patriarchæ, qui sub Constantio A. vixit, et synodo Nicænæ interfuit (teste Socrate, lib. I, c. 13 *Hist. Eccles.*). Hexæmeron, p. 512; sed non stetit præmissis, neque posse typum illum a pictoribus delineari Petrus a Valle in *Itiner. Turcic.* p. 230, editionis secundæ fatetur, ubi se illustrasse montem utrumque narrat, et diligenter describit; Eustathius autem eos, qui pro suo proficiscuntur ad ista loca χάρην ἰστορίας, id est, *discendi*, vel *sciendi gratia*, formas tentoriorum infinitæ multitudinis a seipsis conspectas asseverare tradit p. 90. Sedente sancto Gregorio Magno Rusticiana patricia perrexit ad montem Sina, lib. III, c. 44 *Registr.* Hinc proliit, et cognomen traxit Anastasius Sinaita, qui archiepiscopus Antio-

chenus, scripsit Ὁμῆρον adversus Acephalos, et ad an. 554 **658** vixit. Joannes Climacus 30 gradus, quibus ascensum docet ad perfectionem, ibi composuit ad annum 540, e Radero, seu e Baronio, et Belarmino cardinalibus; eum montem incoluere tum permulti monachi, et supra, et subter. Theonam comperio Dei miseratione presbyterum et ambasciatorem sancti montis Sinai, et eremi Raithæ, seu Raithu, et sanctæ ecclesiæ Pharan, qui faciens sermonem, et pro omnibus monachis existentibus in prædictis solitariis locis, supplicavit, et subscripsit libello monachorum Secundæ Syriæ, quem oblatum Justiniano imperatori legitimis insertum actioni primæ synodi quintæ, p. 14; et alteri libello ad Mennam Constantinopolis patriarcham, porrecto ibidem, pag. 46. E summis pontificibus Innocentius Sextus episcopus, nunc archiepiscopus, et fratres Montis Sinai sub protectione beati Petri et sanctæ sedis apostolicæ recepit anno pontificatus octavo, quarto quarto de Indultis. Sancti Gregorii Magni charitas erga pauperes, et inexhausta liberalitas, vel hinc effulsit, quod munificus pontifex pro Gerontocomio, id est, Senum domicilio montis Sinai misit Joanni abbatilænas xvi, racanas xxx, lectos xv, pretium quoque de emendis culcitris, vel naula dedit, epist. 16, lib. xii Regest.; et Palladio presbytero, de monte Sinai cucullam, et tunicam de benedictione sancti Petri lib. viii, epist. 45, Indic. 13. Narrat Joannes diaconus de ipsius Vita lib. ii, c. 52, eum tam Hierosolymis, quam in monte Sinai famulis Dei quotidiani victus, et vestimenti copiam annaliter mittendam procurasse; sed de lænis et racanis fusius egi jamdudum in Dissertatione mea de aurea rosa.

Expediti ergo laciniosæ vitæ impedimentis, ut loquitur Tertullianus lib. iv *Adversus Marcionem*, id est undosæ, sinuosæ et præruptæ, ejusmodi erat illa, quæ in aula Græca tunc agebatur, Nilus et Theodulus perrexerunt ad montem Sinai, qui conjunctus est ei, quæ nunc est Jerusalem (ita scribit Apostolus Paulus, c. iv ad Galatas Græce, συστοιχεῖ, τούτέστι γειτνιάζει, ἄπτεται, propinquus est et annexus: sic explicat sanctus Joannes Chrysostomus, vel conterminus, confinis, deserto nempe, in quo est mons ille, propinqua est Jerusalem, interjacet namque Idumæa, quæ tota montosa est, et continua fere montium serie Sinai conjungitur Jerusalem, e Borchardo, Adrichomio et Zieglero, per montana quoque Judææ usque ad montes, qui sunt in circuitu Jerusalem, juxta vatem regium, psal. cxxiv; vel recta continuatione itineris Israelitarum per Sinai, quod antea per varios anfractus viarum, et mansionum habuerunt; quæ sententia est sancti Thomæ Aquinatis; aut similitudine, sive cognatione, quemadmodum exponit e Theophylacto et Vatablo Cornelius a Lapide. Cumque ibi pervenissent in illo præcelso culmine constituti, vestigiis inhaerentes sancti Pauli, et cum imitati,

qui abiit in Arabiam c. i ad Galatas, ut doceret quod a Deo revelatum ipsi fuerat, e sancto Hieronymo, utque Barbaros Arabas excoleret ad religionem Christianam suscipiendam **659** e sancto Joanne Chrysostomo, qui notat ibi sancti Pauli modestiam et fervorem; pater hic filiusque suæ quoque conversionis exemplo, monachos illos, quorum institutum sunt amplexi excitarent magis ac magis ad pietatem, inque vera et Christiana philosophia, ut in Opusc. primo, Nilus ipse probat, inque Narrat. p. 2, in lege Domini sese cum filio exerceret, quam Deus in monte Sinai dedit Moysi. Inibi etiam sanctæ Catharinæ corpus ab angelis delatum mirabiliter conquiescit, quæ cœlestis sapientia ditata, philosophos Ægyptios vicit, et convicit, et de immanissimis etiam tormentis triumphavit. Oraverat Deum virgo, cum miles decollandi artifex πάναγρον κεφαλὴν amputaturus esset, ne corpus ejus spectaretur post mortem, seu nudaretur, et exponeretur ludibrio gentilium, et simul ac miles, quod jussum fuerat, exsecutus est, non solum purissimis venis pro sanguine hæc effluxit, sed corpus ejus ἐξ αὐτῆς τῆς ὥρας ἕως νῦν διέμεινεν ἀθάτον ἅπασιν. Ἄγγελοι γὰρ ἀποτμηθείσης αὐτῆς νεύσει κατὰ πάντα Θεοῦ ὡς πρὸς τὸ δρος τὸ Σινὰ τούτο μετακομίζοντες ὠφθησαν, ut legitur in codice ms. bibliothecæ Vallicellanæ, pag. 76, num. 34, id est, *Exinde ad hoc usque temporis permansit invisibile omnibus, angeli namque, ubi capite multata fuit, nutu omnino Dei ad montem Sinai transportantes, visi sunt.* Nec ambigo fuisse custodes illius probos anachoretas, qui domicilium ibi fixerant; ex quo enim Christiana religio cœpit, pii fideles quidam fuerunt, ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρει, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὄραις τῆς γῆς, ut scribit sanctus Paulus ad Hebr. cap. xi, 38, id est. *In solitudinibus errantes, et montibus, et speluncis, et cavernis terræ, et adnotavi superius.* Certe imperante Diocletiano, et Petro Alexandrinam Ecclesiam regente, ἀνηρέθησαν ἡσυχάζοντες ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ (E Menæo Græcorum 14 Januarii) cæsi sunt solitarii vitam agentes tranquillam in monte Sinai a Barbaris. Cumque Nilus et Theodulus montem illum venerandum ascenderent, arbitror monachos ipsis obvios excepisse benevole ambos, et in consortium sacrum libenter ascivisse. O qui complexus! O quanta gaudia fuerunt! In Opusculorum Indice, observabam varios ordines, seu gradus monachorum, primum: Ἐγκρατέων, id est, qui continentiam servantes, vel Ἐγκρατευομένων, id est, temperantes erant. Variis autem nominibus appellabantur, secundum varia exercitia. Quidam cœnobitæ, seu synoditæ, alii anachoretæ, eremitæ, stylitæ, id est, columnarii, κιονίται, ἐγκλιστοι, reclusi, κουβουκλήσιοι, solitarii, vacantivi, Θεοφιλεῖς, quo nomine Christiani primum universim vocabantur, tum monachi specialim, Ἰκέται orantes, θεραπευταί, id est, famuli, atque servi Dei, Λαυρίται, id est, cellarum incolæ, nonni, religiosi, philosophantes, præter gyrovagos et circelliones,

qui potius erroneos erant; secundus ordo erat ascetarum non generalim sumptorum, sed proprie, ac pressim, qui ad nutum abbatum et ἡγουμένων jejuniis, orationibus et meditationibus vacantes exercebantur, et Sarabaitæ etiam denominabantur; tertius μονάζοντων, qui propius 660 accedebant ad monachatum, et vestem induebant religiosam; quartus monachorum, qui monastico amiciebantur habitu, et attondebantur, neque continentiam tantum, sed paupertatem, et obedientiam custodiebant adamussim. In singulis autem istis gradibus certa temporum præstituta erant intervalla, ut animadverti, p. 601. Ea vero contrahebantur interdum; nam Joannem Climacum ab opere dictum Scalarem, et a munere scholasticum, in monachum fuisse receptum, et attonsum, amictuque monastico donatum comperi ejus in Vita, quam Daniel Raithuni cœnobii monachus conscripsit, quatuor annos cum posuisset in tirocinio, et Isidorum Alexandrinum cum septem exegisset in Raithuno cœnobio. Nilum ego et Theodulum non observasse graduum istorum discrimina suspicor, continentem quippe fuisse, cum ageret adhuc Constantinopoli ex consensu conjugis Nilum, sicut et Theodulum continentiam innutritum adolevisse arbitrator, asceticamque vitam utrumque professum, μονάζοντας igitur istos montem ad Sinai, velut ad portum quietis appulisse mihi persuasum est, eo ipso anno 405 C. N., e sollicitudinibus terrenis in solitudines, et e sellis præfectoriis in cellas eremiticas migrando: cum alii Byzantii sese in oceano deliciarum et voluptatum volutant, illi cœlestibus meditationibus elati volitant ad paradisum; dum alios molles lecti lascivientes obvolvunt, illos sacrorum librorum lectio detinebat, nec ad episcopales thronos inde se rapi patiebantur, sed rastris et sarculis in excolendis hortulis terram arenosam effodientes, et rostra despicientes vitricis linguæ opulentis personantia dictionibus, astraque aspicientes, Conditorem eorum dilaudabant psalmodiis, hymnis et orationibus, de quibus tam utilem tractatum composuit Nilus. Nec enim vilitatem, et asperitatem, ac illuviem vestium, nuditatem pedum, qua æmulabantur Anypoditas, id est, Excalceatos Constantinopoli degentes in monasterio Sancti Thalassii, cujus archimandrites presbyter Diogenes subscripsit libello ad Joannem patriarcham, act. 1 concil. v, p. 20, oblato; vigiliis, quibus Acœmetenses Constantinopoli quoque diversantes exsuperabant, eloquar, luctus, lacrymas, suspiria, planctus, et flagella, quibus ὀπωπιάζεται σῶμα καὶ δουλαγωγείται, uti Paulus I Cor. ix, 27, id est, lividum fit corpus et in servitutem redigitur, chamæxunia, id est, decubitus humi, genuflexiones; γονυκλίσεις, μεταβολάς, seu prostrationes, ac denique silentia, et jejunia, xerophagias, sive aridas escas atque siccatas. Quando ipse Nilus tacuit, ego quoque præteribo. Ἀνεμώνη flos est qui vento aperitur, apud Dioscoridem; symbolum esse vanitatis Lucianus eum florem affirmat:

A laudes quidem florentia excitant ingenia, et virtus laudata crescit, gloriaque habet immensum calcem, ut ille cecinit, nec ulla est tanta humilitas, quæ non tangatur gloriæ dulcedine, juxta Valerium Max. lib. viii, cap. 14. Themistoclis auribus nullum acroama libentius excipiebatur, quam illud, quod illius celebrabantur egregia facinora. Joannes ipse XXII papa fassus est se blanditiis, 661 quas avertebatur, nihilominus demulceri, et interdum capi; sæpius illæ repulsæ tandem ex Seneca solent admitti. Ἐξανεμοῦσθαι tamen dicuntur segetes, eventulari scilicet, ac exsufflari, dæmone inflante: nimio etenim ventorum flatu evacuantur, et exinaniantur, præcipue dum maturescunt, apud Theophrastum; B ita nimia præconia clariores animos nudant, et spoliant virtutum fructibus. Vergunt, et propendent pleniore aristæ ad humum, ita qui virtute sunt insignes, humiliores evadunt; hirudo quippe Joanni Climaco est vana gloria, et a Græcis inter capitalia vitia recensetur, ut jam præfatus sum, et ipse sanctus Nilus, p. 36, narrat. 3, ab ea corrumpi recte facta, veramque gloriam fuscæ tradit. Proprio præsertim sordescit laus in ore; unde sanctus Cyprianus ad Donatum scribit odiosam esse in proprias laudes jactationem; et Plinius junior, lib. ii, epist. 9, quod maguilicum referente alio foret, ipso qui gessit referente, vanescere; recteque Salomon, c. xxii, v. 2 Proverbiorum admonet, Ἐγκωμιαζέτωσθε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα, ἀλλότριος καὶ μὴ τὰ εἰ χεῖλη, id est, *Laudet te alienus, et non os tuum, extraneus, et non labia tua.* Sanctus vero Clemens Romanus *Epist. ad Corinth.*, p. 39, 49 et 50, Ταπεινῶφρων μὴ ἐαυτῷ μαρτυρεῖτω, ἀλλ' ἐαυτῷ ὅφ' ἐτέρου μαρτυρεῖσθω id est, *Qui mente præditus est humili, non de seipso testimonium ferat, sed abs alio sibi velit ipsi testimonium præberi.* Nilus itaque, quæ pie macerando carnem, et exercendo se una cum Theodulo in montis Sinai monasteriis, inque Patrum synaxibus (colligebantur enim Dominicis diebus unum in cœtium, pariterque congregati monachi, ac μονάζοντες, communicabant sacris mysteriis, uti narrat διηγῆσαι tertia Nilus, p. 38; neque diffusetur delirus ille Apostata Spalaten. tom. I, p. 378 *De repub. ecclesiast.*) peregerat, Deo soli nota esse cupiens, taciturnitate premit. Cum vero maritus et uxor sint duo in carne una, et pater ac filii una, eademque persona censeatur ex artificio, ac figmento juris etiam civilis, quin et commento naturæ prehensantis immortalitatem procreatione similis, l. final. C. *De impuber. et al. substitut.*, § *Ei vero institut. de inutil. stipulat.*, § *Sed sui ibidem, de hæred. qualit.* patrisque vox, sit vox filii, qui pater-norum viscerum portio est, ex Aristotele, lib. v *Ethic.*, et in quo parentes reviviscunt, et quemadmodum magis oblectantur, ita plus torquentur in ipso; filiorum certe dignitas, laus, atque gloria communis est patri. Uti Justinianus refert *Authenticis Constitut. quæ dignitatib.*, § *Generaliter*, ubi gloss.

et ad I. *Sed Julianus, § Quod dicitur D. ad S. C. A Macedonian.* Hinc arguo Nilum nec de rebus a se, filioque Theodulo inibi sancte gestis, neque de conjugis, filiarum præclaris et religiosis actibus quidquam litterarum monumentis consignasse, adeo modeste de se, suisque sentiebat, adeo exacte humilitatem colebat; mirari satis non possum, quod ipse totum illud tempus, quo in monte Sinai diversatus est, ante Barbarorum incursionem, quæ, ut computo, accidit a C. N. 410, sicque quinquennium, quod peregit in Narratione secunda, 662 pag. 17, verbis istis describit: Αὐτὴ μὴ τῆς ἡσυχίας ταύτης ἐποίησεν ἐραστὴν, καὶ πρὸς τὴν ποθομένην ὠδήγησεν ἐρημίαν, καὶ μέχρι πολλοῦ παρεσκευάσεν διατῆσθαι ἡδέως γαλήνης ἀπαραύοντα πολλῆς, καὶ οὐρίῳ πνεύματι πρὸς τὸν σκοπὸν εὐθουόμενον ἕως, etc. *Talis (potioris nempe boni cupiditas) me quietis istius fecit amatorem, et ad desideratam deduxit solitudinem, multumque per tempus effecit inhabitare libenter, multa fruentem tranquillitate, secundoque spiritu directum ad scopum, donec: ubi multum per tempus intelligo integram Olympiadem quo impleret præscriptum μονάζουσαι, seu νεωτέροις monachis intervallum. Interea vero sanctus Joannes Chrysostomus in exsilio Comanæ decesserat anno C. N. 407, sicut admonui. Obierat et Constantinopoli Kalend. Maiis, quamvis ascribant i Kalend. Septembris, qui Theophanem sequuntur, anno subsequenti 408, Arcadius Augustus viduus, e Codice Theodosiano, et successerat Theodosius in Eoi administratione imperii. Eudoxia vero Augusta putabatur anno 404 demortua, sed ad 409, biennio post sancti Joannis obitum, e vita migrasse Spondanus evincit ad illum annum 404, num. 16, et ad annum 407, num. 7. Opinor autem tam a Nilo, quam a Theodulo fuisse servatum jejunium apprime. Certe illud delineat, p. 33, c. 14 et pag. 16 tractat. *De monast. exercitat.*, posteaquam insectatus est catillones delicatos exquisitorum ciborum, et condimentorum assecias, gulæ ac gastrimargiæ penitus addictos, tam graphice, quod custodiebant monachi per cellulas ibidem, ut sub oculos ponat. Jejunio profecto revocatur homo ad paradisum, ex quo propter intemperantiam fuit ejectus. Jejunium est vitæ cœlestis atrium. Eo (ut est testis sanctus Basilius) propulsantur tentationes diaboli, Christi milites armantur ad pietatem, opifex est illud temperantiæ et continentię. Certe sanctus hic doctor adeo abstinentia excelluit, ut spiritu tantum vivens, præter ossa et pellem, nulla præterea corporis parte constare videretur. Præter:itio quæ congerit eloquentissimus ille antistes in ejus commendationem, ἐν λόγοις πατρὶ τῆς νηστείας, id est, in sermonibus de jejunio, qui conferendus est cum Tertulliano, pag. 190, *Ad martyres*; sancto Hieronymo in Epistolis, in primis cum sancto Ambrosio, qui eum imitatur, lib. *De Elia et jejunio*. Inter exercitationes monachorum principem illud obtinet locum, mentemque luminibus spiritualibus illustrat ac præparat ad excipienda*

A Spiritus sancti dona, vanitatibus attritis, ac velut erasis, et sordibus emundatam. Quod si omnis qui contendit in agone ab omnibus se abstinere, ut corruptibilem accipiat coronam, et currit in stadio; Apostolus ita scribit I Cor. ix, 25, quanto magis debent monachi operam dare abstinentiæ, jejunioque corpus affligere, domare atque macerare, ut donentur incorrupto et immarcescibili diademate. Inter spiritus octo malitiæ, sive peccata capitalia primas ducit gula jejunio adversa, ut ipse Nilus collocaat in tractatu de illis suo, et quemadmodum est ea ostium aliorum criminum, 663 ita jejunium janua est aliarum virtutum; Elias, Moyses, et Christus Dominus jejunio se præmunierunt: primus, cum ad Deum confugit in montem Dei, sive Oreb, meminit Joannes Climacus ardui et inaccessi, qui distabat septuaginta: milliaribus a castro, in quem locum secesserat Stephanus a cella sua migrans ad radicem montis, ad quem Elias propheta Deum viderat, tum ad cellam suam reversus est, de Elia, et spelunca, in qua ille delusit fugiendo Jesabel, III Reg. xvi, 9. Petrus a Valle, tom. I, fol. 80. Secundus progressus ad Sinai cacumen, Exod. xxxiv, 2, saxeam volumen, rupices paginas Decalogi, ut loquitur Salvianus lib. *De gubernatione Dei*, p. 22, accepit a Deo. Christus autem vindex et assertor generis humani jejunans in deserta solitudine cum Satana congressus ipsum devicit, et exarmans debellavit, edixitque discipulis suis dæmoniorum genus mutum, et allidens non ejici nisi in jejunio et oratione, Marc. ix, 28. Joannes patriarcha Constantinopolitanus popularem auram captans anno 553, et jejunatoris, sive νηστουτοῦ sibi cognomen asciscens, usque ad 597 annum id gestare perhonorificum existimavit, et illo se suis plebibus plus æquo venditavit. Sed de jejunio qui coluit id tam exinie, ac ei deditus ita fuit, ut quoties cibus sumendus esset, toties tormentum subire videretur, sanctus Bernardus fusius agit in eo nimirum exercitatissimus. Sunt enim eloquentes potissimum homines in eo quod sciunt, sermone 30 ad Cantica canturum. Jejunio itaque sunt usi Nilus et Theodulus pro ætatis cujusque ratione ac modo, æmulati sanctum etiam Petrum, qui non satis fuit amare flere, potumque suum lacrymis admiscere, verum et amarum lupinis quoque se pascere voluit, uti canit Gregorius Nazianzenus *Iambic. carm.* 18. Quid Petrum cujus cibus erant lupini unico asse, hoc est decem minis, sive uncis empti ex Billii versione, p. 1380, qui putat eum ex apocrypho quodam hausisse libro, p. 1387. Sed Gregorius refert in oratione quoque *De amore paupertatis*, tom. I, pag. 457. Sanctus etiam Matthæus semina et summa olerum fastigia comedebat, uti sanctus Joannes Baptista, seu arborum vertices efflorescentes, aut locustas et mel agreste manducabat, auctore Clemente Alexandrino, lib. II *Pædagog.*, p. 64. Ca-

cumea arborum explementum esse ventris, Seneca, A epist. 3, notat et pro ἀκρίδων voce, id est, locustarum, ἀκρα δρυῶν alii legunt seu gemmas, flosculos, et extrema novellarum arborum, apud sanctum Matthæum c. iii, v. 4. Nicephor. lib. v, c. 44. *Historiar.*; Cujac. ad l. *Qui venenum* 236, § *Glandis D. de verb. signific.*; Isidorus Pelusiota, epist. 5 et 132; Baronius cardinalis ad ann. C. N. 31, ubi Spoudan. num. 6; Kimedonius apud Theophylactum Simocattam scholasticum, epist. 11, veritit ἀκρίδας male cicadas; Ebionitæ in Evangelio Matthæi legebant ἐγκρίδας, id est, ἐπίχουτα, seu mellita, vel *mel sylvestre*; sanctus Epiphanius, hæres. 50, p. 138, de ἀκροῖς δρυῶν; Crusius, lib. 1 *Germano Græciæ*, orat. *De ling. Græc.*, p. 11, 664 e Pantalione ac Gregorio in Matthæum. Sed Crusius hæreticus, et Evangelium illud Hebraicum, et a Nazaræis adulteratum, uti monet sanctus Epiphanius ibi. Est autem locusta insecti genus alas habens infirmas ad volandum. Verum in solitudinibus montis Sinai monachi τῶν ἀκροδρυῶν τὰ χρήσιμα, καὶ διαμένειν δυνάμενα, τῇ τοιαύτῃ φυλάττοντες χρειᾶ ἀνύουσι, siccaut monachi nempe πρὸς τροφὴν χειμερινήν, id est, ad alimentum hibernum baccarum sylvestrium, seu extremitatum arborum eas, quæ usui sunt, et perdurare possunt, servantes; ut illis victitent, teste Nilo, Narrat. iv, p. 46, et barbari Arabes coquebant monachos easdem sibi deferre; illos inter quidam jussit puerum ministrantem senibus monachis συναγαγεῖν αὐτῶν τινὰ τῶν ἐκχυθέντων ἀκροδρυῶν, p. 48, colligere sibi quædam humi fusa læstigia, seu summitates arborum, tum crudeliter eam trucidavit. Verisimillimum autem est inedia, et abstinentiam, quam a monachis usurpatam depingit ipse detestans voracitatem, et delicias epulonum, opiparos mensarum lautiorum apparatus, et liquorum misturam simul contemptorum, ac in odorum, colorum, et qualitatum differentias ad inflammandam libidinem, Nilum observasse cum Theodulo, p. 51 et 54; quin et ad vitam sustentandam crudis oleribus, καὶ ἀκροδρυῶς, seu capitibus tenerarum stirpium famem obsonare aliorum exemplo, et sitim aqua perennis venæ restinguere solitum.

Eremus quidem, imo eremi permultæ subtus Sinai et Oreb pandebantur planæ atque latissime diffusæ, quæ diversa nomina sortiebantur a vicinis etiam oppidis, et montibus, uti desertum Zin, quod et Cades, desertum Pharan, cujus sunt et campestria, desertum Ziph, Juda, Idumææ, Judææ Bethlehem, Engaddi, etc. Illis in solitudinibus pauci loci remotique deligebantur ab his qui monasticam debebant vitam, procul ab urbibus, et civium multitudine, ne contagio quodam polluerentur vitiorum inter eos excrescentium, ibi quidam fixere sibi tuguria, μετόχια, cellas, aut παραλάουρα, sive lauras, de quibus Combeffs in Vita sancti Hiacynthi Amastren., p. 150, quasi maga-

lia, sive mapalia Numidarum Afrorum, de quibus Sallustius *De bell. Jugurth.*, p. 95, quæ pro tuguriis erant, quasi navium carinæ, et ex alveis earum inversis plerumque. Servius in Virgil., Isidor., Vossius in Etymolog. Hinc lemma cardinalis S. R. E. jurisconsultiissimi Seraphini Olivarii, qui ratem inversam qua se tegeter assumpsit, et hemisticbiam: *Vexerat illa prius*. Ex his tuguriis cognomen traxere Calybitæ, quos inter celeberrimus est Romæ Joannes, qui sibi καλύβην ἀπὸ τοῦ καλύπτειν, id est, a latitando, seu gurgustiolum in Tiberina construxit insula, ubi tam diu delituit ille filius Eutropii et Theodoræ, divitum civium Constantinopolitanorum, ab abbate acœmetense proficiscenæ Hierosolymas, ad pietatem excitatus et conversus, donec tandem a matre fuit agnitus indicio codicis Evangelii, et ad cœlum migravit die 15 Januarii, qua colitur ejus memoria juxta idem Martyrol Romanum, ubi cardinalis Baronius e 665 Lipomano, Surio, et Nicephoro Callisti; floruit circa annum C. N. 457, seu 461, e Cedreno sub Marciano imperatore, quin et sub Leone, dictusque fuit et propter Deum pauper. Card. Sirletus ejus Vitam et Græca Latinam reddidit ex manuscripto monasterii Cryptæferratæ, cujus auctor a Galesinio existimatur Simeon Logotheta, seu Metaphrastes; antiquior censetur a Bollando, quia se Joannis temporibus vixisse asserit, a quo Metaphrastes exscripserit. Incipit *Viri justii Vita*. Vitam aliam e Vaticano exemplari Latine versam edidit alla puriorem, ut putat, Rosweyodus; ejus exordium est, *Res est sane tyrannica*. Comperies utramque apud Bollandum. Chiffletius in Bisunt. antiq. ad annum C. N. 1521, die 17 Aprilis, refert decanum Ecclesiæ Bisuntinæ missum fuisse ad dnos Græcos episcopos, Avenionem, ut interpretarentur inscriptionem Græcam thecæ, ubi caput sancti Joannis Calybitæ Bisuntium deportatum fuerat inclusum: ejusdem Vitæ Compendium est in Menæo ms. Bibl. BB. p. 138, post Nili εἰς τὴν ἀναίρεσιν διήγημα, p. 99. Alii monachi utcumque vivebant sub nativis antrorum tectis, pauci frumentum norant, nummus Cæsaris ignorabatur (Synesius nomen ignotum tradit imperatorum, nec ullo erat in usu); olera et baccæ summarum stirpium mutuo tradebantur, inter eos rarus panis, nulla illic invidia, nulla ambitio. Desertum etiam Thecuc non longe ab Herodio vico, seu castello, neque procul ab Hierosolymis, ita nuncupatum a Thecuc vico, sive urbe montosa, cujus ager ferax est olearum prope Arabiam: solitudo est, quæ a Bethlehem Juda separatur 6 seu 7 milliario, et ab Hierosolymis nono; ex Josepho *Belli Judaici*, lib. vii, c. 25, et *Antiq. Judaic.* lib. ix, c. 1. Amos propheta in diebus Oziz regis Juda, et Jeroboam filii Joas regis Israel ante duos annos terræmotus, c. 1, et c. vii, v. 14, ait se in pastoribus de Thecuc fuisse armentarium vellicantem sycomoros, et electum a Domino cum sequeretur gregem; Thecuc quoque fuit patria Habacuc pro-

phetae, et mulieris sapientis Thecultidis inde appellatae, quae placavit Davidem iratum filio Absalon, qui fratrem suum Ammon occiderat, II. Reg. xiv, ubi Cornelius a Lapide, Ruffino Tapha, Josepho, lib. viii *Antiq. Θέκος* in Vita sua Θέκος, olim Thecuah Pererio.

Eo in deserto commorabantur monachi, qui a Saracenis trucidati fuerunt; quemadmodum narrat Cassianus, lib. iv *De vita Patrum*, relatum e collatione sexta de nece Patrum seu sanctorum, ex Theodoro abbate, deque pia concertatione super sanctorum reliquiis ibi agit. Et hunc librum esse suspicor Theodori episcopi Massiliae de certaminibus martyrum, quem exstare in vetustissimis Ecclesiae Bergomatis monumentis testatur Galesinius in adnotationibus ad Martyrolog. iv Non. Januarii; Theodorum quidem episcopum Massiliae a quinto ad sextum usque saeculum a Rufo historiographo eruditissimo in *Historia Massilien.* pag. 321, invenio; sed et meminit episcopi Massiliensis Theodori saepius Gregorius Turonensis 666 eodem tempore, lib. vi, c. 2 *Hist. Franc.*, et passim, unde antiquiorem istum Theodorum opinor episcopum Massiliensem, et ex abbate censerem ad episcopatum fuisse pro-
 vectum, sive raptum, uti tunc moris erat, etiam invitum, ideoque magis dignum, cum forsitan ad illud emporium Galliarum Graecis habitatum colonis et legibus gubernatum appulisset, ex Aegypto cum Cassiano sancti Joannis Chrysostomi diacono, qui consuluerat istum Theodorum, et nominat virum singularem in conversatione actuali, affirmans eundem habitasse in Cellis, qui locus inter Nitriam et Scythiam situs a monasterio Nitriae quinque millibus distans, octoginta millium solitudine dirimitur ab eremo Scythiae, in qua Cassianus agebat; et apud Henricum Canisium lib. v *Antiq. lection. in Hist. Peregrinus* commemoratur, de qua superius actum est, pag. 615, ubi de Nitria, deque Oase, de qua et Theodorus Lector in Collectaneis haec habet: Σηπεδόνι τὸν σῶμα διέφθειρε Νεστόριος, καὶ ἀνακλήσεις ἀπὸ Ὁάσεως (male legitur Ἐασέως), ἐφ' ᾧ μεταστῆναι εἰς ἕτερον τόπον, τῷ θανάτῳ προέλαβις τὴν ἀνάκλησιν id est: Nestorius putredine infectus perit in corpore, et revocatus ab Oase, cum transferretur alium in locum, antevertit morte regressum, seu revocationem. Ista sunt verba Cassiani, quibus delineat Thecuiticam eremum: «Thecue desertum in Palaestinae partibus juxta Thecue vicum (an muratam civitatem, quam exstruxit Roboam rex, II Paral. xi, 6, Amos prophetae patriam) solitudo vastissima est usque ad Arabiam et mare Mortuum, quo ingressa deficiunt fluenta Jordanis et alvei siti faciunt haem, et cineres Sodomorum, amplissima extensione porrecta. Hujus solitudinis mentio fit II Paral. xx, 20, et II Machab. ix, 33. In hac summæ vitæ ac sanctitatis viri monachi diutissime commorantes repente sunt a discurrentibus Saracenorum latrunculis interempti, » etc. Sed inferius de his agam pluribus.

A Nilus quidem anno Christi 410, quo incursio Saracenorum sub Theodosio Juniore contigit, cum in Sina degeret, jam senex erat, ut ipse narrat. 6, pag. 92, apud Possinum fatetur ex aliorum sententia, ubi scribit: Ἦν δὲ κάγω βάδην ἐκόμενος τοῖς προστείχουσιν, ὡς μὲν ἴσως φήσειεν ἄλλος ἀδυναμία, τοὺς μᾶλλον ἰσχύοντας οὐ φθάων ἀσθενεῖα τοῦ γῆρως, id est, Ego vero sequebar pedetentim praecurrentes, ut quidem fortasse diceret alius, pro impotentia non valens assequi eos, qui majoribus erant praediti viribus, ob senectutis imbecillitatem: quemadmodum et subducto calculo mox comprobabo illum affecta tum aetate fuisse. Nam cum ad praefecturae munus evectus fuit, ut astrueham supra, sub anno C. N. 403, etsi leges annales, sive annariae, quibus praescripta erat aetas, qua peterentur honores, uti canit ille tam Julia, quam Pompeia, et aliae, de quibus in l. *Cum lege D. de arbit.* et l. *Quidam consulebat, 57 D. de re judicat.*, ubi Duarenus, non observabantur adamussim, illisque solvebant imperatores, ut erant nonnunquam dissoluti, candidatos, vel etiam probi et justii, cum virtus non 667 exspectabat annos, sed anteibat (de legibus illis satis egi fuse in Diatriba de S. R. E. cardinalium aetate), attamen eas cum Rosino, lib. vii, cap. 9 *Antiquit. Roman.* pag. 697, arbitror annum saltem 42 exegisse in praefectura urbis, sicut et in senatoria dignitate; sed liquet ex epitaphio Pantagathi, qui concilio Arausicano secundo subscripserat, anno C. N. 529; exstat illud incisum marmori Vasloni; ultimique duo isti leguntur versus:

*Abstulit hunc rebus decimo mors invida lustro,
 Namque senatoris posuit post cingula vitam.*

Nempe cum a senibus nomen mite senatus habeat, inter quadragesimum et quinquagesimum annum senecta videtur incipere. Plato novem posuit aetates hominis; quarto anno infantiam, ablactate post triennium,

*Mater alit puerum trimum trimoque minorem,
 Majorem vero pascere patriæ erit.*

l. II Machab. gloss. in c. ex litteris 2. Gregorii IX, extra *De convers. infid.* ascribit decenni pueritiam, decem et octo annos nato, adolescentuli ævum, adolescentiam agenti 25 annos, florenti 36, crudo seni 55, seni sexaginta quinque; decrepito quod superest vitæ, et ista refert Elias Cretensis in oratione decima nona Gregorii Nazianzeni, p. 139, qui addit: «Quoniam igitur quadragesimo quarto anno perficimur, et postea deficere incipimus merito igitur tempus istud humanæ naturæ vitam esse defini-
 nit.» Sanctus Augustinus, epist. 110, hæc se locutum esse refert, sex aetates hominis enumerando. «Verumtamen in infantia speratur pueritia, et in pueritia speratur adolescentia, et in adolescentia speratur juvenus, et in juventute speratur gravitas, et in gravitate speratur senectus, etc. Senectus autem aliam aetatem, quam speret, non habet, » etc. Ubi gravitatis nomine senectam intelligit, et sene-

ctutis vocabulo, senium; nam qui gravis Latinis, Græcis πρεσβύτης vocatur; qui vero senex, seu seminec, γηραιός, ut docet idem sanctus in Enarratione psalmi septuagesimi, p. 276, sive quasi γῆν ὁρῶν, vel εἰς γῆν βέων, *terram aspiciens*, atque cernens, aut *in terram fluens*.

Itaque plusquam quadragenarium Nilum præfecturæ munere functum arbitror, sive quadraginta duos annos attigisse, cum ad vicesimum quintum usque annum operam dedisset liberalibus disciplinis, et juris scientiæ, adolescentens nimirum ideo excusabantur ab honoribus, usque ad illum ætatis annum, l. 1, C. *Qui ætate se excusant*. lib. X. C. Justinianæ ἐγκύκλια vocabantur circulares disciplinæ, grammatica, rhetorica, dialectica, tum mathematicæ. Ipse Nilus, epist. 43, l. IX. Allatii ad Dominum juniorem, ubi male μετὰ [τῆν] τῶν ἐγκυκλίων παιδεύειν, καὶ τῆν τῶν φιλοσοφουμένων ἐκμάθησιν, id est, *Post emensa studia circularium disciplinarum, et rerum philosophicarum doctrinam, vertitur encyclicorum*. In Vita sancti Joannis Climaci disciplina encyclica memoratur et dicitur quæ orbem disciplinarum perficere, ac ἐγκυκλοπαιδεύειν postea trivium et quadrivium appellabantur. Nilum dein uxorem duxisse censeo anno ætatis 30, colligens scilicet plus minus ipsum 668 Nilum in lucem prodisse an. C. N. 360. Suscepit autem filium in primis e conjuge sua, gravissima et honestissima matrona, tum filiam. Honor præfecturæ maturam ætatem requirebat, nec præmatura venera juventutem enervari reipublicæ intererat. Effluxerant autem, cum ingruit illa procella incursionis Arabiæ sub Theodosio minori Augusto, anni a Christo nato 410; nam quando Nilus una cum filio Theodulo, quietis appetens, Sinzum montem adiit, annus a Christo nato elaborabatur 405, quinquennium nempe usque ad annum 410 transit; numerabat vero tunc Nilus ætatis suæ annos quinquaginta plus minus. Theodulus autem primigenius non solum annis erat non facile minor quindecim, ut putat R. P. Possinus in Notis ad Narrationes, pag. 167, quo tempore fuit a Barbaris captus, verum adultam agebat ætatem exactis adolescentiæ annis 18, et quod excurrit, nempe ad illius exitum properabat, quemadmodum Nilus inchoarat quinquagesimum. Horatius profecto dulcissimus poeta pangebatur, integrum se laudare formam muliebrem, cavere iniqui suspicari

*Cujus octavum trepidavit ætas
Claudere iustrum;*

anno quippe quadragesimo constantem ætatem, sive gravem decurrere, juventutis robor vergere significans. Ad oppidum Sucam quidem cum pervenissent Barbari, qui captum Theodulum venum exponebant, isque redemptus foret a quodam miserto ipsius inactandi, et lacrymantis, rursusque divenditus, in manus iterum ementis episcopi Elusæ transisset. Hic antistes, captus, præclara ejus indole, ac pietatis expertus, adhibuit eum Ecclesiæ ministrum,

A namque ut Agaso narravit Nilo haud procul ab Elusa, Ὁ παῖς εἰρηται μὲν τελεῖν ἐν τῷ ἱερατικῷ τάγματι τὰς πρώτας τῶς [ὀπηρεσίας] τῶν νεωχόρων (lego νεωχόρων πεπιστευμένος, id est nempe *Theodulus tuus filius dicitur quidem ministrare in ordine sacro, cum ipsi credita sint prima munia custodiæ templi*. Neωχόροι apud ethnicos æditui, aut æditimi, qui ædium sacrarum curam gerebant, verrendo illas, expurgando, et emundando ac exornando; nam κορεῖν non tantum significat vertere, ac mundare scopis, apud Suidam, Matthæi XI, Lucæ XV, sed et καλλύνειν, id est *exornare*; hoc nomine vocabantur a profanis hi, quibus commissæ erant ædes etiam sacræ ab his habitæ, custodiendæ; auctor est scholiastes Aristophanis. Theocritus νεωκορῶν nominat munus ipsum æditui, aut æditimi, de quo Servius in *Virgil.* f. 748, illi πύλωροι, et νεωφύλακες, id est *ostiarii, templorum custodes*; ita testatur A. Gellius lib. XII *Noct. Atticar.* c. 14; et θυρωροί, id est janitores ad aperiendas et claudendas januas, portarii appellantur, IV Reg. VII, et I Paral. IX, XVI 42; dicti fuerunt, et προπόλοι, deorum cultores, qui tuebantur ædes sacras, Turnebo c. 21, lib. 1, *Adversar.*, Sophocli, et Aristophani in *Νεφέλαις*, et in Πλούτῳ, ac Herodoto, servi, famuli templa custodientes, imo ancillæ, quæ præcedunt heras; nummus exstat Gordiani A. 3, ubi legitur Σαρδιαίων νεωχόρων apud Seguinum p. 23, *Select. numis.*, id est *adjutorum*, ut ille vult, et penes Oconem. Illustrissimus 669 Falconerius in Notis ad inscriptiones Athleticas, p. 47, arguit Ægium, quod νέων προστασίαν verterit templorum præfecturam, seu præsulatum, pro νέων, id est, juvenum principatu, quod recte liquet e nummo Severi A. quem mox profert, ubi legitur Περγαμηνῶν νεωχόρων ἐπιστάτης p. 48 et p. 57, p. 105 et p. 111, ubi laudat Alberti Rubenii Diatribam de Urb. Neocoris, Julium Firmicum *De errore profan. relig.* et Actorum apostol. c. XII, ibique Theophylactum, qui νεωχόρον interpretatur τερρόδουλον. Adi et Spanhemium cursim eos commemorantem, p. 307, *De numism.*

Est in Ecclesia ostiariatus ordo apud Latinos, cujus in formula p. 16 Pontificalis Romani, munus designatur, aperiendi materialibus clavibus ecclesiam et ostiario traduntur claves, quas indit seris portarum, easque mox obserat et reserat; sanctus Laurentius levita, seu diaconus gratias agebat Deo, quia januas ejus ingredi meruerat; apud Græcos etiam exclamat diaconus θύρας, θύρας, id est, *portas portas*, obserans illas, ne quis infidelis introeat; R. P. Goar. ord. sancti Dominici in *Eucholog.* variis lectionibus adnotat, p. 248, arbitraturque Græcam Ecclesiam habuisse ut officia, ostiariatum, exorcistatum, et acolythatum, indicaria a sancto Dionysio Areopagita, c. 3 *Hierarch. eccles.*, sancto Ignatio in Epistola ad Antiochen.; et sancto Epiphano ἐν συντόμῳ ἀληθεῖ λόγῳ p. 465, ubi vocat θυρωροὺς et Patres concilii Laodicensis, c. 14, sess. 15, cantores, seu κανονικοὺς ψάλτας, ac ab Eusebio etiam lib. VI

Hist. ecclēs. cap. 3, p. 237. Simeon Thessalonicensis officia tantum nuncupat exigens χειροθεσίαν, et non χειροτονίαν, ubi εύχη λεγομένη έν τῇ εισόδῳ πρό τῆς συνήθους έντὶ ἀνοίξει ναοῦ έν ᾧ συνέθη *manuum positionem*, et non *extensionem*. *Oratio dicenda in ingressu ante consuetam, dum aperitur janua templi, statim ac fuerit congressus*. Putat Goar in lectoris ordine illos includi, et hos ordines unica benedictione conferri, quamvis et formulam deputati, atque ceroferrarii ordinandi, deinde inserat diversam ab ἀναγνώστου sive lectoris seu cantoris formula; eamque opinionem Arcudius, lib. x, fusius explanat, diaconulum lectorem appellatum addens; Billius in oratione decima sancti Gregorii Nazianzeni gradum lectoris recenset p. 373; θυρωρὸς ostiarius dicitur in Catalogo Ecclesiæ Officiali, et διαθάρης seu διαθάρης id est *transiens*, seu *circuator*, lectorque minor. Adjungitur a Goare, pag. 140, formula benedicendi œconomum, id est ecclesiæ cuiusdam, seu secundum diaconum, p. 140. Exorcistatus ordo seu officium apud Græcos episcopos committitur presbyteris; œconomi officia, sacrorumque vasorum ac ecclesiæ custodis, diaconuli, seu diaconi secundi, ac minoris, et ostiariatus (ad quem pertinet illa inscriptio Gruteri p. 106, num. 6: *Hic quiescit Ursatius ustuarius pro ostiario*, nisi legendum sit *bustuarius*. Cyrillus in Lexico. Visitur ea inscriptio Treviris ad sanctum Paulum); continentur eminenter, ac implicite in ordine lectoris, sive ἀναγνώστου. Goar in Eucholog. agit et de *καυδηλάπτῃ*, seu **670** accensore cereorum, et *Ἐκκλησιάρχῃ*, qui *σημαντήρῳ*, id est signo convocat populum ad ecclesiam e Justino in *Dialogo cum Tryphone*, Tertulliano *De corona militis*, et ad *Scapulam*.

Lector in pulpito legit ea, quæ prædicat, seu lectiones sacras, verbumque Dei, et lectiones easdem cantat, et benedicit panem, et omnes fructus novos e Pontificali Romano; quondam legebat Evangelium in Africa ex epist. 33 et 34 sancti Cypriani, ut notat Magri, qui Notitia sua ecclesiastica falso citat concilium Toletanum primum; in eo namque contrarium can. 1 et 2 comperi, λέτὸν κατὰ πᾶν e Balsamone appellatum affirmat; ostiarii munus tradit Isidorus Hispalensis in epistola ad Lanfredum. Cardinalis Baronius fuse de ostiariis, et lectoribus ad annum Christi 44, p. 77, n. 13 et 34, ubi de officiis cantorum et laborantium ex epistola sancti Ignatii ad Polycarpum, et sancto Epiphanio, qui copiatæ et fossarii, deque notariis et defensoribus, ac psalmistis, uti Hallier, p. 369 et 374. Sanctus Hieronymus, sive quis alius inter ejus opera Epistolæ ad Rusticum Narbonensem auctor, de septem gradibus, primum ecclesiæ clericorum ordinem statuit fossariorum, secundum ostiariorum; non sunt tamen ullo insignes ordine fossores κοπιᾶται sancto Ignatio in epistola ad Antiochenos, quam rejicit Vossius, at Mestræus appro-

bat vertens laborantes, seu sandopilarios. Κοπιᾶταις scribit in Compendio sanctus Epiphanius οἱ τὰ σώματα περιστέλλοντες τῶν κοιμωμένων, qui corpora efferunt mortuorum curantes cadavera, terræque mandantes e Justiniano Novell. 43 et 59; Cujac. ad. c. 1 et 2, *De vit. et honest. clericorum*, et ad c. 1 *Qui cler. vel vovent*. Spondanus in Epitome ad ann. Christi 44, et *De cæmet. sacr.* lib. v, cap. 9, part. II; sanctus Hieronymus de muliere septies icta epistola 49 ad Innocent. in Act. apost. c. ix, imitatione Tobię; in *Roma subterranea* Maius et Calligonus fossores enuntiantur, ex epitaphio, pag. 437 et p. 529. Trodms fossor cum bipalio, seu ligone depictus est, et ascribitur fossor per ὑπερ-θασμὸν trajectis litteris, ubi Severanus illum cum Trophimo Christi discipulo ex Actis apostolorum perperam miscet in Notis Purgationis Cæciliani. Gesta post Optatum p. 266, fossores memorant; et p. 271 Saturninum fossorem. In *Roma* quoque *subterranea*, p. 408, Celerinus foss. et 409 Anastasius et Antiochus foss., et p. 495 et 439 psaltæ, psalmicines, Sidonio, unde psalmistatus officium; nam qui Christianos inhumabant, de traditione psalmos concinebant; sanctus Hieronymus in Vita sancti Antonii κοπιῶντας; sanctus Epiphanius, Bellarmin., tom. V, lib. i, c. 1, controvers. 85.

Ad ostiarios redeundum, quibus claves traduntur, qui pulsant cymbalum et campanam, et aperiunt librum ei qui prædicat. E Pontificali, mos erat ecclesiasticus circulo claves appendi sancto Petro, ex ejus imaginibus, quas exhibet Alemannus, in *Dissertatione de pariet. Lateranen.*, aut e baltheo summi pontificis, ut in Vita Paschalis II, codice Vaticano 3622, **671** Romæ celebris scriptor Vitæ aliquot pontificum Pandulphus ostiarius qui erat sæculo XII. Fuerunt olim circum arcam et templum ostiarii, I Paral. xvi, dicti janitores a januis, portarii a portis, ostiarii ab ostiis I Paral. ix, 22; I Esdr. III, 24, *Ad limina fidi Custodes* Virgil. l. xxvi § 1. *D. de ann. legatis* et § *Est autem institut. de actionib. c. Clericos*, 21 dist.; ex Isidoro Hispalen. c. *Ostiarius* 23 dist. c. *Perlectis*, 25 dist. ubi de basilicariis, basilicarum ostiariis, et de matriculariis, vulgo *marquilliers* a matricula sive albo, in quo describebantur, licet alii deducant a marculo, quod eos, qui marculo fores pulsabant, observarent. Lucius, in *Placit. Curia*, lib. i, tit. 5 et 6; Colvius in *Notis ad Sidon.*

Erant ostiarii profani, et ostiariæ II Reg. iv, et in sancti Joannis Evangelio c. x et xviii, apud Gallos *Huissiers*; de illis Rocheflavyn. l. II *Institut. Parliament.* cap. 16, num. 22. De ædituis autem Varro lib. vi *De ling. Lat.* et lib. vii, cum Josephi Scalligeri Conjectaneis, Fest. in V. *Ædituus* et *Æditimus*. Anagnostæ, seu lectores continebant officia penes Græcos, horum omnium, ut sæpius repetii, officiorum, seu potius ordinum minorum ostiariatus, et exorcistatus, quo expellendi dæmonas, immundosque spiritus a corporibus obsessis dabatur

potestas his qui eo initiabantur. Exorcistæ quidem a Latinis *adjurantes* vocati sunt, quia super catechumenos, qui baptizati erant, vel super energumenos, qui vexabantur a dæmonibus, invocabant nomen Domini Jesu, ut ab his egrederentur. Isidorus, c. 12, lib. vii *Etymolog. c. Clericos*, 21 dist. Formula solemnissima qua exorcistæ ordinabantur exstat in c. *Exorcista*, ibidem; Salomon quemdam modum exorcizandi adinvenit, conjurabatque dæmonas illo utens; Zonar. tom. I, fol. 21, *Χρονικ.*, ubi de annulo Eleazari e Josepho, *Antiq. Judaic. lib. viii, cap. 2*, qui de ipso exorcizante coram Vespasiano, ejusque filiis. At cap. xix Actor. mentio fit circumeuntium Indæorum exorcistarum, qui erant septem filii Scevæ principis sacerdotum, et invocantur super eos qui habebant spiritus malos, nomen Domini Jesu, tentantes adjurare, sed irrito conatu, v. 23 et sequentibus. In baptismo autem exorcismus fiebat, cum magno jurejurando, jurabant in nomen Christi catechumeni, et exsufflabatur dæmon, imponebaturque manus a presbytero, ut 4 dist. gloss. in c. *Pervenit*, 30, q. 1. Polydor. Virgilius c. 4 et 5, lib. iv *De inventor. rerum*; Cujac. ad c. 5 *De cognat. spiritual.* Hodie vero catechismi, et exorcismi solennes sunt baptismo conjuncti, et statim ac editi sumus in lucem, aut post triduum saltem, adhibetur utrumque, dum sacris tingimur lymphis; Franc. Connan. lib. viii *Commentar. Jur. c. 5 n. 2*. At exorcismi energumenorum formula exstat in Rituali Romano ad calcem. Eminentissimus quoque cardinalis Bona, sapientissime, ac prudentissime disserit, de iudiciis atque signis energumenorum, de discretione spirituum lib. Aureo, cap. 41, num. 14; Ulpian. in l. 1, *D. de var. et extraordin. cognit.*: « Si incantavit, si imprecatus est, si, ut vulgari **672** impositorum (ita nuncupabat Christianos) verbo utar *exorcizavit*; » erat Ulpianus infensus Christianis, unde collegit septimo libro *De officio procons.* rescripta principum de pœnis Christianorum; e Lactantio, Cujac. cap. 54 lib. x *Observat. de exorcismis et energumenis*; Alciat. lib. viii *Parerg.* cap. 23. Adde Hippocratem lib. *Περὶ πνευμάτων*. Romano concilio sub Silvestro papa interfuere acolythi 44, exorcistæ 22, lectores Urbis 90, notarii 14; sub Cornelio papa in Ecclesia Romana erant acolythi 22, exorcistæ et lectores cum ostiariis 52; fuse cap. 10, lib. ii *Prænest. antiq.*; concilio Arelaten. sub eodem Silvestro papa subscripsit cum Damazate, seu Dafno episcopo ex provincia Viennense civitate Vasion, Victor exorcista, et alii ad annum C. N. 326. Acolythatus, vel ceroserarii munus, cui ab episcopo porrigitur et traditur candelabrum cum candela extincta, et urceolus vacuus ad suggerendum vinum et aquam in Eucharistiam sanguinis Christi, de quo satis egi superque c. 5 Corollarii secundi *De Agnis Dei*, et cardinalis Baronius ad annum 58; cum deputato, et *καθηλάπη*, ac *λαοσυνάκτη* et *ἐκκλησιάρχῃ* miscent Græci. Per Onesimum acolythum, Paulus misit

A epistolas suas ad Colossenses, et ad Thessalonicenses duas, nominans eum in Epistola ad Philemonem; fuit hic Onesimus episcopus Ephesi, martyrque Romæ, e Martyrologio Romano 15 Februarii; per Epiphanium lectorem ad Philippenses, eorumque fit mentio in argumentis. Erat id munus litteras perferendi episcoporum ad Ecclesias inunctum lectoribus, acolythis, ac subdiaconis, ut ostendit sanctus Cyprianus epist. 16, in qua de Celerino acolytho ad diaconatum postea promotus: de quo Euseb. et Martyrolog. Rom. 3 Februarii, ubi cardinalis Baronius, qui et ad annum 49 in Annal. (an ille qui superius fos. Celerinus) 24 et 25: quamvis de cursore illam ad rem eligendo scripserit sanctus Ignatius, epistola ad Polycarpum 21; tabellarios episcoporum, seu legatos, litterarumque latores comperio acolythos apud sanctum Augustinum, epistola 104 ad Sixtum, cui rescriptum suum misit per Albinum acolythum. Clemens tertius papa in antiq. Collectione 2, apud Ant. August. lib. vii *Decretalium*, tit. 7 *De concess. Præben. ad Remensem archiepiscopum*, c. 4: « Insinavit nobis (seribit) dilectus filius noster C. nepos et acolythus noster. »

Minorum istorum ordinum meminere sanctus Marcus in Liturgia, Clemens Romanus in constitutionibus, *στηνέτωσαν δὲ οἱ μὲν πύλωποι εἰς τὰς εἰσόδους τῶν ἀνδρῶν*. Assistant autem ostiarii ad ingressus virorum, et Canones apostolorum jam laudati; fuse de his doctissimus Hallier episcopus Camblicensis, p. 364, in altera parte *De sacris electionibus, et ordinationib.* sect. 1, c. 1, artic. 1. Sanctus Gregorius Nazianzenus orat. 48, narrat sanctum Cyprianum Magnum, antequam pastor fieret, *πυλωποῦν* fuisse delectum, id est, ædituum, uti Billius in Notis exponit. Ministrum, nimirum, cui templi expurgandi et verrendi munus incumberebat, uno verbo ostiarius; **673** huic Adhelmus, c. 15 *De laudib. virginitatis*, et Hallier p. 366 assentiuntur, sed acta præconem et expositorem sacrorum, id est lectorem perhibent. Deinde vero diaconum, nequitquam pastorem, seu pontificem, Martyrolog. Rom. die 26 Septembris; ubi cardinalis Baronius adnotat Græcos Patres Antiochenam Cyprianum Magnum Justinæ procum confunderi solitos cum Carthaginensi præsule, sicut idem Billius, qui sanctum Gregorium Nazianzenum, quoad potuit, excusare nisus est. De gradu æditui sanctus Paulinus Nolanus, epist. 6 ad Severum. Græci recentiores, lectores tantum agnoscunt, at veteres ostiarium præterea, et exorcistam, atque acolythum, teste Hallier, pag. 585 *De gradibus presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum et lectorum*. Elias Gretensis in decimam orationem sancti Gregorii Nazianzeni, pag. 373. Sanctus Dionysius Areopagita, cap. 5 *Eccles. hierarch.* parte II, vocat *ἐκκλησιαστικῶν λειτουργῶν*, id est, *selectos ministros*, id est, presbyteros, vel diaconos, aliosque adjungit, minores scilicet, qui sanctuarii foribus astant, et aliis ministrant,

secundum οὐκείν τάξιν, id est, *proprium ordinem*, sicuti subdiaconos qui minores reliquos comprehendebant, e Pachymere, atque Maximo in scholiis.

Quorsum iste cinnus, atque farrago de ostiariis, lectoribus, exorcistis, et aliis? nisi ut oeconomiam Romanæque providam dispensationem Ecclesiæ magis ac magis admirer, atque suspiciam, quæ Spiritus sancti afflato instinctu inferiores gradus fossoriorum, seu fossorum, et psalmistarum (de quorum muniis vide c. ultim. Pontificalis Romani, etc.) officiis deputavit, at superiores accensuit inter ordines, fixæ stabiliens, minoresque nuncupavit, aliis tribus sacris majorum nomen imponens. Caius etenim pontifex Maximus, Dalmata, ex genere Diocletiani Augusti, ad annum C. 283, in cryptis habitando, seu catacumbis, ut vocant, sed, ut ego arbitror, catatumbis; id est, ad tumbas, seu tumulos (tumba enim vox est sancti Gregorii, quæ tumulum significat: et ita sensit cardinalis Baronius in Notis ad 3 Januarii Martyrol. Roman., quamvis Latinus καταύμβον dictum velit, veluti coneavum, apud Magri in Notitia), cum fugeret persecutionem, constituit ut ordines omnes in Ecclesia sic ascenderent. Si quis episcopus esse mereretur, esset ostiarius, lector, exorcista; sequens, id est, acolythus, subdiaconus; diaconus, presbyter, et episcopus exinde ordinaretur. Ex Anastasio, sive auctore Vitæ pont. Rom. pag. 15. Silvester postea in concilio Romano c. 7, et Patres Carthaginensis synodi quartæ totidem numeraverunt. Cardinalis Baronius refert ad annum C. N. 44, n. 34. Pie ac ingeniose Landulphus Carthusianus parte 1 *Vitæ Christi*, c. 65, e sancto Ambrosio, lectoris munus præstitisse testatur Christum Dominum, quando legit in synagoga ipse versiculum primum capituli sexagesimi primi Isaïæ, et narrat sanctus Lucas, ix, 18 Evangelii; ostiarium etiam, quando ejecit vendentes, et ementes de templo; exorcistam, expellendo dæmonas e corporibus **674** hominum; acolythum, seu ceroferarium, se lucem veram ostentando; et ita quatuor munia minorum ordinum exercuisse. Erat in eo quippe potestas excellentiæ, id est, ministerii principalis secundum quod erat homo; nam in quantum Deus habebat potestatem auctoritatis; sic loquuntur scholastici, ut explicat P. Philippus a Sanctissima

Trinitate part. III *De sacramentis in genere*, quæst. 64, art. 3. Implevit etiam munera Christus subdiaconi, quando præcinxit se linteo, et pedes discipulorum lavit; diaconi, quando in cœna corpus et sanguinem suum discipulis ministravit; presbyteri denique cum panem et vinum in corpus et sanguinem suum mutavit, et episcopi animarum nostrarum, cum uti pontifex in ara crucis se obtulit Patri, sacerdotio etenim fungebatur vero; cardinalis Oreggius tractat. 5, part. III, cap. 15, quæst. 1.

logi. Præpositus, in c. 15. dist. 13, tradit octo fuisse gradus, quibus ascendebatur ad portam templi ex Ezechiele c. xl, et totidem fore dignitates, quibus proceditur ad papatum, sive summum pontificatum, nempe parochiam, decanatum, archidiaconatum, seu præposituram, abbatiam, episcopatum, archiepiscopatum, primum et patriarchatum. Leo Alfatus contendit, et probat lib. *De ætat. et interst. Græcorum*, lectorem non ordinandum seu Ἀναγνώστην eum, qui 18 annos ætatis, vel 20 non explesset, e Nomocanone Photii, Notisque Balsamonis, e Basilicis, eque Novella præsertim 237 Justiniani apud Græcos, p. 36 et 59. Unde, sicuti jam asserui, Theodulus Nili filius ad νεωχώρων proventus, in ordine sacro, munus, impositum sibi a sacerdote divinarum mysteriorum Christi, cum impigre illud obiret, et ὑπηρεσίας πρώτας, ministeria prima sive ostiarii, et æditui, atque lectoris, quæ mutuo sese complecebantur, exerceret studiose, magnamque concitaret spem profectus, cum brevi tempore multa virtutum præbuisset specimina, et id omnibus foret, propter bonos, probosque mores; consequitur certius eum exegisse decem et octo annos, imo et viginti.

Hactenus primam paginam Vitæ sancti Nili abbatis pervolvi, nunc ad alteram pergo. Si prius observaverim recentiores Græcos, qui Romanæ malunt Ecclesiæ reliquarum matri adhærere, nec ab ea revelli discindique gaudent, lectoratum cum prima tonsura conferre, ut in Euchologio, ubi τάξις χειροτονίας τοῦ ἀναγνώστου in primis κελεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ο.ο. εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, id est, *Tondetur servus Dei N. N. in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*; lectoris et cantoris est eadem formula, huic datur liber Psalmorum, seu Psalterium, illi Epistolarum, seu Epistolarium cum oratione: Κύριε, ὁς αὐτῷ μετὰ πάσης σοφίας καὶ συνέσεως τῶν θελῶν σου λόγων τὴν μελέτην καὶ τὴν ἀνάγνωσιν ποιεῖσθαι; id est: *Domine, da isti cum omni sapientia, et 675 prudentia divinarum tuorum mysteriorum meditationem, et lectionem executioni mandare*. Inclusi sunt in subdiaconatu comprehensique alii duo minores ordines, ostiarius ac acolythatus, et utitur ordinans hisce verbis; Κύριε, ὁς αὐτῷ ἀγάπην καὶ εὐπρέπειαν οἴκου σου, παριστάναί ταις ὑπάραι τῷ ναοῦ τοῦ ἁγίου σου, ἀνάπτειν λύχνον σκηνώματος δόξης σου; id est: *Domine, da isti charitatem, et decorem domus tuæ, ut assistat januis templi sancti tui, et accendat lucernam tabernaculi gloriæ tuæ*. Exorcistarum autem presbyteratui conjungunt tam super catechumenos, quam et super energumenos. Atque hoc modo sensim appropinquant, et accedunt ad Romanam Ecclesiam parentem benignissimam, ut accepi ab illustrissimo domino Onuphrio Constantino archiepiscopo Deberitano; et revocant, atque renovant, quoad possunt, veterem illam hierarchiam similem Romanæ, quæ vigeat, et efflorescebat in primævis illis Ecclesiæ Græcæ nascentis exordiis, cujusque penes SS. Dionysium,

Ignatium, et Clementem, aliosque Græcos Patres existant vestigia et argumenta, cum Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis unanimes et contesseratæ, atque fœderatæ vinculo charitatis, et glutine veræ concordiæ consociarentur, tanquam duæ olivæ, de quibus Zacharias, et Nilus ipse in Epistola supe-

De tentatione S. Nili abbatis, et reliqua vita, et morte, atque sepulcro.

Uno spiritu non potuit vitæ Nili transcurri ac exuperari: clivus est altior et excelsior; levavit quippe vir eximius oculos ad montes erigens, suosque gressus direxit ad rupes, et saxa præalta, et sublimia cum Theodulo filio, vere Dei servo. Tantisper igitur conquiescendum fuit una cum illis in Sinaiticis jugis, in montibus Dei, in quibus illi solitaria vitæ prægustabant suavissimam dulcedinem. Itaque Nili patria, nomine, studiis, dignitate, conjugio, prole, virtutibus, conversione, rebusque, quoad assequi potui, gestis, hucusque transactis, colligendus est fructus tirocinii monastici, in eoque percipiendo, et excerpto, et quidquid vitæ superfuit recensendo, juvat operam navare strenuam, donec ad metam perveniam, ultimamque lineam ducam, et sepulcra componam.

Intentator est malorum Deus, uti scribit sanctus Jacobus apostolus in epist. v, 13. Tentavit tamen Abraham Gen. xxii, 1 seqq. super Isaac filio suo unigenito, quem diligebat unice, ut pia ejus obedientia 676 probaretur sæculis in notitiam profertenda; atque observant sanctus Augustinus, lib. xvi *De civitate Dei*, c. 32, et sanctus Joannes Chrysostomus, hom. 4 in *Genes.*, non autem ipsi Deo, cui nota erat ejus fides singularis. Tentari quoque permisit Deus servum suum Job (toto libro Job), sed fidelis Altissimus, neque patitur quemquam tentari supra id quod potest, facit etiam cum tentatione proventum, sic enim probat velut explorans justorum fidem, e sancto Paulo II Cor. x, 13; et e sancto Augustino, serm. II *De verbis Domini in Matthæum* x, ut eos coronet. Sancto Ambrosio teste, lib. IV *De Abrah.*, c. 8, nec sustinet, sinitque in tentationem eos induci, vel εἰσεπέμψη, ut sanctus Augustinus exponit c. 9, lib. II *De serm. Domini in monte*, nec omnino immittit, seu relinquit virgam peccatorum super sortem justorum, e psal. cxxiv, 3, ut explicat eloquentissime sanctus Gregorius Nazianzenus, orat. I, p. 388.

Tentavit etiam Nilum Deus super filio suo Theodulo; ut ambo pretiosiores invenirentur auro, quod per ignem probatur, e sancto Petro (I Petr. I, 7). Cecinerat profanus, et relegatus ille poeta:

*Silicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.*

Hancque tempestatem procellosam consecuta est mirabilis tranquillitas, illæsique fuerunt ambo in aquis validis, II Esdr. IX, 41. Duæ sunt potissimum in universo terrarum orbe regiones, quæ variis in sæculis tres notissimas. et cohærentes invicem il-

lius prolata, seu duo candelabra lucentia etiam in terris ante Dominum Dominatorem, *Apocalyps.* XI, 4, quæ ut resarciatur divina miseratione tandem aliquando, quemadmodum toto affectu, intimoque precor ex animo, sic et ominor perlubenter.

alius partes, Europam, Asiam et Africam inundarunt superfusis examinibus populorum exinde prosectorum; Cimbrica nempe Chersonesus a septentrione; ab austro autem Arabia, quæ, saltem Felix, Peninsula videtur, hinc sinu Arabico, sive mari Erythræo, illinc sinu Persico, tum ab oceano Indico abluta et circumsepta; cum Petra et Deserta; nam in has tres tota dividitur Arabia, perque istas duas adhæret Palæstinæ, ac Syriæ, a qua dirimitur Euphrate fluvio interfluente; Chersonesum Cimbricam a Cimbris dictam populis, quo nomine Germani vocant τῶς ληστᾶς, id est, latrones, si qua fides Plutarcho in *Mario*, arbitror esse ollam succensam, quam præviderat Jeremias a facie aquilonis c. I, v. 13. Certe Scandia, sive Scandinavia (ita enim nuncupatur hæc peninsula inter mare Balticum, seu Codanum sinum, et oceanum septentrionalem extensa Plinio et Solino) cognominatur vagina gentium, et officina nationum, quia sicut innuit Jornandes (an Gordianus diaconus, qui scripsit de rebus Geticis?), ex ea nimirum innumerabilis hominum multitudo diversis temporibus prosiliit, et per totum, quam late patet, telluris habitabilis spatium inde commigravit, neve repetam effusos exinde Cimbro, Ambronas, et Teutonas, a Catulo variis præliis attritos, et a C. Mario ad internecionem usque deletos in provincia Narbonense, dum Gallias pervagati, et Germaniam, invaderent Italiam sub ænnum ab Urbe condita 650, et ante Christum natum 102, testantibus 677 Plutarcho in *Mario*, p. 140; Velleio, lib. II, pag. 149; Justino, lib. XLVIII, pag. 224; Annæo Floro, lib. III. c. 3; Plinio, lib. IV, c. 14; Paulo Orosio, lib. V, c. 16; Eutropio in Epitome Liviana; Berthauda in *Flor. Gall.* lib. II, c. 4. Cum Decius Trajanus imperaret, Gothi ex eadem peninsula orti, deductique in Scythiam, tum Getis immisti, Gothique appellati, quasi γόττες, id est magi, sive incantatores, eum devicerunt. Mox a Claudio, Proboque domiti, et crediti Gog et Magog, quos prænuntiabat Ezechiel c. xxxviii et xxxix, et de quibus agit sanctus Joannes, *Apocalyp.* XX, 7; sanctus Augustinus lib. XX *De civit. Dei*, c. 11; Orosius, lib. VII, c. 39, fortunaque cum Romanis orbi dominantibus nunc prospera, quandoque adversa pugnantes Valentem fuderunt, dein Constantinopolim obsederunt, inde Romam ceperunt, et obliuerunt sub regibus, donec a Narsete subacti, et exterminati fuerunt in Italia. Quæ autem eorum portio in Narbonense provincia subsederat, quæ ab his Langothia nomen fuit sortita, postea in

Hispaniam transgressa cum Alanis et Vandalis, A gentilibus suis, et Gothalanæ, seu Cataloniae nomen dedit, et Vandalisæ imposuit, et in Tarracoenensi, ac Toletana regnum Gothorum constituit, quod ad Austriacos pervenit: Vandali etiam inde trajicientes in Africam, ea potiti, Romam diripuerunt, et Africam occuparunt, quousque Belisarius, jussu Justiniani Augusti eos abolerit. Ne recenseam Gallias, in quibus adhuc rerum potiuntur Franci e Scandinavia, seu Cimbrica Chersoneso progressi etiam, propagatique, uti Turnebus affirmat cap. 57, lib. xxiv *Adversar.* postquam in Germaniam diffusi, commorati fuissent ibidem, et Franconia nomen indidissent, Belgicam aggressi, Celticam quoque, ac Aquitanicam, Narbonensemque ceperunt, et florentissimum regnum fundaverunt; nec enim Anglos, qui Britannias, nec Longobardos, qui occuparunt Italiam postmodum commemorabo, regnisque ibi conditis eandem originem agnoscunt; omittam præterea Herulos, Burgundos, Normannos, Hunnos, Bulgaros, et alios populos, qui ex eo fonte manarunt, nominaque sua posuerunt in terris.

Ad Arabiam me convertito, quæ quasi Ereps, id est, occidua et tenebrosa, ut Scaliger vult in Festum, in quam Pompeius penetrans, Agarenos vicerat, Saracenos dein appellatos non ab Agar ancilla, vel Sara uxore Abrahami, a qua se gloriabantur progenitos (e Sozomeno), verum a voce Arabica Sarak, quasi furaces, et ἁγριχοῦς, e Scaligero in *Euseb. Chron.*, quin et Scenitas a tentoriis, sub quibus degunt, nuncupatos ἀπὸ τῶν σκητῶν. Augustus eos tentavit, canente Virgilio:

Omnia Arabs, omnes vertterunt terga Sabæi.

Æneid. lib. ix.

... *Inferre parant lacrymabile bellum,
Hircanisæ Arabisive.*

Æneid. vii.

At Propertius in *Eleg. ad Musam* lib. ii,

Et domus intactæ te tremat Arabiæ.

Trajanus Arabiam domitam redegit in provinciam obtritit Agarenis, 678 et magna ejus regionis parte occupata; testatur id Sextus Rufus, et antiquum numisma, in quo legitur, Arabia acquisita. Novam deinde provinciam fecit Severus Augustus, qui sibi titulum Arabici assumpsit, ut in Apparatu historico arcus triumphalis erecti ad ipsius honorem adnotavi. Vagabantur quidem Arabes, seu Saraceni semper, et in vicina excurrebant oppida, vicosque; rapti viventes, prædasque convectantes, quin viatoribus insidiantes. Nomadesque sicut Scythæ denominati sunt, ut arguit P. Combes ad Nicetam in Vita sancti Hyacinthi Amastrien., p. 15; Romanumque inceserunt imperium, excusso jugo, magisque cum copiis irruentes, Ismaelitarum ascito nomine ab Ismaele, post Mahometis, qui per ascensorem cameli videtur designari Isaiaæ xxi, 8, non solum Hegiram, seu fugam, verum etiam mortem Cynicam, et fabulis inumbratam, an. C. N. plus minus 631; nam Syriam et Ægyptum Saracenorum

calipharum, mox Sultanorum ductu sibi subdiderunt anno 634, et Persidem anno 659, imo totam obtinuerunt Africam, et depulsis Romanis, Mauritanias, et Numidiam, mistique Vandalis ibi superstitionibus, communicatis nominibus, uti superstitionibus, Christi Domini divinitatem abnegantes, in Hispanias trajecerunt, et in Gallias, donec eos Carolus Martialis an Tudes? tam celebri contudit, extinxitque prælio. Imo Siciliam, et Romam ipsam diripuerunt, ac vastarunt, magnamque Græciam detinuerunt. Ideo Vaginam Vandalorum, id est, Saracenorum, seu Maurorum sub Carolo Magno fuisse P. Guesnai in Mæria Magdalena Massiliense advena, p. 562, dictam fuisse Africam affirmat, et ego fuse probo in *Dissertatione de patrimonio pont. Rom. in provinc. Narbonense.* Antea præluserant variis excursionibus vexantes Syriam, et Palæstinam, habitantes in tentoriis, Isaiaæ xiii, 20. Latrones Arabum, qui castra invaserant, omnes majores natu filios Joram regis Juda interfecerunt, Arabum scilicet, qui confuses sunt Æthiopicibus; nam duplex est Æthiopia: post Ægyptum altera, in finibus Palæstinæ, seu Terræ Sanctæ et Sinai; alia, sive Mædian, a qua Saphora uxor Moysis, Æthiopissa dicta c. ii Exod. et c. xii Numeror. De hac in psal. lxxvii: « Æthiopia præveniet manus ejus Deo, » ubi Genebrardus, vide Allatum in: *Hexæmerum Eustath.* pag. 328; quatuor Arabum genera describit La Valle part. iii, epist. 11, p. 482, qui hodieque grassantur. Sed ad coævus Nili regrediamur, quos inter Vopiscus nominat Blemmies gentes Barbaras in Aureliano, et Plinius, lib. v, c. 8, Blemyes vocat populos Æthiopiæ versus austrum a *Blemy* uno e ducibus Dionysii nomen mutuatos, e Strabone, l. xxii, et Stephan. *De urbib.* capitibus carentes. Claudianus feros vocitat, et locat inter Meroen ac Syenen, in *Carmine de Nilo.* Blemyas subegit Probus, eorumque captivos Romam transmisit, qui mirabilem sui visum stupenti populo Romano præbuerunt; de his ista Mæmertinius dixit in *Genethiaco Maximiliani.* Non istæ modo, aliæque gentes viribus, armisque terribiles, 679 fiducia instructæ ad perniciem humanitatis utuntur, sed etiam Blemii (ut audio) levibus modo assueti sagittis adversus Æthiopes, quæruunt, quæ non habent arma, et pene nudis odiis prælia internecina committunt. De his Sulpitius Severus dial. 1, c. 15. Præmonui dudum p. 659, sub imperio Diocletiani, et Petro episcopo Alexandrinam Ecclesiam regente martyre, qui occubuit anno C. N. 310, monachos summæ virtutis ac sanctitatis in solitudine Thecæ interemptos a discurrentibus Saracenorum latronculis e collatione 6 Cassiani c. 1 et 2. Cardinalis Baronius in notis ad Matyrologium, diebus 14 Januarii, 19 Februarii, et 16 et 28 Maii, refert incursiones varias Saracenorum, e quibus prima est ista sub Diocletiano ad annum C. N. 303, de qua Cassianus agit, in Thecæ, ejusque Græci meminerunt in Menologio, die 14 Januarii hisce verbis: Ἦρὸ δὲ χρόνων πολλῶν ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλη-

τιανοῦ τοῦ βασιλέως, καὶ Πέτρου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἀνηρέθησαν, καὶ ἕτεροι Ἑσυχάζοντες, καὶ αὐτοὶ ἐν τῷ Σινᾷ ὄρει. Ἐξεληθόντες γὰρ οἱ κατοικοῦντες καὶ αὐτοὶ ἐν τῷ Σινᾷ ὄρει Σαρακηνοὶ, ἀποθανόντος τοῦ φυλάρχου αὐτῶν, πολλοὺς ἐφόνευσαν τῶν ἀσκητῶν. τῶν δὲ λοιπῶν φυγόντων εἰς τὸ ὄχυρωμα, ἐφάνη τοῖς Σαρακηνοῖς διὰ τῆς νυκτὸς φλόξ πυρρὴ κατακαίουσα ὄλον τὸ ὄρος. ἡ δὲ φλόξ ἀνήρχετο ἕως τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἰδόντες οἱ Σαρακηνοὶ ἐφοβήθησαν, καὶ ρίψαντες τὰ ὄπλα αὐτῶν ἔφυγον. Οἱ δὲ πρῶτον σφαγέντες ἦσαν τριάκοντα ὅκτω ἔχοντες πληγὰς διαφόρους ἐν τοῖς σώμασιν αὐτῶν· ἐξ αὐτῶν δὲ ἠρέθησαν δύο ζῶντες, Σάββας καὶ Ἠσαίας· οἱ δὲ φονευθέντες οἱ μὲν τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν τελείως, τῶν δὲ ἐκ τοῦ ἐνδὸς μέρους ἐκράτει τὸ δέρμα, ἄλλοι μέσον ἐκόπησαν· οὗς εἶψαν οἱ δύο μοναχοί, τὰ περὶ αὐτῶν εἰπόντες· ἰδὲ est: *Multis ante temporibus (scilicet priusquam occiderentur a Barbaris Blemmiis vocitatis sub Theodosio A. monachi, cum quibus erat Nilus), sub imperio Diocletiani Augusti, et Petro Alexandriae archiepiscopo cæsi fuerunt, et alii tranquillam vitam degentes, et ipsi quoque in Sina monte. Egressi etenim qui et habitant prope Sina montem Saraceni, mortuo ipsorum tribus præfecto, plurimos trucidarunt exercitationi monasticæ deditos; reliquis autem in munitionem profugientibus, visa suit Saracenis flamma universum amburens montem, eaque ad cælum usque assurgebat. Id videntes Saraceni extimuerunt, et suis armis abjectis aufugerunt. Qui vero primum occisi fuerunt triginta octo erant, variis vulneribus concisi suis in corporibus. Ex his porro duo vivi superfuerunt, Sabbas et Esaias: interfectis autem quibusdam caput penitus est amputatum, aliquorum vero ex una parte cutis retinebatur, aliis dimidium exciderant. Eos sepelierunt duo monachi, qui dixerunt quæcunque illis contigerunt. Ammonius presbyter, et monachus Ægyptius, ac martyr cum sancto Petro episcopo, atque martyre Alexandrino, ex Eusebio lib. viii, c. 9 Hist. eccles., cujus martyrium Latine R.P. Franciscus Combesis laudatissimus, et Gallice R.P. Nicolaus Le Sueur accuratissimus reddiderunt, ambo ejusdem ordinis: Ammonius, inquam, fortassis ille, cujus animam in cælum deferri vidit sanctus Antonius, e sancto Athanasio 680 in ejus Vita, et Suidas, æque Vitis Patrum, p. 130, cardin. Baronius in Martyrologio Rom. ad Kalendas Septembris, istorum monachorum cædem Ægyptia lingua, enarratam sibi ab Sabba et Isaia, descripsit; inventam vero Naucratæ (ea urbs est, quæ et Naucratis, in Ægypto Pollucis grammatici, cujus est Onomasticon dicatum imperatori Commodo, sub quo ille floruit, et nomus mediterraneus intra Deltam ab ea nuncupatur et ostium Nili, quod et Canopicum. Plinio, Straboni, et Stephano auctoribus) descriptionem hanc apud anachoretam quemdam Joannes presbyter Græce vertit. Ille Ammonius cellulam habebat in Canopo; est hoc oppidum Ægypti haud procul ab Alexandria, et fugiens atro-*

cem persecutionem Diocletiani adversus Christianos, adit in Palastinam adoraturus sacra Christi Domini monumenta; hinc perrexit ad montem Sina, in cujus solitudine, ac vertice monachi degent, quorum vitam angelicam depingit; tum narrat ut Saraceni, cum eorum dux e vita migrasset, in solitudinibus Getrab, Chober, et Cedar, aliisque sancto monti proximis, obvios quosque peremerint, cumque in sanctum montem pergerent, cui præerat Dulas, dictus ob mansuetudinem Moyses in Turri, oborta subito flamma cum fumo terruit Barbaros, qui ab incepto destiterunt itinere; post eorum recessum exiens e Turri Dulas cum monachis, reperit triginta octo monachos occisos, e quibus duodecim in Getrab monasterio jacebant, et passim dispersi alii, spirantes præterea duos, Sabbam scilicet ac Isaïam, e quibus obiit Isaïas confestim, at Sabbas, cum cladem recensuisset, sic quoque decessit quadraginta post dies, ita ut quadragesimum numerum monachorum cæsorum impleverint, et hæc omnia contigisse affirmat die secunda mensis Tybi, quæ computatur ab Ægyptiis 14 Januarii. Adjungit hic Ammonius stragem aliam sibi ab altero narratam monacho, qui viderat, et confugerat, editam a Barbaris, monachorum in solitudine Raithu in Arabia Petræa, Ptolemæo Ratheni, sive ut in Basili Menologio legitur, et in Romano, in Ægypto, quia sita est in mari Rubro, seu ad litus maris Rubri, et vult P. Augustinus Lubinus, probatque, referente Domino Michaeli Antonio Baudrand, geographo peritissimo in Lexico. Ea solitudo c. xv Exodi vocatur Elim, fuitque secunda statio, seu mansio Hebræorum, ubi erant duodecim fontes, et septuaginta palmæ, quæ succreverunt in silvam, ubi Moyses monachus, ejusque discipulus Psoes, et Joseph Ephesus mira patrarunt opera. In ea tercentum Blemmyæ transvecti nave ad Clisma, quæ arx est Arabum, ex Æthiopiis, et Ela urbe Arabiæ Petrææ, ubi olim legio Romana subsidebat, Stephano teste *De urbibus*, irruentes fuderunt Pharanitas, qui sese tuebantur, cum refugissent intra murum Paulo Petræo duce atque hortatore, et illic obsessos interemerunt, et Jeremiam; dein ipsum Paulum. Ille monachus, qui exploraverat ista, sese abscondit sub ramis palmarum, viditque latitans Salathielem occidi; 681 cumque Barbari receptui euentes edita strage monachorum, navem non invenissent, a sexcentis Pharanitis ad unum necati sunt: tunc erumpens iste Ammonius monachos cæsos comperit 39 et quadragesimum Domnum, qui mox animam exhalavit; Andreæ quidem vulnera, quia non erant letalia, fuerunt curata, et Orion illæsus deprehensus supervixit, ac una cum Obediæne, atque primoribus Pharanitarum. corpora quadraginta iidem monachorum Christiano ritu gestando palmas, hymnosque concinendo, tumularunt: inibi autem perstiterunt religiosus Obedien, et Orion, ac Andreas. Verum cum ista rescivisset ab illo

monacho profugo, et αὐτόπη, id est, qui propriis oculis viderat, Ammonius in Ægyptum ad tugurium suum reversus est, et Ægyptio conscripsit idiome, ejusque λόγος; de ista cæde versus Græce, ut indicavi a P. Combefis Græca Latineque Parisiis editus fuit anno 1660 in octavo, et a P. Le Sueur Gallice ibidem, eodemque anno e codicibus manuscriptis Regio, Mazzarino, et Segueriano post Acta sanctorum Eustachii, seu Placidi, et Theopistes, sive Tatianæ conjugis, et Laudationem Nicetæ Paphlagonis insertam. Incipit λόγος Ammonii, Ἐγένετό μοι, desinitque, τῷ ἀμαρτωλῷ. Martyrologium Romanum die 14 Januarii hæc habet: « In monte Sina sanctorum triginta octo monachorum a Saracenis ob Christi fidem interfectorum. In Ægypto in Raithi regione sanctorum xliii monachorum, qui pro Christiana religione a Blemmiis occisi sunt; » ibi tam in monte Sina, quam in Raithi reponendus est numerus quadraginta monachorum, ut constat e narratione suprascripta, et sic ad octuaginta numerantur. Meminit Petrus La Valle monasterii cum ecclesia sub titulo Quadraginta martyrum in Sina, tom. I, epist. 11, p. 287, primorum scilicet, quoad mihi conjectura licet assequi. Confirmatur hæc excursio sub Diocletiano verbis hisce Nili, describentis eam, quæ sub Theodosio, id est ævo suo evenit, ἀνηρέθησαν δὲ ἄλλοι πρὸς πλείονων ἐτῶν, id est, *interfecti vero alii (monachi nimirum) ante plures annos, quorum memoria eadem die (nempe septima post Epiphaniam, seu decimaquarta Januarii) celebratur, ne tanta ex intercapedine crebrioribus conventibus multitudo piorum confluens fatigaretur; sed de Cassiano, et Thecuc, ac Raythuni superius actum est iterum iterumque apposite ad primam istam excursionem, sub anno autem C. N. 303. Miraberis autem, quod in Martyrologio Romano ad 28 Maii locata sit secunda incursio ista Saracenorum ita concepta: « Thecuc in Palæstina sanctorum monachorum martyrum, qui tempore Theodosii Junioris a Saracenis occisi sunt, quorum sacras reliquias accolæ colligentes, summa veneratione illas habuerunt, » cum in Menologio Græco referantur ista die decima quarta Januarii: Οἱ τοὶ τὸν ἀσκητικὸν βίον ποθοῦντες, πᾶσι τοῖς τοῦ κόσμου χαίρειν εἰπόντες, κατῴκουν τὴν ἔρημον. Μεθ' ὧν ἦν ὁ μακάριος Νεῖλος ἑπάρχος ἡσυχώως Κωνσταντινουπόλεως, ὁ καὶ δυνάμει λόγον, καὶ τοῦ ἀγίου Πνεύματος χάριτι, κάλλιστι συγγράμματα ἐκθείς πρὸς 682 ἀσκησιν ἐκαλεῖσθαι καὶ τὴν διαγωγὴν, καὶ ἀλχηλωσῆαι, καὶ ἀναρῆσιν τῶν ὁσίων Πατέρων τούτων διαρῆσας. Οἱ τοὶ γὰρ ἀνηρέθησαν ὑπὸ τῶν βαρβάρων ὄντων λεγομένων Βλεμμύων, ἀπὸ Ἀραβίας ἕως Αἰγύπτου καὶ θαλάσσης Ἐρυθρᾶς κατὰ τὴν ἔρημον παραταταμένων. Isti desiderantes vitam exercitationis monasticæ, cunctis mundi rebus valedicentes, habitaverunt in solitudine, cum quibus erat beatus Nilus, qui et vi copiose dicendi, et sancti Spiritus gratia præditus, pul-*

cherrimos Commentarios composuit, qui ad exercitationem præparant et conversationem; et captivitatem et cædem sanctorum Patrum descripsit. Hi quippe monachi necati fuerunt a Barbaris, nuncupatis Blemmiis ab Arabia usque ad Ægyptum et mare Rubrum, juxta solitudinem excurrentibus. Et cum Nilus ipse circumstantias omnes cædium, quæ acciderunt, quia tunc aderat in Sina monte, ac commiserans, eas spectabat, nominatimque monachos interfectos aliquot enumerans, tempus quoque adjiciat decimam quartam diem Januarii, ut retuli, adjungatque, πάντως γὰρ τοῖς ἐδλαβέσιν ἢ μάθησις καὶ τοῦ χρόνου καὶ τῶν ὀνομάτων σπουδαίεται, κοινωρεῖν ταῖς μνήμας τῶν ἀγίων ἐθέλουσιν. id est, *omnino namque a devotis studiose queritur scientia temporis nominumque, volentibus (scilicet) memoriarum sanctorum fieri participes; tres tantum nominat cæsos, Theodulum presbyterum, Paulum, et Joannem, postea nominat septem p. 87, quibus a P. Le Sueur octavus adnectitur Isaac. Id vero arbitror evenisse, quia qui Martyrol. Roman. contexerunt diem sepulturæ adnotatum diligenter observarunt, isque confusus fuit cum eo, quo sub Diocletiano, ut mox memorabimus, a Barbaris occisi fuerunt alii monachi, et una, eademque celebritate concursus fiebat ad loca martyrum istorum sanguine perfusa, vel tamulis nobilitata; ne pii viatores propter longinqua itinerum spatia sæpius lassarentur, sicut e Nilo retuli, et e Menæis liquet, adnotatque cardinalis Baronius. Dies autem sepulturæ universorum non statim post cædem fuit; erant quippe sparsi varia per tuguria singuli, et tres tantum ad Sina fuere trucidati, alii procul in suis tuguriis, nec inverisimile videtur a die 14 Januarii, ad diem 28 Maii, remotiorum funera fuisse protracta, in perquirendis enim corporibus, et comportandis, diuturnum consumptum est tempus, nec tutum erat eo munere defunctos prosequi, et multitudinem cære fidelium ad cohonestandas exsequias, donec quies esset a Barbaris impetrata, ipsorumque dux adeundus, et orandus erat, ut ex Epitome, quam mox subjiciam, narrationis a Nilo ipso concinnatæ patebit. Dies autem istos Romani Martyrologii collectores cum rescivissent, anxie religioseque conservarunt, tam cum de hac incursione sub Theodosio agunt, de qua sanctus Augustinus, epist. 122 ad Victorianum; Nicephor. Callisti, lib. xiv, cap. 54; et cardinalis Baronius, in Annal. ad an. 410; ac sanctus Hieronym. in Vit. Patrum quam cum de aliis Saracenorum incursum, deque subsecutis monachorum cædibus tractant; nam die decima nona Februarii legitur in Martyrologio 683 eodem, commemoratio sanctorum monachorum, et aliorum martyrum, qui a Saracenis sub duce Alemundaro sævissime cæsi sunt ob fidem Christi. Ejus meminerunt Nicephorus Callisti, lib. xvi, c. 35; auctor Historiæ Miscellæ lib. xv, p. 921, e Theophaue, et statuunt annum decimum nonum Anastasii, C. N. 508; Cedrenus annum decimum*

ciutis vocabulo, senium; nam qui gravis Latinis, Græcis πρεσβύτης vocatur; qui vero senex, seu seminec, γηραιός, ut docet idem sanctus in Enarratione psalmi septuagesimi, p. 276, sive quasi γῆν ὀρῶν, vel εἰς γῆν βέων, *terram aspiciens*, atque cernens, aut in *terram fluens*.

Itaque plusquam quadragenarium Nilum præfecturæ munere functum arbitror, sive quadraginta duos annos attigisse, cum ad vicesimum quintum usque annum operam dedisset liberalibus disciplinis, et juris scientiæ, adolescentes nimirum ideo excusabantur ab honoribus, usque ad illum ætatis annum, l. 1, C. *Qui ætate se excusant*, lib. x. C. Justinianæ ἐγκύκλια vocabantur circulares disciplinæ, grammatica, rhetorica, dialectica, tum mathematicæ. Ipse Nilus, epist. 43, l. ix. Allatii ad Dominum juniorem, ubi male μετὰ [τῆν] τῶν ἐγκυκλίων παιδευσιν, καὶ τῆν τῶν φιλοσοφουμένων ἐκμάθησιν, id est, *Post emensa studia circularium disciplinarum, et rerum philosophicarum doctrinam, vertitur encyclicorum*. In Vita sancti Joannis Cjimai disciplina encyclica memoratur et dicitur quis orbem disciplinarum perficere, ac ἐγκυκλοπαιδείαν postea trivium et quadrivium appellabantur. Nilum dein uxorem duxisse censeo anno ætatis 30, colligens scilicet plus minus ipsum 668 Nilum in lucem prodiisse an. C. N. 360. Suscepit autem filium in primis e conjugē suā, gravissima et honestissima matrona, tum filiam. Honor præfecturæ maturam ætatem requirebat, nec præmatura venere juventutem enervari reipublicæ intererat. Effluxerant autem, cum ingruit illa procella incursionis Arabicæ sub Theodosio minori Augusto, anni a Christo nato 410; nam quando Nilus una cum filio Theodulo, quietis appetens, Sinæum montem adiit, annus a Christo nato elaborabatur 405, quinquennium nempe usque ad annum 410 transiit; numerabat vero tunc Nilus ætatis suæ annos quinquaginta plus minus. Theodulus autem primigenius non solum annis erat non facile minor quindecim, ut putat R. P. Possinus in Notis ad Narrationes, pag. 167, quo tempore fuit a Barbaris captus, verum adultam agebat ætatem exactis adolescentiæ annis 18, et quod excurrit, nempe ad illius exitum properabat, quemadmodum Nilus inchoarat quinquagesimum. Horatius profecto dulcissimus poeta pangebatur, integrum se laudare formam muliebrem, cave inquiring suspicari

*Cujus octavum trepidavit ætas
Claudere lustrum;*

anno quippe quadragesimo constantem ætatem, sive gravem decurrere, juventæque robor vergere significans. Ad oppidum Sucam quidem cum pervenissent Barbari, qui captum Theodulum venum exponebant, isque redemptus foret a quodam miserto ipsius inactandi, et lacrymantis, rursusque divenditus, in manus iterum ementis episcopi Elusæ transiisset. Hic antistes, captus, præclara ejus indole, ac pietatē expertus, adhibuit eum Ecclesiæ ministrum,

A namque ut Agaso narravit Nilo haud procul ab Elusa, Ὁ παῖς εἰρηται μὲν τελεῖν ἐν τῷ ἱερατικῷ τάγματι τὰς πρώτας τάξας [ὀπηρεσίας] τῶν νεωκόρων (lego νεωκόρων πεπιστευμένος, id est nempe *Theodulus tunc filius dicitur quidem ministrare in ordine sacro, cum ipsi credita sint prima munia custodiæ templi*. Neωκόροι apud ethnicos æditui, aut æditimi, qui ædium sacrarum curam gerebant, verrendo illas, expurgando, et emundando ac exornando; nam κορεῖν non tantum significat verrere, ac mundare scopis, apud Suidam, Matthæi xii, Lucæ xv, sed et καλλύνειν, id est *exornare*; hoc nomine vocabantur a profanis hi, quibus commissæ erant ædes etiam sacræ ab his habitæ, custodiendæ; auctor est scholiastes Aristophanis. Theocritus νεωκορίαν nominat munus ipsum æditui, aut æditimi, de quo Servius in Virgil. f. 748, illi πυλωροί, et νεωφύλακες, id est *ostiarii, templorum custodes*; ita testatur A. Gellius lib. xii *Noct. Atticar.* c. 14; et θυρωροί, id est janitores ad aperiendas et claudendas januas, portarii appellantur, IV Reg. vii, et I Paral. ix, xvi 42; dicti fuerunt, et προϋπόλοι, deorum cultores, qui tuebantur ædes sacras, Turnebo c. 21, lib. 1, *Adversar.*, Sophocli, et Aristophani in Νεφέλαις, et in Πλούτῳ, ac Herodoto, servi, famuli templa custodientes, imo ancillæ, quæ præcedunt heras; nummus exstat Gordiani A. 3, ubi legitur Σαρδιαίων νεωκόρων apud Seguinum p. 25, *Select. numis.*, id est *adjutorum*, ut ille vult, et penes Oconem. Illustrissimus 669 Falconerius in Notis ad inscriptiones Athleticas, p. 47, arguit Ægium, quod νέων προστάσιον verterit templorum præfecturam, seu præsulatum, pro νέων, id est, juvenum principatu, quod recte liquet e nummo Severi A. quem mox profert, ubi legitur Περγαμηῶν νεωκόρων ἐπιστάτης p. 48 et p. 57, p. 105 et p. 111, ubi laudat Alberti Rubenii Diatribam de Urb. Neocoris, Juliam Firmicum *De errore profan. relig.* et Actorum apostol. c. xii, ibique Theophylactum, qui νεωκόρον interpretatur ἱερόδουλον. Adi et Spanhemium cursim eos commemorantem, p. 307, *De numism.*

Est in Ecclesia ostiariatus ordo apud Latinos, cujus in formula p. 16 Pontificalis Romani, munus designatur, aperiendi materialibus clavibus ecclesiam et ostiario traduntur claves, quas indit seris portarum, easque mox obserat et reserat; sanctus Laurentius levita, seu diaconus gratias agebat Deo, quia januas ejus ingredi meruerat; apud Græcos etiam exclamat diaconus θύρας, θύρας, id est, *portas portas*, obserans illas, ne quis infidelis introeat; R. P. Goar. ord. sancti Dominici in Eucholog. variis lectionibus adnotat, p. 248, arbitraturque Græcam Ecclesiam habuisse ut officia, ostiariatam, exorcistatam, et acolythatum, indicarique a sancto Dionysio Areopagita, c. 3 *Hierarch. eccles.*, sancto Ignatio in Epistola ad Antiochen.; et sancto Epiphanio ἐν συντόμῳ ἀληθεῖ λόγῳ p. 465, ubi vocat θυρωρεῖς et Patres concilii Laodicensi, c. 14, sess. 15, cantores, seu καλονικούς ψάλτας, ac ab Eusebio etiam lib. vi

Hist. eccles. cap. 3, p. 257. Simeon Thessaloniensis officia tantum nuncupat exigens χειροθεσίαν, et non χειροτονίαν, ubi εὐχὴ λεγομένη ἐν τῇ εἰσόδῳ πρὸ τῆς συνήθους ἐπὶ ἀνοξεί ναοῦ ἐν ᾧ συνέβη *manuum positionem*, et non *extensionem*. *Oratio dicenda in ingressu ante consuetam, dum aperitur janua templi, statim ac fuerit congressus*. Putat Goar in lectoris ordine illos includi, et hos ordines unice benedictione conferri, quamvis et formulam deputati, atque ceroterarii ordinandi, deinde inserat diversam ab ἀναγνώστου sive lectoris seu cantoris formula; eamque opinionem Arcudius, lib. x, fusius explanat, diaconulum lectorem appellatum addens; Billius in oratione decima sancti Gregorii Nazianzeni gradum lectoris recenset p. 375; θρωρὸς ostiarius dicitur in Catalogo Ecclesiae Official, et διαδάρης seu διαδάτης id est *transiens*, seu *circuator*, lectorque minor. Adjungitur a Goare, pag. 140, formula benedicendi œconomum, id est ecclesiae custodem, seu secundum diaconum, p. 140. Exorcistatus ordo seu officium apud Græcos episcopos committitur presbyteris; œconomi officia, sacrorumque vasorum ac ecclesiae custodis, diaconuli, seu diaconi secundi, ac minoris, et ostiariatus (ad quem pertinet illa inscriptio Gruteri p. 106, num. 6: *Hic quiescit Ursatius ustuarius pro ostiario, nisi legendum sit bustuarius*. Cyrillus in Lexico. Visitur ea inscriptio Treviris ad sanctum Paulum); continentur eminenter, ac implicite in ordine lectoris, sive ἀναγνώστου. Goar in Eucholog. agit et de κληρολάτρη, seu **670** accensore cereorum, et Ἐκκλησιάρχῃ, qui σημαντήρῳ, id est signo convocat populum ad ecclesiam e Justino in *Dialogo cum Tryphone*, Tertulliano *De corona militis*, et ad *Scapulam*.

Lector in pulpito legit ea, quae prædicat, seu lectiones sacras, verbumque Dei, et lectiones easdem cantat, et benedicit panem, et omnes fructus novos e Pontificali Romano; quondam legebat Evangelium in Africa ex epist. 33 et 34 sancti Cypriani, ut notat Magri, qui Notitia sua ecclesiastica falso citat concilium Toletanum primum; in eo namque contrarium can. 1 et 2 comperi, λέγον παπᾶν e Balsamone appellatum affirmat; ostiarii munus tradit Isidorus Hispalensis in epistola ad Lanfredum. Cardinalis Baronius fuse de ostiariis, et lectoribus ad annum Christi 44, p. 77, n. 13 et 34, ubi de officiis cantorum et laborantium ex epistola sancti Ignatii ad Polycarpum, et sancto Epiphanio, qui copiatæ et fossarii, deque notariis et defensoribus, ac psalmistis, uti Hallier, p. 369 et 374. Sanctus Hieronymus, sive quis alius inter ejus opera Epistolæ ad Rusticum Narbonensem auctor, de septem gradibus, primum ecclesiae clericorum ordinem statuit fossariorum, secundum ostiariariorum; non sunt tamen ullo insignes ordine fossores κοπιᾶται sancto Ignatio in epistola ad Antiochenos, quam rejicit Vossius, at Mestreaus appro-

bat vertens laborantes, seu sandopilarios. Κοπιᾶτας scribit in Compendio sanctus Epiphanius οἱ τὰ σώματα περιστέλλοντες τῶν κοιμωμένων, *qui corpora efferunt mortuorum curantes cadavera*, terraque mandantes e Justiniano Novell. 43 et 59; Cujac. ad. c. 1 et 2, *De vit. et honest. clericorum*, et ad c. 1 *Qui cler. vel vovent*. Spondanus in Epitome ad ann. Christi 44, et *De cæmet. sacr.* lib. v, cap. 9, part. II; sanctus Hieronymus de muliere septies icta epistola 49 ad Innocent. in Act. apost. c. ix, imitatione Tobiae; in *Roma subterranea* Maius et Calligonus fossores enuntiantur, ex epitaphio, pag. 437 et p. 529. Trofimus fossor cum bipalio, seu ligone depictus est, et ascribitur fossor per ὑπερβάσμων trajectis litteris, ubi Severanus illum cum Trophimo Christi discipulo ex Actis apostolorum perperam miscet in Notis Purgationis Cæciliani. Gesta post Optatum p. 266, fossores memorant; et p. 271 Saturninum fossorem. In *Roma* quoque *subterranea*, p. 408, Celerinus foss. et 409 Anastasius et Antiochus foss., et p. 495 et 439 psaltæ, psalmicines, Sidonio, unde psalmistatus officium; nam qui Christianos inhumabant, de traditione psalmos concinebant; sanctus Hieronymus in Vita sancti Antonii κοπιῶντας; sanctus Epiphanius, Bellarmin., tom. V, lib. 1, c. 4, controvers. 85.

Ad ostiarios redeundum, quibus claves traduntur, qui pulsant cymbalum et campanam, et aperiunt librum ei qui prædicat. E Pontificali, mos erat ecclesiasticus circulo claves appendi sancto Petro, ex ejus imaginibus, quas exhibet Alemannus, in *Dissertatione de pariet. Lateranen.*, aut e baltheo summi pontificis, ut in Vita Paschalis II, codice Vaticano 3622, **671** Romæ celebris scriptor Vitæ aliquot pontificum Pandulphus ostiarius qui erat sæculo XII. Fuerunt olim circum arcam et templum ostiarii, I Paral. xvi, dicti janitores a januis, portarii a portis, ostiarii ab ostiis I Paral. ix, 22; I Esdr. iii, 24, *Ad limina fidi Custodes* Virgil. l. xxvi § 1. *D. de ann. legatis* et § *Est autem institut. de actionib.* c. *Clericos*, 21 dist.; ex Isidoro Hispalen. c. *Ostiarius* 23 dist. c. *Perlectis*, 25 dist. ubi de basilicariis, basilicarum ostiariis, et de matriculariis, vulgo *marguilliers* a matricula sive albo, in quo describebantur, licet alii deducant a marculo, quod eos, qui marculo fores pulsabant, observarent. Lucius, in *Placit. Curiae*, lib. 1, tit. 5 et 6; Colvius in *Notis ad Sidon.*

Erant ostiarii profani, et ostiariæ II Reg. iv, et in sancti Joannis Evangelio c. x et xviii, apud Gallos *Huissiers*; de illis Rocheffavyn. l. II *Institut. Parliament.* cap. 16, num. 22. De ædituis autem Varro lib. vi *De ling. Lat.* et lib. vii, cum Josephi Scalligeri Conjectaneis, Fest. in V. *Ædituus* et *Æditimus*. Anagnostæ, seu lectores continebant officia penes Græcos, horum omnium, ut sæpius repetii, officiorum, seu potius ordinum minorum ostiariatus, et exorcistatus, quo expellendi dæmonas, imundosque spiritus a corporibus obsessis dabatur

potestas his qui eo initiabantur. Exorcistæ quidem a Latinis *adjurantes* vocati sunt, quia super catechumenos, qui baptizati erant, vel super energumenos, qui vexabantur a dæmonibus, invocabant nomen Domini Jesu, ut ab his egrederentur. Isidorus, c. 12, lib. vii *Etymolog. c. Clericos*, 21 dist. Formula sollemnis qua exorcistæ ordinabantur exstat in c. *Exorcista*, ibidem; Salomon quemdam modum exorcizandi adinvenit, conjurabatque dæmonas illo utens; Zonar. tom. I, fol. 21, *Χρονικ.*, ubi de annulo Eleazari e Josepho, *Antiq. Judaic. lib. viii, cap. 2*, qui de ipso exorcizante coram Vespasiano, ejusque filii. At cap. xix Actor. mentio fit circumventum Indæorum exorcistarum, qui erant septem filii Scævæ principis sacerdotum, et invocant super eos qui habebant spiritus malos, nomen Domini Jesu, tentantes adjurare, sed irrito conatu, v. 23 et sequentibus. In baptismo autem exorcismus fiebat, cum magno jurejurando, jurabant in nomen Christi catechumeni, et exsufflabatur dæmon, imponebaturque manus a presbytero, ut 4 dist. gloss. in c. *Pervenit*, 30, q. 1. Polydor. Virgilius c. 4 et 5, lib. iv *De inventor. rerum*; Cujac. ad c. 5 *De cognat. spiritual.* Hodie vero catechismi, et exorcismi solemnes sunt baptismo conjuncti, et statim ac editi sumus in lucem, aut post triduum saltem, adhibetur utrumque, dum sacris tingimur lymphis; Franc. Connan. lib. viii *Commentar. Jur. c. 5 n. 2*. At exorcismi energumenum formula exstat in Rituali Romano ad calcem. Eminentissimus quoque cardinalis Bona, sapientissime, ac prudentissime disserit, de indicibus atque signis energumenum, de discretione spirituum lib. Aureo, cap. 14, num. 14; Ulpian. in l. 1, *D. de var. et extraordin. cognit.*: « Si incantavit, si imprecatus est, si, ut vulgari 672 impositorum (ita nuncupabat Christianos) verbo utar *exorcizavit*; » erat Ulpianus infensus Christianis, unde collegit septimo libro *De officio procons.* rescripta principum de pœnis Christianorum; e Lactantio, Cujac. cap. 54 lib. x *Observat. de exorcismis et energumenis*; Alciat. lib. viii *Parerg.* cap. 23. Adde Hippocratem lib. *Περὶ παρθενῶν*. Romano concilio sub Silvestro papa interfuere acolythi 44, exorcistæ 22, lectores Urbis 90, notarii 14; sub Cornelio papa in Ecclesia Romana erant acolythi 22, exorcistæ et lectores cum ostiariis 52; fuse cap. 10, lib. ii *Prænest. antiq.*; concilio Arelaten. sub eodem Silvestro papa subscripsit cum Damazate, seu Dafno episcopo ex provincia Viennense civitate Vasiono, Victor exorcista, et alii ad annum C. N. 326. Acolythatus, vel ceroserarii munus, cui ab episcopo porrigitur et traditur candelabrum cum candela exstincta, et urceolus vacuus ad suggerendum vinum et aquam in Eucharistiam sanguinis Christi, de quo satis egi superque c. 5 Corollarii secundi *De Agnis Dei*, et cardinalis Baronius ad annum 58; cum deputato, et *πανδηλάπτη*, ac *λαοσύνακτη* et *ἐκκλησιάρχῃ* miscent Græci. Per Onesimum acolythum, Paulus misit

A epistolas suas ad Colossenses, et ad Thessalonicenses duas, nominans eum in Epistola ad Philemonem; fuit hic Onesimus episcopus Ephesi, martyre Romæ, e Martyrologio Romano 15 Februarii; per Epiphanium lectorem ad Philippenses, eorumque fit mentio in argumentis. Erat id munus litteras perferendi episcoporum ad Ecclesias injunctum lectoribus, acolythis, ac subdiaconis, ut ostendit sanctus Cyprianus epist. 16, in qua de Celerino acolytho ad diaconatum postea profecto: de quo Euseb. et Martyrolog. Rom. 3 Februarii, ubi cardinalis Baronius, qui et ad annum 49 in Annal. (an ille qui superius fos. Celerinus) 24 et 25: quamvis de cursore illam ad rem eligendo scripserit sanctus Ignatius, epistola ad Polycarpum 21; tabellarios episcoporum, seu legatos, litterarumque latores comperio acolythos apud sanctum Augustinum, epistola 104 ad Sixtum, cui rescriptum suum misit per Albinum acolythum. Clemens tertius papa in antiq. Collectione 2, apud Ant. August. lib. vii *Decretalium*, tit. 7 *De concess. Præben. ad Remensem archiepiscopum*, c. 4: « Insinavit nobis (seribit) dilectus filius noster C. nepos et acolythus noster. »

Minorum istorum ordinum meminere sanctus Marcus in Liturgia, Clemens Romanus in constitutionibus, *σχημάτουςαν δὲ οἱ μὲν πολὺποὶ εἰς τὰς εἰσόδους τῶν ἀνδρῶν*. Assistant autem ostiarii ad ingressus virorum, et Canones apostolorum jam laudati; fuse de his doctissimus Hallier episcopus Caballicensis, p. 364, in altera parte De sacris electionibus, et ordinationib. sect. 4, c. 1, artic. 1. Sanctus Gregorius Nazianzenus orat. 48, narrat sanctum Cyprianum Magnum, antequam pastor fieret, *νεωκόρον* fuisse delectum, id est, ædituum, uti Billius in Notis exponit. Ministrum, nimirum, cui templi expurgandi et verrendi munus incumberebat, uno verbo ostiarius; 673 huic Adhelmus, c. 15 *De laudib. virginittatis*, et Hallier p. 366 assentiuntur, sed acta præconem et expositorem sacrorum, id est lectorem perhibent. Deinde vero diaconum, nequitiam pastorem, seu pontificem, Martyrolog. Rom. die 26 Septembris; ubi cardinalis Baronius adnotat Græcos Patres Antiochenum Cyprianum Magnum Justinæ procum confundere solitos cum Carthaginensi præsule, sicut idem Billius, qui sanctum Gregorium Nazianzenum, quoad potuit, excusare nisus est. De gradu æditui sanctus Paulinus Nolanus, epist. 6 ad Severum. Græci recentiores, lectores tantum agnoscent, at veteres ostiarium præterea, et exorcistam, atque acolythum, teste Hallier, pag. 585 *De gradibus presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum et lectorum*. Elias Cretensis in decimam orationem sancti Gregorii Nazianzeni, pag. 373. Sanctus Dionysius Areopagita, cap. 5 *Eccles. hierarch.* parte II, vocat *ἐκκλήτους λειτουργούς*, id est, *selectos ministros*, id est, presbyteros, vel diaconos, aliosque adjungit, minores scilicet, qui sanctuarii foribus astant, et aliis ministrant,

secundum *οικτασιν τάξιν*, id est, *proprium ordinem*, A sicuti subdiaconos qui minores reliquos comprehendebant, e Pachymere, atque Maximo in scholiis.

Quorsum iste cinnus, atque farrago de ostiariis, lectoribus, exorcistis, et aliis? nisi ut cecenoniam Romanæque providam dispensationem Ecclesiæ magis ac magis admirer, atque suspiciam, quæ Spiritus sancti afflatu instincta inferiores gradus fossoriorum, seu fossorum, et psalmistarum (de quorum muniis vide c. ultim. Pontificalis Romani, etc.) officiis deputavit, at superiores accensit inter ordines, fixæ stabilis, minoresque nuncupavit, aliis tribus sacris majorum nomen imponens. Caius etenim pontifex Maximus, Dalmata, ex genere Diocletiani Augusti, ad annum C. 283, in cryptis habitando, seu catacumbis, ut vocant, sed, ut ego arbitror, B catatumbis; id est, ad tumbas, seu tumulos (tumba enim vox est sancti Gregorii, quæ tumulum significat: et ita sensit cardinalis Baronius in Notis ad 3 Januarii Martyrol. Roman., quamvis Latinus *κατακόμβον* dictum velit, veluti concavum, apud Magri in Notitia), cum fugeret persecutionem, constituit ut ordines omnes in Ecclesia sic ascenderent. Si quis episcopus esse mereretur, esset ostiarius, lector, exorcista; sequens, id est, acolythus, subdiaconus; diaconus, presbyter, et episcopus exinde ordinaretur. Ex Anastasio, sive auctore Vitæ pont. Rom. pag. 15. Silvester postea in concilio Romano c. 7, et Patres Carthaginensis synodi quartæ totidem numeraverunt. Cardinalis Baronius refert ad C. N. 44, n. 34. Pie ac ingeniose Landulphus Carthusianus parte 1 *Vitæ Christi*, c. 65, e sancto Ambrosio, lectoris munus præstitisse testatur Christum Dominum, quando legit in synagoga ipse versiculum primum capituli sexagesimi primi Isaïæ, ut narrat sanctus Lucas, ix, 48 Evangelii; ostiarius etiam, quando ejecit vendentes, et ementes de templo; exorcistam, expellendo dæmonas e corporibus 674 hominum; acolythum, seu ceterarium, se lucem veram ostentando; et ita quatuor munia minorum ordinum exercuisse. Erat in eo quippe potestas excellentiæ, id est, ministerii principalis secundum quod erat homo; nam in quantum Deus habebat potestatem auctoritatis; sic loquuntur scholastici, ut explicat P. Philippus a Sanctissima D Trinitate part. III. *De sacramentis in genere*, quæst. 64, art. 3. Implevit etiam munera Christus subdiaconi, quando præcinxit se linteo, et pedes discipulorum lavit; diaconi, quando in cæna corpus et sanguinem suum discipulis ministravit; presbyteri denique cum panem et vinum in corpus et sanguinem suum mutavit, et episcopi animarum nostrarum, cum uti pontifex in ara crucis se obtulit Patri, sacerdotio etenimungebatur vero; cardinalis Oreggus tractat. 5, part. III, cap. 15, quæst. 1.

In cælo quidem novem sunt angelorum chori, et Ecclesiæ triumphantis tres hierarchiæ, ita in militante novem esse ordines videmus, secundum canonistas, quamvis ad septem eos contrahant theo-

logi. Præpositus, in c. 15. dist. 13, tradit octo fuisse gradus, quibus ascendebar ad portam templi ex Ezechiele c. xl, et totidem fore dignitates, quibus proceditur ad papatum, sive summum pontificatum, nempe parochiam, decanatum, archidiaconatum, seu præposituram, abbatiam, episcopatum, archiepiscopatum, primatum et patriarchatum. Leo Allatus contendit, et probat lib. *De ætat. et interst. Græcorum*, lectorem non ordinandum seu *Ἀναγνώστην* eum, qui 18 annos ætatis, vel 20 non explesset, e Nomocanone Photii, Notisque Balsamonis, e Basilicis, eque Novella præsertim 237 Justiniani apud Græcos, p. 36 et 59. Unde, sicuti jam asserui, Theodulus Nili filius ad νεωκόρων proventus, in ordine sacro, munus, impositum sibi a sacerdote divinarum mysteriorum Christi, cum impigre illud obiret, et *ὀπηρεστάς πρώτας*, ministeria prima sive ostiarii, et æditui, atque lectoris, quæ mutuo sese complectebantur, exerceret studiose, magnamque concitaret spem profectus, cum brevi tempore multa virtutum præbuisset specimina, et id omnibus foret, propter bonos, probosque mores; consequitur certius eum exegisse decem et octo annos, imo et viginti.

Hactenus primam paginam Vitæ sancti Nili abbatis pervolvi, nunc ad alteram pergo. Si prius observaverim recentiores Græcos, qui Romanæ malunt Ecclesiæ reliquarum matri adhærere, nec ab ea revelli discindique gaudent, lectoratum cum prima tonsura conferre, ut in Euchologio, ubi *τάξις χειροτονίας τοῦ ἀναγνώστου* in primis *κρίεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ο.ο. εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*, id est, *Tondetur servus Dei N. N. in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*; lectoris et cantoris est eadem formula, huic datur liber Psalmorum, seu Psalterium; illi Epistolarum, seu Epistoliarum cum oratione: *Κύριε, ὁς αὐτῷ μετὰ πάσης σοφίας καὶ συνέσεως τῶν θελῶν σου λόγων τὴν μελέτην καὶ τὴν ἀνάγνωσιν ποιεῖσθαι*; id est: *Domine, da isti cum omni sapientia, et 675 prudentia divinarum tuorum mysteriorum meditationem, et lectionem executioni mandare*. Inclusi sunt in subdiaconatu comprehensique alii duo minores ordines, ostiarius ac acolythatus, et utitur ordinans hisce verbis; *Κύριε, ὁς αὐτῷ ἀγάπην καὶ εὐπρέπειαν οἴκου σου, παριστάναί ταίς ὑπάραις τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου σου, ἀνάπτειν λύχνον σκηνώματος δόξης σου*; id est: *Domine, da isti charitatem, et decorem domus tuæ, ut assistat januis templi sancti tui, et accendat lucernam tabernaculi gloriæ tuæ*. Exorcistarum autem presbyteratui conjungunt tam super catechumenos, quam et super energumenos. Atque hoc modo sensim appropinquant, et accedunt ad Romanam Ecclesiam parentem benignissimam, ut accepi ab illustrissimo domino Onuphrio Constantino archiepiscopo Deberitano; et revocant, atque renovant, quoad possunt, veterem illam hierarchiam similem Romanæ, quæ vigeat, et efflorescebat in primævis illis Ecclesiæ Græcæ nascentis exordiis, cujusque penes SS. Dionysium,

Ignatium, et Clementem, aliosque Græcos Patres exstant vestigia et argumenta, cum Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis unanimes et contesseratæ, atque fœderatæ vinculo charitatis, et glutine veræ concordia consociarentur, tanquam duæ olivæ, de quibus Zacharias, et Nilus ipse in Epistola supe-

rius prolata, seu duo candelabra lucentia etiam in terris ante Dominum Dominatorem, *Apocalyps.* xi, 4, quæ ut resarciatur divina miseratione tandem aliquando, quemadmodum toto affectu, intimoque precor ex animo, sic et ominor perlubenter.

De tentatione S. Nili abbatis, et reliqua vita, et morte, atque sepulcro.

Uno spiritu non potuit vita Nili transcurri ac exuperari: elivus est altior et excelsior; levavit quippe vir eximius oculos ad montes erigens, suosque gressus direxit ad rupes, et saxa præalta, et sublimia cum Theodulo filio, vere Dei servo. Tantisper igitur conquiescendum fuit una cum illis in Sinaiticis jugis, in montibus Dei, in quibus illi solitaria vitæ prægestabant suavissimam dulcedinem. Itaque Nili patria, nomine, studiis, dignitate, conjugè, prole, virtutibus, conversione, rebusque, quoad assequi potui, gestis, hucusque transactis, colligendus est fructus tirocinii monastici, in eoque percipiendo, et excerpando, et quidquid vitæ superfuit recensendo, juvat operam navare strenuam, donec ad metam perveniam, ultimamque lineam ducam, et sepulcra componam.

Intentator est malorum Deus, uti scribit sanctus Jacobus apostolus in epist. v, 13. Tentavit tamen Abraham Gen. xxii, 1 seqq. super Isaac filio suo unigenito, quem diligebat unice, ut pia ejus obedientia 676 probaretur sæculis in notitiam profertenda; idque observant sanctus Augustinus, lib. xvi *De civitate Dei*, c. 32, et sanctus Joannes Chrysostomus, hom. 4 in *Genes.*, non autem ipsi Deo, cui nota erat ejus fides singularis. Tentari quoque permisit Deus servum suum Job (toto libro Job), sed fidelis Altissimus, neque patitur quemquam tentari supra id quod potest, facit etiam cum tentatione proventum, sic enim probat velut explorans justorum fidem, e sancto Paulo II Cor. x, 13; et e sancto Augustino, serm. II *De verbis Domini in Matthæum* x, ut eos coronet. Sancto Ambrosio teste, lib. iv *De Abrah.*, c. 8, nec sustinet, sinitque in tentationem eos induci, vel εὐσυνέχη, ut sanctus Augustinus exponit c. 9, lib. II *De serm. Domini in monte*, nec omnino immittit, seu relinquit virgam D peccatorum super sortem justorum, e psal. cxxiv, 3, ut explicat eloquentissime sanctus Gregorius Nazianzenus, orat. 1, p. 388.

Tentavit etiam Nilum Deus super filio suo Theodulo; ut ambo pretiosiores invenirentur auro, quod per ignem probatur, e sancto Petro (I Petr. 1, 7). Cecinerat profanus, et relegatus ille poeta:

*Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.*

Hancque tempestatem procellosam consecuta est mirabilis tranquillitas, illæsi que fuerunt ambo in aquis validis, II Esdr. ix, 41. Duæ sunt potissimum in universo terrarum orbe regiones, quæ variis in sæculis tres notissimas. et coherentes invicem il-

lius partes, Europam, Asiam et Africam inundarunt superfusis examinibus populorum exinde prosectorum; Cimbrica nempe Chersonesus a septentrione; ab austro autem Arabia, quæ, saltem Felix, Peninsula videtur, hinc sinu Arabico, sive mari Erythræo, illinc sinu Persico, tum ab oceano Indico abluta et circumsepta; cum Petræa et Deserta; nam in has tres tota dividitur Arabia, perque istas duas adhæret Palæstinæ, ac Syriæ, a qua dirimitur Euphrate fluvio interfluente; Chersonesum Cimbricam a Cimbris dictam populis, quo nomine Germani vocant τοὺς ληστὰς, id est, latrones, si qua fides Plutarcho in *Mario*, arbitror esse ollam succensam, quam præviderat Jeremias a facie aquilonis c. 1, v. 13. Certe Scandia, sive Scandinavia (ita enim nuncupatur hæc peninsula inter mare Balticum, seu Codanum sinum, et oceanum septentrionalem extensa Plinio et Solino) cognominatur vagina gentium, et officina nationum, quia sicut innuit Jornandes (an Gordianus diaconus, qui scripsit de rebus Geticis?), ex ea nimirum innumerabilis hominum multitudo diversis temporibus prosiliit, et per totum, quam late patet, telluris habitabilis spatium inde commigravit, neve repetam effusos exinde Cimbro, Ambronas, et Teutonas, a Catulo variis præliis attritos, et a C. Mario ad internecionem usque deletos in provincia Narbonense, dum Gallias pervagati, et Germaniam, invaderent Italiam sub ænum ab Urbe condita 650, et ante Christum natum 102, testantibus 677 Plutarch. in *Mario*, p. 140; Velleio, lib. II, pag. 119; Justino, lib. XLVIII, pag. 224; Annæo Floro, lib. III, c. 3; Plinio, lib. IV, c. 14; Paulo Orosio, lib. V, c. 16; Eutropio in Epitome Liviana; Berthauda in *Flor. Gall.* lib. III, c. 4. Cum Decius Trajanus imperaret, Gothi ex eadem peninsula orti, deductique in Scythiam, tum Getis immisti, Gothique appellati, quasi γόττες, id est magi, sive incantatores, eum devicerunt. Mox a Claudio, Proboque domiti, et crediti Gog et Magog, quos prænuntiabat Ezechiel c. XXXVIII et XXXIX, et de quibus agit sanctus Joannes, *Apocalyp.* xx, 7; sanctus Augustinus lib. XX *De civit. Dei*, c. 41; Orosius, lib. VII, c. 39, fortunaque cum Romanis orbi dominantibus nunc prospera, quandoque adversa pugnantes Valentem fuderunt, dein Constantinopolim obsederunt, inde Romam ceperunt, et oblinuerunt sub regibus, donec a Narsete subacti, et exterminati fuerunt in Italia. Quæ autem eorum portio in Narbonense provincia subsederat, quæ ab his Langothia nomen fuit sortita, postea in

Hispaniam transgressa cum Alanis et Vandalis, gentilibus suis, et Gothalanæ, seu Cataloniae nomen dedit, et Vandalusiae imposuit, et in Tarracoenensi, ac Toletana regnum Gothorum constituit, quod ad Austriacos pervenit: Vandali etiam inde trajicientes in Africam, ea potiti, Romam diripuerunt, et Africam occuparunt, quousque Belisarius, jussu Justiniani Augusti eos abolerit. Ne recenseam Gallias, in quibus adhuc rerum potiuntur Franci et Scandinavia, seu Cimbrica Chersoneso progressi etiam, propagatique, uti Turnebus affirmat cap. 57, lib. xxiv *Adversar.* postquam in Germaniam diffusi, commorati fuissent ibidem, et Franconiae nomen indidissent, Belgicam aggressi, Celticam quoque, ac Aquitanicam, Narbonensemque ceperunt, et floridissimum regnum fundaverunt; nec enim Anglos, qui Britannias, nec Longobardos, qui occuparunt Italiam postmodum commemorabo, regni-que ibi conditis eandem originem agnoscunt; omit- tam præterea Herulos, Burgundos, Normannos, Hunnos, Bulgaros, et alios populos, qui ex eo fonte manarunt, nominaque sua posuerunt in terris.

Ad Arabiam me convertito, quæ quasi Ereps, id est, occidua et tenebrosa, ut Scaliger vult in Festum, in quam Pompeius penetrans, Agarenos vicerat, Saracenos dein appellatos non ab Agar ancilla, vel Sara uxore Abrahami, a qua se gloriabantur progenitos (è Sozomeno), verum a voce Arabica Sarak, quasi furaces, et *ληστρούκος*, et Scaligero in *Euseb.* *Χρονικ.*, quin et Scenitas a tentoriis, sub quibus degunt, nuncupatos ἀπὸ τῶν σκητῶν. Augustus eos tentavit, canente Virgilio:

Omnis Arabs, omnes verterunt terga Sabæi.

Æneid. lib. ix.

... *Inferre parant lacrymabile bellum,
Hircanisæ Arabisvæ.*

Æneid. vii.

At Propertius in *Eleg. ad Musam* lib. ii,

Et domus intactæ te tremat Arabia.

Trajanus Arabiam domitam redegit in provinciam obtritis Agarenis, **678** et magna ejus regionis parte occupata; testatur id Sextus Rufus, et antiquum numisma, in quo legitur, Arabia acquisita. Novam deinde provinciam fecit Severus Augustus, qui sibi titulum Arabici assumpsit, ut in Apparatu historico arcus triumphalis erecti ad ipsius honorem adnotavi. Vagabantur quidem Arabes, seu Saraceni semper, et in vicina excurrebant oppida, vicosque; rapti viventes, prædasque convectantes, quin viatoribus insidiantes. Nomadesque sicut Scythæ denominati sunt, ut arguit P. Combes ad Nicetam in Vita sancti Hyacinthi Amastrien., p. 15; Romanumque inceserunt imperium, excusso jugo, magisque cum copiis irruentes, Ismaelitarum ascito nomine ab Ismaele, post Mahometis, qui per ascensorem cameli videtur designari Isaiæ xxi, 8, non solum Hegiram, seu fugam, verum etiam mortem Cynicam, et fabulis inumbratam, an. C. N. plus minus 631; nam Syriam et Ægyptum Saracenorū

calipharum, mox Sultanorum ductu sibi subdiderunt anno 634, et Persidem anno 639, imo totam obtinuerunt Africam, et depulsis Romanis, Mauritanias, et Numidiam, mistique Vandalis ibi superstitionibus, communicatis nominibus, uti superstitionibus, Christi Domini divinitatem abnegantes, in Hispanias trajecerunt, et in Gallias, donec eos Carolus Martialis an Tudes? tam celebri contudit, extinxitque prælio. Imo Siciliam, et Romam ipsam diripuerunt, ac vastarunt, magnamque Græciam detinuerunt. Ideo Vaginam Vandalorum, id est, Saracenorū, seu Maurorum sub Carolo Magno fuisse P. Guesnai in Mæria Magdalena Massiliense advena, p. 562, dictam fuisse Africam affirmat, et ego fuse probo in *Dissertatione de patrimonio pont. Rom. in provinc. Narbonense.* Antea præluserant variis excursionibus vexantes Syriam, et Palæstinam, habitantes in tentoriis, Isaiæ xiii, 20. Latrones Arabum, qui castra invaserant, omnes majores natu filios Joram regis Juda interfecerunt, Arabum scilicet, qui conspes sunt Æthiopicibus; nam duplex est Æthiopia: post Ægyptum altera, in finibus Palæstinæ, seu Terræ Sanctæ et Sinai; alia, sive Mædian, a qua Saphora uxor Moysis, Æthiopissa dicta c. ii Exod. et c. xii Numeror. De hac in psal. lxxvii: « Æthiopia præveniet manus ejus Deo, » ubi Genebrardus, vide Allatum in *Hexæmerum Eustath.* pag. 328; quatuor Arabum genera describit La Valle part. iii, epist. 11, p. 482, qui hodieque grassantur. Sed ad cœvos Nili regrediamur, quos inter Vopiscus nominat Blemmies gentes Barbaras in Aureliano, et Plinius, lib. v, c. 8, Blemyes vocat populos Æthiopiæ versus austrum a Blemy uno e ducibus Dionysii nomen mutatos, et Strabone, l. xxi, et Stephan. *De urbib.* capitibus carentes. Claudianus feros vocitat, et locat inter Meroen ac Syenen, in *Carmine de Nilo.* Blemyas subegit Probus, eorumque captivos Romam transmisit, qui mirabilem sui visum stupenti populo Romano præbuerunt; de his ista Mæmertinius dixit in *Genethliaco Maximiliani.* Non istæ modo, aliæque gentes viribus, armisque terribiles, **679** fiducia instructæ ad perniciem humanitatis utuntur, sed etiam Blemii (ut audio) levibus modo assueti sagittis adversus Æthiopes, quærent, quæ non habent arma, et pene nudis odiis prælia internecina committunt. De his Sulpitius Severus dial. 1, c. 15. Præmonui dudum p. 659, sub imperio Diocletiani, et Petro episcopo Alexandrinam Ecclesiam regente martyre, qui occubuit anno C. N. 310, monachos summæ virtutis ac sanctitatis in solitudine Thecæ interemptos a discurrentibus Saracenorū latronculis e collatione 6 Cassiani c. 1 et 2. Cardinalis Baronius in notis ad Matyrologium, diebus 14 Januarii, 19 Februarii, et 16 et 28 Maii, refert incursiones varias Saracenorū, e quibus prima est ista sub Diocletiano ad annum C. N. 303, de qua Cassianus agit, in Thecæ, ejusque Græci meminerunt in Menologio, die 14 Januarii hisce verbis: *Ἰπὸ δὲ χρόνων πολλῶν ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλη-*

τιανού τοῦ βασιλέως, καὶ Πέτρου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἀνηρέθησαν, καὶ ἕτεροι Ἑσυχάζοντες, καὶ αὐτοὶ ἐν τῷ Σινᾷ ἔρει. Ἐξεληθόντες γὰρ οἱ κατοικοῦντες καὶ αὐτοὶ ἐν τῷ Σινᾷ ἔρει Σαρακηνοὶ, ἀποθανόντος τοῦ φυλάρχου αὐτῶν, πολλοὺς ἐφόνευσαν τῶν ἀσκητῶν. τῶν δὲ λοιπῶν φυγόντων εἰς τὸ ὄχυρωμα, ἐφάνη τοῖς Σαρακηνοῖς διὰ τῆς νυκτὸς φλῆξ πυρῶς κατακαίουσα ὅλον τὸ ὄρος. ἡ δὲ φλῆξ ἀνήρχετο ἕως τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἰδόντες οἱ Σαρακηνοὶ ἐφοβήθησαν, καὶ ῥίψαντες τὰ ὄπλα αὐτῶν ἐφυγον. Οἱ δὲ πρῶτον σφαγέντες ἦσαν τριάκοντα ὀκτῶ ἔχοντες πληγὰς διαφόρους ἐν τοῖς σώμασιν αὐτῶν· ἐξ αὐτῶν δὲ ἤρθθησαν δύο ζῶντες, Σάββας καὶ Ἡσαίας· οἱ δὲ φρονευθέντες οἱ μὲν τὰς κεφαλὰς ἀπετριβήσαν τελευταίως, τῶν δὲ ἐκ τοῦ ἐνδὸς μέρους ἐκράτει τὸ δέρμα, ἄλλοι μέσον ἐκόπησαν· οὓς ἔθαψαν οἱ δύο μοναχοί, τὰ περὶ αὐτῶν εἰπόντες· ἰδὲ ἐστὶ· *Multis ante temporibus (scilicet priusquam occiderentur a Barbaris Blemmiis vocitatis sub Theodosio A. monachi, cum quibus erat Nilus), sub imperio Diocletiani Augusti, et Petro Alexandriae archiepiscopo cæsi fuerunt, et alii tranquillam vitam degentes, et ipsi quoque in Sina monte. Egressi etenim qui et habitant prope Sina montem Saraceni, mortuo ipsorum tribus præfecto, plurimos trucidarunt exercitationi monasticæ deditos; reliquis autem in munitionem profugientibus, visa fuit Saracenis flamma universum amburens montem, eaque ad cælum usque assurgebat. Id videntes Saraceni extimuerunt, et suis armis abjectis aufugerunt. Qui vero primum occisi fuerunt triginta octo erant, variis vulneribus concisi suis in corporibus. Ex his porro duo vivi superfuerunt, Sabbas et Esaias: interfectis autem quibusdam caput penitus est amputatum, aliquorum vero ex una parte cutis retinebatur, aliis dimidium exciderant. Eos sepelierunt duo monachi, qui dixerunt quæcunque illis contigerunt. Ammonius presbyter, et monachus Ægyptius, ac martyr cum sancto Petro episcopo, atque martyre Alexandrino, ex Eusebio lib. viii, c. 9 Hist. eccles., cujus martyrium Latine R.P. Franciscus Combefis laudatissimus, et Gallice R.P. Nicolaus Le Sueur accuratissimus reddiderunt, ambo ejusdem ordinis: Ammonius, inquam, fortassis ille, cujus animam in cælum deferri vidit sanctus Antonius, e sancto Athanasio 680 in ejus Vita, et Suidas, æque Vitis Patrum, p. 130, cardin. Baronius in Martyrologio Rom. ad Kalendas Septembris, istorum monachorum cædem Ægyptia lingua, enarratam sibi ab Sabba et Isaiâ, descripsit; inventam vero Naucrææ (ea urbs est, quæ et Naucratis, in Ægypto Pollucis grammatici, cujus est Onomasticon dicatur imperatori Commodi, sub quo ille floruit, et nomus mediterræpeus intra Deltam ab ea nuncupatur et ostium Nili, quod et Canopicum. Plinio, Straboni, et Stephano auctoribus) descriptionem hanc apud anachoretam quemdam Joannes presbyter Græce vertit. Ille Ammonius cellulam habebat in Canopo; est hoc oppidum Ægypti haud procul ab Alexandria, et fugiens atro-*

cem persecutionem Diocletiani adversus Christianos, adiit in Palæstinam adoraturus sacra Christi Domini monumenta; hinc perrexit ad montem Sina, in cuius solitudine, ac vertice monachi degebant, quorum vitam angelicam depingit; tum narrat ut Saraceni, cum eorum dux e vita migrasset, in solitudinibus Getrab, Chobar, et Cedar, aliisque sancto monti proximis, obvios quosque peremerint, eaque in sanctum montem pergerent, cui præerat Dulas, dictus ob mansuetudinem Moyses in Turri, oborta subito flamma cum fumo terruit Barbaros, qui ab incepto destiterunt itinere; post eorum recessum exiens e Turri Dulas cum monachis, reperit triginta octo monachos occisos, e quibus duodecim in Getrab monasterio jacebant, et passim dispersi alii, spirantes præterea duos, Sabbam scilicet ac Isaiam, e quibus obiit Isaias confestim, at Sabbas, cum cladem recensisset, sic quoque decessit quadraginta post dies, ita ut quadagesimum numerum monachorum cæsorum impleverint, et hæc omnia contigisse affirmat die secunda mensis Tybi, quæ computatur ab Ægyptiis 14 Januarii. Adjungit hic Ammonius stragem aliam sibi ab altero narratam monacho, qui viderat, et confugerat, editam a Barbaris, monachorum in solitudine Raitha in Arabia Petræa, Ptolemæo Ratheni, sive ut in Basilii Menologio legitur, et in Romano, in Ægypto, quia sita est in mari Rubro, seu ad litus maris Rubri, at vult P. Augustinus Lubinus, probatque, referente Domino Michaeli Antonio Baudrand, geographo peritissimo in Lexico. Ea solitudo c. xv Exodi vocatur Elim, fuitque secunda statio, seu mansio Hebræorum, ubi erant duodecim fontes, et septuaginta palmæ, quæ succreverunt in silvam, ubi Moyses monachus, ejusque discipulus Psoes, et Joseph Ephesius mira patrarunt opera. In ea tercentum Blemmyæ transvecti nave ad Clisma, quæ arx est Arabum, ex Æthiopiis, et Ela urbe Arabiæ Petrææ, ubi olim legio Romana subsidebat, Stephano teste *De urbibus*, irruentes fuderunt Pharanitas, qui sese tuebantur, cum refugissent intra murum Paulo Petræo duce atque hortatore, et illic obsessos interemerunt, et Jeremiam; dein ipsum Paulum. Ille monachus, qui exploraverat ista, sese abscondit sub ramis palmarum, viditque latitans Salathielem occidi; 681 cumque Barbari receptui canentes edita strage monachorum, navem non invenissent, a sexcentis Pharanitis ad unum necati sunt: tunc erumpens iste Ammonius monachos cæsos comperit 39 et quadagesimum Dominum, qui mox animam exhalavit; Andrææ quidem vulnera, quia non erant letalia, fuerunt curata, et Orion illæsus deprehensus supervixit, ac una cum Obediæne, atque primoribus Pharanitarum, corpora quadraginta itidem monachorum Christiano ritu gestando palmas, hymnosque concinendo, tumularunt: inibi autem persistierunt religiosus Obedien, et Orion, ac Andreas. Verum cum ista rescivisset ab illo

monacho profugo, et αὐτόπη, id est, qui propriis oculis viderat, Ammonius in Ægyptum ad tugurium suum reversus est, et Ægyptio conscripsit idioma, ejusque λόγος; de ista cæde versus Græcæ, ut indicavi a P. Combefis Græca Latineque Parisiis editus fuit anno 1660 in octavo, et a P. Le Sueur Gallice ibidem, eodemque anno e codicibus manuscriptis Regio, Mazzarino, et Segueriano post Acta sanctorum Eustachii, seu Placidi, et Theopistes, sive Tatianæ conjugis, et Laudationem Nicetæ Paphlagonis insertam. Incipit λόγος Ammonii, Ἐγένετό μοι, desinitque, τῷ ἀμαρτωλῷ. Martyrologium Romanum die 14 Januarii hæc habet: « In monte Sina sanctorum triginta octo monachorum a Saracenis ob Christi fidem interfectorum. In Ægypto in Raithi regione sanctorum XLIII monachorum, qui pro Christiana religione a Blemmiis occisi sunt; » ibi tam in monte Sina, quam in Raithi reponendus est numerus quadraginta monachorum, ut constat e narratione suprascripta, et sic ad octuaginta numerantur. Meminit Petrus La Valle monasterii cum ecclesia sub titulo Quadraginta martyrum in Sina, tom. I, epist. 11, p. 287, primorum scilicet, quoad mihi conjectura licet assequi. Confirmatur hæc excursio sub Diocletiano verbis hinc Nili, describentis eam, quæ sub Theodosio, id est ævo suo evenit, ἀνηρέθησαν δὲ ἄλλοι πρὸς πλειόνων ἔτων, id est, interfecti vero alii (monachi nimirum) ante plures annos, quorum memoria eadem die (nempe septima post Epiphaniam, seu decimaquarta Januarii) celebratur, ne tanta ex intercapedine crebrioribus conventibus multitudo piorum confluens fatigaretur; sed de Cassiano, et Thecæ, ac Raythuni superius actum est iterum iterumque apposite ad primam istam excursionem, sub anno autem C. N. 303. Miraberis autem, quod in Martyrologio Romano ad 28 Maii locata sit secunda incursio ista Saracenorum ita concepta: « Thecæ in Palæstina sanctorum monachorum martyrum, qui tempore Theodosii Junioris a Saracenis occisi sunt, quorum sacras reliquias accolæ colligentes, snmma veneratione illas habuerunt, » cum in Menologio Græco referantur ista die decima quarta Januarii: Ὅδοι τὸν ἀσκητικὸν βίον ποθοῦντες, πᾶσι τοῖς τοῦ κόσμου χαιρεῖν εἰπόντες, κατέφκουν τὴν ἔρημον. Μεθ' ὧν ἦν ὁ μακάριος Νεῖλος, ἐπαρχὸς γερουσίας Κωνσταντινουπόλεως, ὁ καὶ θυγάμιος λόγου, καὶ τοῦ ἀγίου Πνεύματος χάριτι, κάλλιστα συγγράμματα ἐκθείς πρὸς 682 ἀσκησιν ἐκαλεῖσποντα καὶ τὴν διαγωγὴν, καὶ αἰχμαλωσίαν, καὶ ἀναίρεσιν τῶν ὁσίων Πατέρων τούτων διαγράψας. Ὅδοι γὰρ ἀνηρέθησαν ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἔτων λεγομένων Βλεμμύων, ἀπὸ Ἀραβίας ἕως Αἰγύπτου καὶ θαλάσσης Ἐρυθρᾶς κατὰ τὴν ἔρημον παρασταμένων. Isti desiderantes vitam exercitationis monasticæ, cunctis mundi rebus valedicentes, habitaverunt in solitudine, cum quibus erat beatus Nilus, qui et vi copiose dicendi, et sancti Spiritus gratia præditus, pul-

cherrimos Commentarios composuit, qui ad exercitationem præparant et conversationem; et captivitatem et cædem sanctorum Patrum descripsit. Hi quippe monachi necati fuerunt a Barbaris, nuncupatis Blemmiis ab Arabia usque ad Ægyptum et mare Rubrum, juxta solitudinem excurrentibus. Et cum Nilus ipse circumstantias omnes cædium, quæ acciderunt, quia tunc aderat in Sina monte, ac commiserans, eas spectabat, nominatimque monachos interfectos aliquot enumerans, tempus quoque adjiciat decimam quartam diem Januarii, ut retuli, adjungatque, πάντως γὰρ τοῖς ἐπλαβέσιν ἢ μάθησις καὶ τοῦ χρόνου καὶ τῶν ὀνομάτων σπουδαίεται, κοινῶς εἰν ταῖς μνήμαις τῶν ἀγίων ἐθέλουσιν. id est, omnino namque a devotis studiose quaeritur scientia temporis nominumque, volentibus (scilicet) memoriarum sanctorum fieri participes; tres tantum nominat casos, Theodulum presbyterum, Paulum, et Joannem, postea nominat septem p. 87, quibus a P. Le Sueur octavus adnectitur Isaac. Id vero arbitror evenisse, quia qui Martyrol. Roman. contexuerunt diem sepulturæ adnotatum diligenter observarunt, isque confusus fuit cum eo, quo sub Diocletiano, ut mox memorabimus, a Barbaris occisi fuerunt alii monachi, et una, eademque celebritate concursus fiebat ad loca martyrum istorum sanguine perfusa, vel tumulis nobilitata; ne pii viatores propter longinqua itinerum spatia sæpius lassarentur, sicut e Nilo retuli, et e Menæis liquet, adnotatque cardinalis Baronius. Dies autem sepulturæ universorum non statim post cædem fuit; erant quippe sparsi varia per tuguria singuli, et tres tantum ad Sina fuere trucidati, alii procul in suis tuguriis, nec inverisimile videtur a die 14 Januarii, ad diem 28 Maii, remotiorum funera fuisse protracta, in perquirendis enim corporibus, et comportandis, diuturnum consumptum est tempus, nec tutum erat eo munere defunctos prosequi, et multitudinem ciere fidelium ad cobonestandas exsequias, donec quies esset a Barbaris impetrata, ipsorumque dux adeundus, et orandus erat, ut ex Epitome, quam mox subjiciam, narrationis a Nilo ipso concinnatæ patebit. Dies autem istos Romani Martyrologii collectores cum rescivissent, anxie religioseque conservarunt, tam cum de hac incursione sub Theodosio agunt, de qua sanctus Augustinus, epist. 122 ad Victorianum; Nicephor. Callisti, lib. xiv, cap. 54; et cardinalis Baronius, in Annal. ad an. 410; ac sanctus Hieronym. in Vit. Patrum, quam cum de aliis Saracenorum incursibus, deque subsecutis monachorum cædibus tractant; nam die decima nona Februarii legitur in Martyrologio 683 eodem, commemoratio sanctorum monachorum, et aliorum martyrum, qui a Saracenis sub duce Alemundaro sævissime cæsi sunt ob fidem Christi. Ejus meminerunt Nicephorus Callisti, lib. xvi, c. 35; auctor Historiæ Miscellæ lib. xv, p. 921, e Theophane, et statunt annum decimum nonum Anastasii, C. N. 508; Cedreus annum decimum

Anastasio, 501 C. N. ac indictionem secundam; alii Anastasio undecimum, C. N. 502. Utcunque sit, cardinalis Baronius, et Sethus Calvisius, quamvis hæreticus, tamen exactus temporum supputator, annum C. N. 508 firmat, quo Alemundarus, sive Alamundarus iste Zeticus, an Scenitarum regulus, seu phylarchus cum Zareta rege Persarum in Phœnicem et Syriam excurrit, fecitque impetum in Palæstinæ fines, et strages ista tertia monachorum fuit tunc edita, quod facinus rursus Vadicularius frater Agari demortui fertur renovasse. Alemundarus autem Christi fidem amplexus est, ad an. C. N. 513, ut cardinalis Baronius e Nicephoro, lib. xvii, c. 35, et auctore *Historiæ Miscellæ*, lib. suprascripto xv, probat de conversione Saraceni, qui nepos erat Amerumnis in castro Ampeli Syriæ, cum vidisset speciem infantis in Eucharistia. Relatio Gregorii Decapolitæ prodiit typis Romæ a Patre Isidoro a Sancto-Josepho Carmelita Excalceato Græce Latineque publicata. Pater quoque Theophilus Raynaldus, aliam conversionem principis Persæ a Petro de Monte tunc episcopo Brixiensi versam Latinum in sermonem ex Græco Epiphani, Romæque anno C. N. 1523 excusam, ut arguit ex Epigrammate ad Mathæum Gibertum Datarium, mox episcopum Veronen. dignissimum, non tamen, ut vocitat P. idem Theophilus, cardinalem, recudi curavit in Gallia. De Judæo per miraculum sanctæ Eucharistiæ ad fidem Christianam converso Innocentius Tertius lib. iv, epist. 84. Anno primo Justiniani Augusti, C. N. 527, iidem Nicephorus et auctor *Miscellæ* tradunt sub Alemundaro rege Zeticæ (an regulo Scenitarum?) in Palæstinam, seu Syriam primam, excurrisse Saracenos, easque deprædatis fuisse, usque ad fines Antiochiæ, nihil tamen de monachis.

Fuit et monachorum quadraginta quatuor cædes in laura sancti Sabæ in Palæstina occisorum a Saracenis, e Baronio cardinale ad diem 16 Maii in Notis ad Roman. Martyrolog. et in *Annal.* ad annum C. N. 619, seu 630, Heraclio imperatore, de qua Moschus in *Prato spirituali*, c. 4, n. 21 et 99, ubi Rosweydu laudans ipsum cardinalem Baronium; sed cum *μνημονικῶ ἀμαρτηματι* ad 19 Februarii, de qua et Antiochus in Epistola, seu fragmento ad Eustachium, quod præfixum est *Pandectæ* intextæ tom. IX *Bibliothecæ Patrum*. Sedebat tunc Hierosolymis patriarchæ in Persidem a Chosroe abducti *τοποτηρητής*, id est *locum tenens*, Modestus; imperabat Heraclius, qui Chosroen vicit. De miraculis, quæ contigerunt cum illud monasterium invaserunt Saraceni præter Moschum, Cyrillus monachus in Actis sancti Sabæ, die 5 Decembris; Euthymius abbas die 20 Januarii recensens grassationem 684 Saracenicam sub Anastasio, de qua et in rebus gestis sancti Joannis Silentiorii apud Metaphrastem die 13 Maii. In Martyrologio quidem Romano hæc habentur, die 16 Maii: « Monachorum in laura sancti Sabæ a Saracenis interfectorum

A passio in Palæstina, de qua mentio fit in Græcorum Menologio. » Toties Barbari aggressi sunt loca illa sancta, et cacodæmon invidus hostis angelicæ monachorum vitæ, Barbarorum opera quietem servorum Dei perturbare conatus est, et aream istam persecutionis turbinibus ventilare; unde coactus fuit Justinianus Augustus in Sina castellum exædificare, ut illos validius protegeret. Turris etenim antea tantum erat, sed is novam munitionem construxit, teste Procopio, lib. v *De ædific. Justiniani*, p. 127; quin et apud Theopolim, sive Antiochiam murum Sancti Maronis prope Daphnen renovavit, p. 129. Est autem monasterium Sancti Maronis principale monasteriorum secundæ Syriæ, cujus ambasciator diaconus Paulus in Constantinopolitano v œcumenico concilio, actione prima, subscripsit libello monachorum. Fuit et Alexander archimandrita etiam ex epist. 22 Hormisdæ de Maronitis ad an. C. N. 1099; Ptolemæus Lucen. in *Annal.* ex Richardo; sed et cardinalis Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum die 21 Octobris, et in *Annal. ecclesiast.* ad annum 1182. Tibi profecto satisfaciet purpuratus ille pugil Ecclesiæ, nec insimulabis ἀποσεξίας virum hunc summum, si Iegeris, quæ scribit ad 14 Januarii, et 19 Februarii (uti pag. 167, in Notis ad Nili δῆγμα, P. Possinus) et expenderit hæc verba: « Contigit ejusmodi gravissima persecutio, etc. » et ejusmodi pro simili volueris intelligere, et amice quoque ista. « Una (inquit) eademque persecutio Saracenorum, sive a Saracenis commota, et inflictæ suprascriptos sanctos monachos diversis in locis positos vexavit, diversisque diebus occidit, (seu diversis temporibus), ut non mireris si sæpe agatur in Romano Martyrologio inferius de monachis cæsis a Saracenis. Ita persecutio Diocletiani, vel aliorum tyrannorum in Christianos debacchantium dicitur una, quamvis diversis diebus, temporibusque fuerit excitata et consummata. » E quibus cardinalis Baronii verbis, quam fuerit ille attentus in Operibus suis clarius elucebit æquissimo rerum æstimatori.

Dum Nilus pro more suo ad sanctos, qui erant in Rubo, et Græce Βάρη, quem Moyses vidit ardentem, at incombustum, Exodi iii, 2, ubi sacellum a sancta Helena Augusta fuit exstructum, et sub altari compositus ingens lapis, et prope quem Justinianus imperator magnam ædificavit ecclesiam instar arcis, ut Procopius laudatis locis describit, et attestatur Petrus a Valle tom. I *Peregr.* p. 286: ad sanctos (inquam), id est perfectiores monachos, paulo ante de monte Sina descendisset, ut haberet cum ipsis synaxes, et collationes, aliæque spiritualia exercitamenta, monachi etiam distinguebantur in ἀρχαίτους, sive ἀρχαίτους, id est, *incipientes*, μικροσχήμους, καὶ μεγαλοσχήμους, id est, *parva veste amictos*, *indutosque* 685 magna, qui τέλειοι καλιγρηγοί dicebantur, ut apud Hierosolymitanos equites novitii, et *Grand-Croix*, Goar, p. 472, 488 et 517 in *Euchol.*; sed vercor ne sit hoc monachorum

discrimen recentius. Evenit, uti jam prænotavi, A excursio illa memorabilis Saracænorum ad annum C. N. 410, qui canum instar exagitarum rabie inconditum edentes clamorem in Dei viros insiluerunt : ipsorum belluinos, ferinosque mores jam graphice delineavit Nilus in sua Gomplotatione (sic), quemadmodum et Ammonius, non violentius lupi agnis insultant, ululantes, in primis corraserunt, et compilarunt quascunque congesserant illæ sanctæ formicæ præparantes ad hibernum victum summitates arborum, baccasque silvestres, quæ ad hunc usum sedulo collectæ, et custoditæ siccari, sive durari, servarique poterant, mox compulere monachos ut eas ad sese deportarent; alios vero monachos, qui erant intra ecclesiam abstrahunt, nudantque suis centonibus, provectoris ætate disponunt ordine ad cædem, tum circumstantes truculenti carnifices eduxere gladios irati, et torve igneum, rutilantemque subvolventes obtutum erga strictam illam aciem, paratamque neci pro Christo, cui famulabantur subeundæ fortiter ac generose. Lego nempe *πρωτόν*, et *πρόβρωτόν* (ut in textu, notisque, p. 160, doctiss. Possinus). Mandant sacerdoti loci sacri, ut protendat cervicem, inferuntque non simul ambo (duo etenim ipsum circumstabant), sed unus post alium enses utrinque infligendo, ut crudelius degustata morte occideretur, plagas ad interscapillum et mamillam, e quibus ille sacerdos victima Deo sacra concidit, sicut et ejus concellulanus grandævus, et fractus non annis tantum, sed et monasticis laboribus, denique puer illis ministrans jussus relegere bacchas, uti jam narravi. Satiati mactatis hisce tribus Barbari reliquis monachis indicarunt ut fugam capesserent, et abirent, οὐκ οἶδα τί παθόντες, manus indicio suadentes, cum adhuc tenerent sanguine infectos enses, *nescio quomodo placati* (Nilus inquit, p. 50) per tesqua præcipitia gradientes ocuis monachi nisi sunt ad montem evadere, nec enim via trita erat, hæsitantiam, tarditatemque suam Nilus hic pingit, tum ob ætatem, uti jam insinuavi, tum quod abduci videret Theodulum unicum suum filium, et professionis socium a Barbaris, illeque patrem vicissim respectaret, pertrahentibus immanibus eum tortoribus subinde, donec innuit filius, ut ipsi sibi consuleret pater, fugaque salutem quæreret; hærebat tamen Nilus, donec nimium intervallum ejus oculos frustratum est, deficiente nihilominus sensu visus, secuta est voluntas et amor filium comitabatur, Nilus tandem dolore confectus discessit. Simul atque Saraceni procul recesserunt, multis aliis per solitudinem trucidatis, et discusso nimbo, serenitas effulsit aliqua, rursus cum aliis monachis descendit e monte Nilus, ut tribus illis officia debita exhiberentur, humarenturque beata corpora. Senem adhuc ipsi spirantem compererunt, qui collectum spiritum, ut eos adhortaretur ad serviendum **686** Deo constantem, demum emisit : vocabatur hic presbyter Theodulus, et coronam nigra ad cælum obtinuit;

alii nomine Paulus et, Joannes jam exhalant animam, præverantque metatores presbytero ad cœlestem gloriam velut anteambulones. Sepelierunt itaque defunctos die septima post Epiphaniam, seu decima quarta Januarii, uti jam toties præfatus sum, monachi superstites cum Nilo.

Omnis in Theodulo stabat chari parentis cura. Nilus igitur vale dicto sacris commilitonibus, et missione petita temporaria, se itineri accingit, ut eum perquireret, commendans se orationibus sancti cœtus, et in Deo desigens omnem spem suam, utque pastor deperditam, raptamque oviculam recuperaturus, animatus quidem hac fiducia, errabundus tamen, ac lugens Pharan venit (est ea urbs Arabiæ Petrææ, et mons ad sinum Arabicum in B Ægypti confinio. Ptolemæus meminit populorum Pharanitarum. Ibi habitavit Ismael filius Abrahami, et Agar, Gen. c. xxi, v. 22, fuitque 13 mansio populi Israel ex auctore *Mar. histor.* estque solitudo) ibique habitos a se recenset ultro citroque sermones cum quibusdam æcedentibus, vitam solitariam, sive eremiticam dilaudantibus, atque circumsedentibus et causam gemitus ac fletus exquirentibus; in lacrymas enim gemens colliquescebat, ac sedens ejulabat miserabiliter, respondet suis ærumnas paratus exponere, deploratque calamitatem suam, filiique captivitatem, vel cædem quam præsumebat, interdum meticulose, totiusque vitæ suæ curriculum pene orsus breviter contexit, interrogatusque de strage sanctorum, divinæ providentiæ specimine, et documenta quamplurâ depromens sacris e Libris, tum Barbarorum victum, latrocinia, sævitiam, et camelorum carnibus, quos præsertim nuncupant dromadas, seu dromedarios a cursu, alimentum; stellæ, sive astri Luciferi cultum, sacrificium puerorum ætatis flore ac egregia forma excellentium, vel albæ et macula carentis camelæ diluculo; e converso monachorum vitam angelicam, pietatem, atque conversationem austeram ob oculos ponit, ut convenient ad sacra mysteria communicantes; de inani, quam fugiunt, gloria, utque vere philosophantur (Persæ profecto adhuc immolant feminam camelum, teste La Vallé, parte 1, p. 153 et 48, et Niceta in *Vita S. Eliæ novi martyris*, p. 202, quem protulit Combefis. Florebat Elias iste anno C. N. 768, mundi 6268); de Arabibus nomadibus, qui stellæ Veneris matutino ac Lucifero astro (gemini prævium temporis vocavit Seneca tragicus; est enim vesper etiam, quæ lucescit bis, quasi educens cogensque stellarum aliarum gregem) p. 217. Ibi Combefis Nilum dilaudat de isto Saraceno errore in libro De cæde sanctorum Patrum in monte Sina, et fusius agit.

Astitit Nilo cum retulisset incursum Saracænorum, et cædem monachorum, cujus hypotyposim jam reposui, profugus e captivis, quos Barbari comprehenderant elapsus ex eorum castris, servus nempe Magadonis senatoris, et nuntiat **687** adhuc anhelans se ab illis aufugisse de-

signatum, ut immolaretur cum Theodulo Nili filio illuoscanti Lucifero: percenset apparatus sacrificii, et Theoduli, qui perstare voluerat, constantiam, confisi divinæ misericordiæ, immanitatem nonadam Arabum tantam affirmat, ut exurent omnem humanitatem, et sævirent impie, immaniterque in monachos, cumque illorum corpora illudentes excarnificassent, insepulta illa derelinquerent, nec humo tegere, vel obruere dignarentur, sed Deo devotorum animæ in celum receptæ vindictam a Deo flagitabant, et sanguis ad eum clamabat. Erat nuntius iste servus Magadonis senatoris, qui addidit, ut Arabes illi tribunum militarium repugnantem interceperint, et membratim ceciderint (στρατηγὸν τῆς πολιτείας *ducem reipublicæ* vertissem), dominum vero suum Magadonem publico perfunctum munere cum filio duobusque famulis contra fidem datam interfecerint, tum monachum venerabilem præcipitem dederint in petram, scopulumve subjectum; mox adolescentem monachum obtruncarint, tum alium adolescentulum animosum vulneribus confecerint, occurrentesque tres adhuc, et in tuguriis duobus, repertos, ad austrum quidem unum, et alterum ad septentrionem; — universim octo monachos, quibus si jungantur tres nominati, sepultique superius, undecim computabuntur; — se ille servus tot cædibus perterritum arripuisse fugam asserit; sed quid eum Theodulo, quem immolandum ipsi Barbari susurrabant, ignorare se fatetur. Ingerit Nilus graviore sollicitudine oppressus somnium suum, cum præ dolore obdormisset, ut opinor, visus sibi ab ignoto redditam epistolam filii, in cujus inscriptione se μακάριον Theodulus attestabatur, id est, *felicem*; addit fortitudinem cujusdam matris Pharan incolentis, quæ mulier vere fortis inventa est. Nam filium adolescentem a Barbaris grassatoribus interemptum, ut præfertur, cum accepisset, non muliebriter ejulans eum deslevisit, sed Deo gratias agens, deque ipsius salute secura, necem illius generose toleravit, et sibi potius gratulata est, tuncque illius exemplo se commotum, pudoreque confusum erexisse animum constitetur Nilus, et maximum levamen atque solatium inde percepisse. Certe si eodem tempore superfuisset ejusdem Nili conjux, et filia, potuisset ad illas apostrophas, vel aliquod epiphonema dirigere: an quia mortuæ mundo erant, tacuit, an propter illatas jam causas, æquanimi lectoris erit arbitrium.

Memorat porro Nilus, hisce nuntiis cladum auditis convenisse Pharanitas, visumque consilio non dissimulandum istud flagitium, silentioque tegendum, imo regi Barbarorum contra fœdus attentatum scelus significandum, conquerendumque, ut saltem inhiberentur fœda ista latrocinia deinceps; miserunt igitur cives illi duos hemerodromos, id est, cursores diurnos puberibus adultiores, qui ferunt tela et hastilia, ut figant feras, et silicem, vel igniarium e silice, ferroque, quæ collisa ignem

A emittunt, unde scintilla decussæ, 688 et in fornite siccorum aridorumque virgultorum exceptæ flammam excitarent ad carnes concoquendas in itinere.

Interea Nilus, alique versi ad officia funebria circa cæsorum corpora, quintum jam diem, mortuos eos invenerunt, et huc illucque jacentia cadavera nullo tetro infecta odore, non putredine vitiosa, nec violata morsu bestiarum ferocium, et carnivorarum, sed incorrupta, et integra, nec dissoluta vel fluxa, ut assolet, quorum nomina didicerunt ab illo Magadonis servo: in Bethambre Proculum, Hypatium in Geth, Isaac in monasterio, in mansione eremitica Salael, Macarium autem et Maroum per solitudinem extra mausiones, et Benjamin in exteriore eremo Ælim, Eusebium in Tola (locus est hoc nomine ad extremum montis pedem quinto lapide ab æde sacra, ubi Joannes Climacus annos quadraginta peregit cum Mose) et Eliam in Aze; in Patris Le Sueur versione Gallica hic Isaac adjuungitur, ex Eusebio et Elia. Cum alter confosus plagis adhuc animam traheret, eum deportarunt in cellulam, et persoluto reliquis officio, reduces exanimatum prope hydriam, in gena proam, et a pota propter vulnerum inflammationem, dum sedit, defecisse agnoverunt, et ei etiam justa fecerunt; et siquidem isti octo sunt alii ab illis octo, quorum cædem enarraverat servus Magadonis, quique cum tribus, quos primitias martyrum illorum jure nuncupabimus, novemdecim computabuntur, et reliquorum novemdecim nomina Fastis inscripta cœlestibus velut adauctorum et coronatorum venerabimur.

Commodum ecce Nilo Pharan regrediente, redeunt cum litteris reguli Barbarorum, Hemerodromi a Pharanitis ad illum missi, et ad pacem confirmandam, quæque capta fuerant restituenda, cædiumque ultionem, ne commercia solverentur se regulus offerebat illis promptum. Remittunt oratores cum donis Pharanitæ ad eundem regulum Barbarorum, qui libenter argentatas audiunt quærimonias, et ante quorum principis faciem munera spatium faciunt, Proverbiorum xviii, 16, ut est omne Barbarorum genus φιλόδορον, καὶ φιλοχρημάτων, ex Herodian in Sever., id est, amans donorum et pecuniarum. Peregrinatur cum oratoribus illis ad octavum usque diem Nilus; nam ad hoc iter conficiendum duodecim erat diebus opus; laborabatur in eodem aquæ penuria, sed fons proximus sperabatur a sitientibus, et indicabatur; tunc Nilus, tam debilitate senectutisque infirmitate, quam gravi modestia retardante, uti jam animadverti, nequibat assequi comites eo convolantes, quamquam virium satis etiamnum jactat sibi superfuisse fingenti, ac præsumenti reperitur se Theodulum filium suum, et id quia circum fontem diffusi Barbari erant, et vero Nilum illico hi raptarunt, mox dimiserunt militibus visis, et se in fugam dederunt. Perrexit igitur cum militibus, qua-

triduoque pervenit Nilus in castra reguli barbarorum Ammanis, qui comiter ac perhumaniter eos excepit. Diligenter ibi Nilus perscrutatur de filio, rumusculos omnes aucupans, **689** tandemque a pluribus, etiam jurejurando præstito affirmantibus, agnoscit eum vivere, divenditumque cuidam apud Elusam urbem; cumque illi hortarentur, ut eo se conferret, haud Jubie quippe ibi eum inventum iri; cum duobus viæ peritis Elusam proficiscitur; in via offendit Nilus quem videbat virum alias Elusa reversum, agasonem nimirum sequentem jumenta onusta, qui agnitum familiariter Nilum appellans, eductas e pharetra litteras reddidit, bonoque animo esse ipsum jussit, ὅτι γὰρ ὁ πριάμενος υἱὸν σου (aiens) ἐστὶ κατὰ Χριστὸν θεῶν μυστηρίων ἱερεὺς, quoniam qui filium tuum **B** emit, est secundum Christum divinatorum sacerdos mysteriorum; et filius dicitur obire munia in ordine sacro usque ad prima ostiariorum ministeria fidenter proventus, magnam vero studiose spem, nemo ut majorem ostentavit, exhibere progressus, ac brevi tempore multam virtutis experientiam præbere, et ab omnibus faventem ferre calculus, quod illis sit persuasum ob morum probitatem idoneum, ut ad hunc gradum extolleretur. (Urbs est Elusa olim Arabiæ; sed postea imperante Justiniano Palæstinæ tertiæ fuit ascripta, ejusque sanctus Hieronymus in Vita sancti Hilarionis meminit.) Iniit ergo tandem Elusam Nilus exhilaratus, atque lætitia diffuens, adiit Ecelesiam, τὰ τέμνα τοῦ Θεοῦ, gratias referens O. M. Deo non sine lacrymis, quas gaudium ciebat, deducitur donum, ubi filius erat, a multis collactantibus; at filius obvius patri procedit, patrem vix agnoscit propter comam, quam forte promiserat, et vestes sordidas, collacrymantur ambo, postquam pater defixis in filium oculis, eoque confestim agnito, tantum gaudium concipere animo non valens, concidit resolutis artubus, et exanimis creditus, a filio amplexante recreatus, et erectus, diu vocem non invenit, et pro verbis lacrymas loquebatur, tandem filium vicissim amplexu arcuissimo constringens, exquirat narrationem liberationis suæ, rogatque ipsum, ut eam percenseat.

Paruit Nilo Theodulus, casuumque seriem orditur ab his, in quibus Magadonis servus fuga lapsus desiderat, quæque retulisse præsumit, nolens repetere tot discrimina, quæ molestiam facerent, neque dolorem renovare, tædiumque afferre denuo. Parata (inquit) erant omnia, ut diluculo perageretur sacrificium astro matutino, et tuus Theodulus immolandus in promptu Deum invocans, ut eum redderet parenti seni, πατρὶ προσβύτη (hinc senecta Nili magis ac magis comprobatur, p. 113), et confidens jacebat pronus humi, abjectaque facie, sed animo sursum elato. Constructa fuerat ab illis popis ferilibus ara, gladius nudatus, libamen, phiala, thus, adhibenda instrumenta non deerant ad ceremoniam tam funestam, cum servus ille communicavit mihi suum de fuga consilium, et solus eam arripuit

tempestive, ita ut eum persequi barbari nequiverint propter spatium temporis, ex quo abierat, et incertum viæ, quam delegerat. Ego vero (ait), cum plurima mortis imago menti meæ obversaretur, geminabam ad Altissimum preces **690** meas, et open ejus implorabam spei plenus, ne cruor meus innocuus et innoxius dæmonibus impuris libaretur, et astro, seu maligno spiritui obscenitatis ac libidinis administro, virginæ meæ carnis nidor esset oblectationi vehementer efflagitans. Ecce prodit Lucifer super horizonta fausta luce, me supplicio tam execrando eximens, quasi Deo præcipiente, properans illa stella, ut ego nescirem occasum, surgunt et orto jam sole barbari, ejus splendore ac jubare perturbati, quia legitimum præscriptumque sacrificii tempus effluerat, meque assidentem pectinatim consertis digitis, etc., meaque amplexum genua, et manantibus ubertim lacrymis sinus implentem, interrogarunt de servo illo, quem frustra requisierant; sed cum me ipsis adhæsisse respondissem, nec quo perrexisset scire ullo modo novērunt, parentes corpori, vitamque indulgentes hanc fluxam et caducam, animam conati sunt occidere, ac æternam rapere immortalitatem. Jusserunt itaque me *μαροφαγεῖν*, id est, contaminatis cibis vesci, et mulieribus colludere; sed Dei fultus auxilio contradixi, nec obedi. Perventum denique ad cultam regionem, ex illa solitudine tam sterili, et ad Sucam vicum statuerunt me nudum prope portam, venalem incolis proposuerunt, a quibus cum duo tantum aurei offerre ntur pro pretio, indignabundi, strictum gladium identidem jugulo meo admoventes, caputque amputaturi, nisi quis me pluris mercaretur; ipse flens orabam mercatores, e quibus aliquis misertus, vix me addicens redemit, ab eoque mox isthic, Elusæ nempe, in alia mundi natione distractus fui. Hæc audiens pater dolore dissecabatur; idcirco ne gaudium ejus corrumperet, obturbaretque rursus paternum animum, Theodulus finem dicendi fecit, patremque commonuit ut gloriam Deo gratiasque offerret pro tam insigni beneficio.

Regessit Nilus vovisse Omnipotenti se illo ipso, quo Theodulus periclitabatur tempore, tantisque conflictabatur ærumnis, si viventem ipsum comperisset unquam, δουλείαν ἐγκρατείας, καὶ τῆς ἑλλῆς κακοπαθείας σκληράν, id est, servitutem temperantiæ, seu jejuniorum, ac abstinentiæ, et alterius afflictionis austeriorem; inter dormiendum autem exaudisse vocem, qua spondebatur acceptum fuisse votum illud, desideriique compotem sese fore; id exsequi se velle, ac expeditum esse.

Theodulus ad voti partem explendam exhibet se, ut patrem sublevet; concludit pater, ut ambo promissis starent, et quæ polliciti voverant, exsolvent.

Deum precatus Nilus, et adorata Numinis providentia subjunxit, episcopum Elusæ, cum diu fovisset et detinisset ipsos apud se (nam θεοσιλῆς erat,

id est, amans Dei et proximi, atque hospitalis) invitasse ut secum permanerent officiose, promittendo tranquillitatem omnem, blandaque tyrannide ipsis impetrasse, τὸν ζυγὸν ἐπιθεῖναι τὸν ἱερατικὸν μὴ βουλομένους, ut sacrum jugum, quamquam delectantibus imponeret; denique ambos, remissio prius Theoduli pretio, et donato liberaliter, omniq[ue] **691** viatico idoneo instructos dimisisse. Ista R. P. Possinus, e ms. illustrissimi Monchalli archiepiscopi Tolosani, Græce Latineque Parisiis edidit; verum e Regio, et Mazzarino mss. Latine quoque reddiderat reverendus Pater Franciscus Combefis., sed et Gallicum in sermonem transtulit R. P. Le Sueur, quamvis D. Erouval illi versionem alteram typis mandata anno 1649, cujus auctor R. P. Possinum sequebatur, ostentasset. Lipomanus Latinam versionem publicaverat, quam a Surio insertam suis martyrum Historiis arbitror; nihilominus Narrationem istam Nili redigere libuit hic in Epitomen, et tria considerare attentius vocabula nempe ταῖς κόμαις τῆς κεφαλῆς, et, μιαινοφαγεῖν, denique: καὶ γυναίξιν προσπαλεῖν, id est, *cæsarie, comisque capitis; comedere, quæ sunt illicita, et execranda; cum mulieribus ludere*. E primo arguo solitos monachos attonderi, uti jam innui. Salvianus lib. viii *De gubernatione Dei* describit monachum palliatum, et pallidum, et recisis comarum fluentium juis usque ad cutem tonsum, pag. 190; Sirmondus, in epist. 25, lib. iii Sidonii, Yopez, in *Chron. sancti Benedicti*, cap. 4. Nilum autem aluisse comam in luctu, et promississe ideo capillos, ut faciem obtegerent, nec a filio statim agnosceretur. Lugentes enim et rei solebant olim barbam capillumque submittere; testatur id de Eumene Justinus, lib. xxxvi, deque Augusto Sueton. c. 23; Cujac. lib. vi *Observat. Jur.* c. 1, ad lib. xv *D. De injur.*; § *Generaliter in verb. vel capillos submittat*. Ovidius quidem relegatus ad Euxinum Pontum egressus est Urbe,

Squalidus immissis hirta per ora comis-

Consulendus cardinalis Baronius in *Annalibus Eccles.* ad annum 58, num. 55, apud Spondanum.

Quod attinet ad μιαινοφαγεῖν, non tantum opinor Theodulum intelligere idolothya paganorum, vel azyra Judæorum, quæ canone 70 Apostol. ii Synodi Gangren., xxxviii Laodicen., ii Trullanæ, prohibita quoque sunt; sed et cibos vetitos, quibus abstinent orthodoxi feria sexta qualibet, et singulis Sabbatis, ac in Quadragesima, plerique vero monachi præstitutis diebus ex instituto monasteriorum; notum illud proverbium: Τυρὸς καὶ ἄρτος καὶ οἶνος, βλὸς μοναχοῦ καθήμερινός. Ut nullus episcoporum monachis volatilia comedere concedat, sancitur c. 9 Additionum ad Capitula Caroli M. in Bibliotheca Cluniacensi, ubi Quercetana multa notat, p. 27. De xerophagiis, id est, aridorum et siccorum ciborum esu, etc. Tertullianus, lib. v, cap. 4, *Adversus Marcion.*; Philo, lib. i, *De vit. contemplat.*; Fest. in verb. *Panem*; Cardinalis Baronius ad annum 34.

Jam egi satis de jejunio; sed hic perstringo ista breviter de abstinentia carnis, qua reprimitur κολοδαίμων, qui παραπλήσιος est ἔγγαστριμύθος, id est, *dæmon ventris*, qui vicinus est ventri loquo; de Carthusianis sancti Brunonis, qui anachoreticam vitam in Occidente renovavit, alumnis, quique perpetuo abstinent ab esu carniū, Ostiensis card. Henricus de Segusione obiter in c. *Consilium ext. de observ. Jejunior.* et Joannes Andreæ, qui stat a Carthusianis ex libro Arnaldi **692** de Villanova pro ipsis conscripto, uti Antonius Butrius in margine Panormitani, et Joannes Charlerius de Gersono oppido Remensis diocesis, atque Fogerolius, in libro Porphyrii *De abstinentia*. Quoad lusum cum mulieribus, pudicus ille castimonie custos et purissimus adolescens velat hoc verbo turpitudinem, ad quam impuri et impii prædones obsceni Mahumetis præcursore cum adigebant; nam si fœdis ipsum escis expressent, et inquinassent, haud dubie ad incontinentiam protraxissent. Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν, καὶ πλεῖν, καὶ ἀνέστησαν παλεῖν. Exodi c. xxxii, v. 6; id est, *sedit populus manducare et bibere*; quæ verba inserit Apostolus I ad Corinth. c. x, v. 7, καὶ γυναίξιν προσπαλεῖν ait Theodulus, id est, mulieribus alludere. Monachi profecto calibes erant, et vovebant servabantque castitatem, unde vocabantur Azyges: synod. viii, act. 3, p. 266. Τὸ σῶμα εἰς τὴν σήμερον ἀγνόν, ad hodiernum usque diem castum professus est Theodulus, pag. 117, in Narratione, suum corpus hactenus virgineum; et de Malcho monacho fuse sanctus Hieronymus in ejus Vita, et Martyrologium Romanum die 21 Octobris, quem barbari captivum cœgerunt feminam captivam secum retinere, quamvis cum illa casta vivebat castior ipse: deque alio monacho adolescente vincto, et a meretrice, paganorum insidiantium ejus castitati arte, immissa pellecto, exsectamque dentibus suis linguam propriam adversus eam conspuente. Vide Vitas Patrum. Ex ista porro Epitome liquet quam agitato et concussus fuerit animus Nili, ætate jam vergente ac ingravescente, atque devoratis tot molestiis et ærumnis, turbatus et afflictus (occupant enim clarissimi animos interdum humanarum caligines passionum), quasi mole calamitatum non solum curvatus et inclinatus, verum etiam obrutus, atque oppressus sub onere tanto fatiscens magis ac magis insenuerit. Etenim si (uti computabam) Nilus anno C. N. 360, Constantinopoli (quæ δέξα ἔρεσι, id est, decem annis condita, dedicata fuerat anno C. N. 350, e Juliano Apostata Cæsare, orat. 1, p. 256) natus erat; anno C. N. 403, præfectus itidem Urbi delectus ætatis 42, seu 43, studuerat quippe liberalibus disciplinis, in urbe CP. ad annum C. N. 385, ætatis 25; duxerat uxorem anno 390, ætatis 30; reliquerat patriam et aulam, proficiscens ad montem Sina anno 405. Præterea incursu facto Arabes filium suum Theodulum abduxerunt, quem diu perquisitum anno 410, seu 411, dum ætatis suæ

Nilus quinquagesimum, seu quinquagesimum primum ageret, tandem invenit, si vixit usque ad Marcianum Aug. (sic enim lego in Menæo, *ἔω; Μαρκτιανοῦ*, usque ad Marcianum, non sub Mauritio), et Marcianus cœperit imperare anno C. N. 451, migravit e vita Nilus anno ætatis 91. Provectus fuerat eodem anno 410, seu 411, ad presbyteratum ipse jam quinquagenarius, ab Elusano episcopo, uti filius ejus Theodulus anno 391 editus in lucem, et lector, sive ostiarius (ita quippe sonat vox *ὄστω*) assumptus ab eodem, nec enim tam exacte discernuntur minores ordines apud Græcos, sicuti 693 penes Latinos, quemadmodum jam ostendi, sive in acolythum, et exorcistam, vel denique subdiaconum, ordinatus annos ætatis suæ 20 seu 21 numerans.

Utque Nilus pater inter monachos Missas peragere potuit, ita ipse sacra inunia obire ad minores ordines, aut subdiaconatum spectantia per 40 annos, et ad majores provectus, quibus frequentem et assiduum utrumque fuisse tam in synaxibus, quam in monasticis exercitationibus non ambigendum est. Nilum præcipue varias epistolas exarasse ad eos, qui velut oraculum undique ipsum consulabant; quæ simul collectæ ab illustrissimo Allatio, iterum editæ fuerunt auctiores, dicatæque serenissimo principi Raynaldo Estensi, anno salutis 1668, Romæ in fol. Illas antea pauciores excudi curarat R. P. Possinus Societatis Jesu Parisiis 1657, et nuncuparat eminentissimo sanctæ R. E. cardinali Barberino, et uterque in Latinum sermonem transtulerat; possent illæ in duas classes dividi, scilicet in eas, quæ ante incursum Saracenorum scriptæ fuerunt, cujusmodi est illa, quam secundo dedit ad Arcadium, cum jam valedixisset aulæ, seque recepisset in montem Sinæum, cumque retractus in exsilium sanctus Joannes Chrysostomus tam indigne multaretur. Exstat apud Allatium, lib. III, n. 279, hisce verbis: *Ἰωάννην μέγιστον φωστῆρα τῆς οἰκουμένης τῶν Βυζαντινῶν πρόεδρον*, etc., et apud Possinum, n. 232, p. 227. Ecce illam: « Joannem maximum orbis universi luminare Byzantinæ præsulium urbis amandasti non recte in exsilium, ex multa levitate persuasus ab episcopis malesanis mente: privans itaque catholicam Ecclesiam inculcata sinceraque doctrina, minime absque dolore vitam transiges, sive non impune ferēs. » Hanc tamen præposuit illi, quam primum datam ad eundem censeo a Nilo, cum adhuc is esset præfectus, Possinus ambas conjungens, sed Allatius disjunctam primam, lib. II, n. 265, præferens isti jure, uti superius monui, p. 633, 647 et 651, et liquet e contextu. Hac quoque Nilus consummata jam Joannis exsilii sententia Arcadium Imperatorem hortabatur ad pœnitentiam, quam ipse in solitudinem progressus amplectebatur cum uxore ac filiis, deplorans atque lugeus iteratum sancti Joannis exsilium, et minatus divinam vindictam, quæ Arcadio dolores infligeret acriores: amisit enim dilectam nimis Augustam, et mox

A ipsam subsequutus est moriens; — et in illas, quas misit post incursum epistolas. Si quis autem vellet omnes ordine, vel per materias, vel per nomina eorum ad quos diriguntur, juxta seriem alphabeti eam per tempora, vix, ac ne vix quidem fieri posset cum sint sine die, atque consule, et sine indictione, aliisque notis, næ ille bene mereretur de Nilo; tamen illis sæculis non describebantur, neque dabantur accurate atque anxie, ut nunc fieri solet, epistolæ, nec adhibebantur loca, dies, menses, anni consulum, vel imperatorum, atque pontificum, neque subscribebatur nomen scribentis, sed vel e stylo, vel ex aliqua phrasi solita usurpari, arguebatur, et illa signum vocabatur.

B Imperiosissima est religio (auctore Plinio) in adversis præsertim 694 casibus, unde canit Silius,

*Tanta adeo, cum res trepidæ, reverentia divum
Nascitur, et raræ fumant felicibus aræ.*

Clamat et alius:

Primus in orbe deos fecit timor.

Unde Græci Deum ἀπὸ τοῦ δέσθαι, id est, a metuendo deducunt, licet vocent Θεὸν ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, sive a videndo, quem, quia videt omnia solus, verum possis dicere solem; ideo finxit poesis prisca λιτάς, id est, preces claudas, quia calamitatum et infortuniorum passibus inhærent, et vestigia persequuntur tardius, et quasi claudicantes.

C Si Romana unquam perpressa fuit graves ærumnas respublica, illas pertulit profecto, quibus Arcadius imperator e medio sublatus fuit, temporibus, cum Theodosius minor ac vere μικρός, imperii habenas Eoi suscepit irruentibus in Romanas provincias Barbaris, qui reipublicæ clavo fuerant admoti, ac invicem digladiantibus, et velut de corio ludentibus alieno. Ad viros igitur angelicam professos vitam fiebat concursus; hos inter eminent Nilus præfectorius tot periculis defunctus, adibatur velut alter Salomon et asylum virtutis, atque sapientiæ cortina; Nili pietas, jugis meditatio rerum divinarum, assidue preces ad Deum, et exercitia severiora monastica, cunctos ad ipsum pertrahabant, illius openæ adversus vitia ingruentia, et serpentes, ac irrepenes abusus, non solum viri religiosi, sed collegæ monachi, ac hegumeni, ipsæ etiam diaconissæ, et omnis sexus, quarumcunque artium, omnis ætatis homines velut cujusdam Avernici, et Alexicaci consueverant implorare, quin salutarem illam experiebantur.

D Conscripsit igitur opuscula complura, quorum Indicem antea contexui, et si liceret chronologiam eorum utcumque attingerem; opinor quippe compositos in primis fusiores atque ampliores tractatus; deinde sententias, atque Γνώμας, et Capitula velut olim Ἐπη Pythagoræ, sive Phocylidis, e Sibyllinis desumpta carminibus. Suidæ. Olim apud Latinos dictum fuit Capitulare Theodulphi ex abbate Floriacensi episcopi Aurelianensis epistola, quæ capitulatim concepta, et distincta in 46 capi-

tula disciplinam ecclesiasticam continet. Floruit ille anno Christi N. 835. Ita Capitulare Caroli M. collectum ab Ansegiso abbate Laubiensis monasterii Cameracensem intra diocesim, in quo statuta variarum synodorum et conventuum, et constitutiones tam Caroli Magni quam Ludovici Pii, et Lotharii concise, paucisque verbis exprimuntur, congestum est in quatuor libros; ad annum 775, collocatur hic Ansegisus. Apud Græcos *Κεφάλαια* vocata fuerunt hortatoria Carpathii, non ejus, cui prænomen fuit Philo, in insula maris Carpathii versus Ægyptum, inter Cretam, Rhodumque ordinati episcopi a sancto Basilio ad ann. C. 374; sed Joannis Carpathii cujus legerat Nilus ad monachos Indiæ præcepta, e Photio, e Sexto Senensi; S. Maximi confessoris ad an. 650; Marci eremitæ anno 906, et monachi, cujus ms. liber inscribitur *Multum desiderato filio Nico*, suntque viginti capita eodem in argumento e **695** Photio; Diadochi episcopi Photices in Epiro vetere intra Illyricum *Κεφάλαια* centum, quæ in Bibliotheca Patrum exstant, illeque floruit ad annum 390; Basilii Magni Ascetica, quæ tamen tribuuntur Eustachio Sebasteno Quæstiones, nempe compendio explicatæ: sunt enim in his expurganda nonnulla, quæ notat cardinalis Bellarminus lib. *De Script. ecclesiast.* ad annum 570; Pærenetica Dorothei archimandrite, qui circa 560 annum vixit; Theodori episcopi Sabaitæ ad annum 532; Theodori episcopi Edessæ Practica; Isaiæ abbatis, Agapeti ad Justinianum imperatorem, Patris Ammonæ, Cap. 17; Macarii, seu magni seniorisque ad annum 340; insuper *Κεφάλαια πρακτικά* Hesychii presbyteri, ac postea episcopi Hierosolymitani, ad annum 604; Philothei monachi monasterii *ὕπεραγλας Θεοτόκου ἐν Σινᾷ τοῦ βᾶτου Κεφάλαια* 58; Isaci Syri. Item e Capitalis Joannis ascetæ fructus, qui auctores in codicibus BB. BB. et 250, comperiuntur, vel in Bibliotheca Patrum Græce, Latineque, qua exarati calamo, qua typis editi, et Capitula ista forsitan ab aliis excerpta fuerunt ex amplioribus tractatibus, homiliis, et sententiis, responsisque ad *ἔρωτήσεις* Patrum illorum, uti Capitula diversa diversorum Patrum simul consarcinata et coacervata, quorum exordium est: *Beatus Epiphanius dixit*; et in Vitis Patrum similia inveniuntur, et plurimorum Synopsim vertit e Græco in Latinum in Vita Basilii monachi, et præfecti lauræ Malcini, asceticæque Descriptione Jacobus Pontanus Societatis Jesu. Vide Sirmundum in Notis ad Theodulphum, pag. 274. Versarat diurna nocturnaque manu Nilus, et diuturna lectione triverat libros sacros, adeo ut illos imbibisse videretur, locos eorum scite atque apposite applicabat, et exponebat concinne, sequæ in his exercitissimum, et germanum sancti Joannis Chrysostomi discipulum exhibebat; sed quamvis sumat pro tempore vel materia Nilus diversos eloquentiæ vultus, tamen ipsius pressior est quam sancti Joannis stylus. Doctor etenim ille sanctus Antiochiæ natus Asiaticumens facundia, et assuetus forensi copiarum in con-

cionibus, et accusationibus, invehebatur exultans potissimum. At Nilus stylo utebatur aulico, ideoque dictio Nili castigatior est. Nihilominus sanctum Joannem imitari in Peristeria et in vitiorum insectatione, eruditus ipsius λόγος, id est, sermonibus, quos penes se præscriptos habebat, ut liquet ex epist. 293, lib. II, *Ad Zenodorum decanum*, et ex epist. 13, lib. III, *ad Hierium presbyterum*; in prima de Christi Domini baptismo, deque Spiritu sancto; in secunda de Jobo, ex illis promens, agit. Arctissima consuetudine, charitate ardentissima devincti erant sancti Joannes et Nilus; unde Nilus egregie tuetur ipsum, et Joannem episcopum Constantinopolitanum *θεοφόρον ἄνδρα*, quem Sosthenes Commentariensis culpabat *ὡς ὀργίλον*, etc., ut iracundum, epist. 309, lib. I, ad eundem Sosthenem, comparat Joanni Baptistæ atque Christo; ut lib. II, epist. 183, eum dilaudat, et carbunculum Ecclesiæ ob splendorem pietatis ad Valerium Cubicularium, **696** etc., recitat; et lib. III, epist. 199, eundem vocat *Entheum*, et eos qui Augustum *εὐλαδέστατον καὶ ἀπλοῦστατον*, benignissimum, et simplicissimum, ut extorrem faceret impulerunt, a Deo punitos ex eorum confessione invidentes episcopos narrat Severo exconsuli. Certe sanctum Joannem Nilo suas etiam visiones atque revelationes communicasse liquet ex epist. subsequæ. 294. lib. II, in qua ipsum magnæ Byzantiæ illuminatorem Ecclesiæ admirabilem, imo totius orbis nominat, scribens ad Anastasium episcopum, scilicet tempore sacrosancti sacrificii ab eodem sancto Joanne visos angelos altare cum veneratione circumeuntes in domo Domini, cum inciperet oblationem, usque ad mysterii consummationem, de qua epistola supra mihi sermo fuit, pag. 635, et ubi operarum mendo 394, numeratur; ibi *διορατικὸς ὑπάρχων*, non exponendus erat, *cum acie oculorum valeret*; sed potius *cum in visum foret*, sive horamitte, de quo Actor. cap. XIV, v. 4, et c. XVI, v. 9, eruditissimus Holstenius in Notis ad passionem SS. Perpetuæ et Felicitatis ex Alcuino et Adhelmo, p. 132, *ὄραμα, θέαμα, ὄπτασις, ὄρασις, εἶδος φαντασίας, θέα*. Hesych. *διορατικός, perspicax*, Damasceno, et Alexandro Aphrodisæo, inscriptiones Romanæ, ex viso et visu. Nilus quidem in præceptis exundantem coercebat eloquentiam, eaque contraherat in Capitula, unde nomen sortitus est, *Κεφαλαῖου*, stylum usurpans brevem, ac imperativum, Epictetum etiam adhibens, quem et Christianæ aptavit philosophiæ, austeritatemque Stoicorum duriorum emollivit. In *Διηγήματι* autem laxavit frena elocutioni, serviens affectui suo, ab eoque raptus, utque legitimus in Menæo prid. Idus Novemb.: *Ἐθρήνησεν υἱὸν αὐτοῦ αἰχμάλωτον πλέον τοῦ καθήκοντος, καθὼς ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ συντεθέντι γράμματι ἐμφέρεται* id est, *Luxit filium suum captivum, plusquam decuerat, quemadmodum e libro, quem de illo composuit, effertur, et floribus rhetoricis purpuravit phrases suas*. Ita in Jobi justii verbis multi ea non intelligunt, et quædam ibi sic accipiunt,

quasi aliquid durum dixerit Job in Deum, quos A refutat sanctus Augustinus in *Enarratione Psalmi ciii*, p. 439 : eloquentiæ quoque vim expandit in Panegyrico Albiani Galatæ, nutritique Ancyræ, formosi, et casti : cum ad sacra ministeria vocaretur ille, in eremum ad montem confugit ; sub Leontio presbytero, tum episcopo, lustravit sacra loca Hierosolymis, jejunio vacavit, et prædicationi, nummum Cæsaris non norat et in Nitriæ solitudine obdormivit in Domino. Hanc in genere demonstrativo laudationem numeris Nilus omnibus absolvit elegantissime, quam R. P. Possinus Latine vertit et edidit. Sanctus Gregorius Nazianzenus characterem Polemonis sophistæ visus est usurpasse, uti sanctus Hieronymus, et Sophronius, lib. *De vir. illust.* animadvertunt ; licet isti styllum Isocrati ac ἡδύτητα Erasmus ille suspectus criticus affingat, Basilius exprimit Demosthenem, sive Thucydidem, et alii Patres imitati sunt alios priores oratores, vel historicos. Flaccus Albinus vel Alcuinus abbas, Caroli M. deliciosus, id est dilectus, et, ut volunt aliqui, auricularius, id est, ab **697** arcais confessionibus, reliquit inter opera sua Caroli Magni responsum, in quo sensa ille sua patefacit sermone comatico, sive *χρωματικῶν*, id est, figurato, sive *κοσμητικῶν*, id est, adornato, post lib. *De divin. Offic.* p. 84. In Concionibus ejusmodi est ea de gladiis duobus, quam Græce Latineque præbuit, et illæ duæ de Paschate, vel Resurrectione Christi, quarum Epitomen, vel fragmenta inseruit suo *Μυριοβιβλιῶν* Photius, *cod.* 276, a selectas eas referens ; purpuras eloquii sui explicuit resolutis turgens *νιφάδεσσι*, effebuitque, uti Pindarus apud Horatium, profundo immensus ore. Dicuntur et esse tres de Ascensu Domini hactenus ineditæ, a sancto Joanne Damasceno in Eclogis, seu Parallelis indicatæ apud Sixtum Senensem, et a Photio ibidem relatæ compendiose ; est et *Λόγος εἰς τὴν προσκύνησιν τῆς ἁγίας ἀύσεως τοῦ ἁγίου καὶ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου*, seu ὑπόμνημα. Incipit : *Ὅσοι τῶ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων θεῖω ἔρωτι γινόμενοι κάτοχοι*. MS. in BB. BB. p. 151 e Cod. Vatic., 1790 e Lolliana, etiam post Nili de cæde monachorum instar Lectionum, seu sermonum. Inscriptum est enim, *Δέσποτα, εὐλόγησον*, seu *Εὐλόγησον, Κύριε*, ad 16 Januar. Cardinalis Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum Kalendis Augusti meminit homiliæ habitæ in celebritate catenarum et gladii sancti Petri, quæ sancto Joanni Chrysostomo tribuebatur, sed potius asserenda est sancto Proclo, vel sancto Germano, nondum enim catenarum miraculum contigerat : eam in Latinum versam e Græco retulit Lipromanus, sed Nilo eam non adrogarem tam facile. Est et Commentarius in sanctum apostolum Petrum in Lolliana. In exegeticis brevem illum crediderim ; nec enim vidi, quæ in Cantica scripsit, nisi ea quæ cum aliorum Patrum Commentariis, tom. II *Bibliothecæ Patrum* Græco-Lat. Parisiis sunt edita, de quibus supra fol. 657. Com-

mista vero sunt, et paraphrasim solam sapiunt ; quæ vero meditabatur in Psalterium nescio an perfecerit, et eorum aliquid supersit in mss. jam laudatis BB. BB. præcipue 72 codice, ubi *Νεῖλ.* est adnotatum vocabulum ; in Job etiam. Ingenii quidem vena non semper ad votum respondet, neque frustra quidam prædicant, claro die nitere ; pluvio, ac substillio illud flacescere. Habitus corporis confert ad lucubrationes, sicut et animi : ægrotans corpus, æger animus nihil sanum pariunt ; proveniunt fetus mentis pulchriores, qui deducuntur et promuntur ex illa serena, imo quærantur ad eos parturiendos otia et secessus. Hor. :

Bæotum in crasso jurares aere natum.

B Cœlum mitissimum, ejusque clementia, et temperies plurimum valet ad ornatum styli, et quasi, ut ita loquar, ad dictionis ἡδύχρουν, id est, hedychrom, est illud unguentum, quod illitum faciei solet inducere suavitatem odoris, et lævitatatis, Cicerone teste, lib. III *Tusculan.* c. 48. Itaque varius est ille in ejus Epistolis pro locorum, valetudinis, easuum, et temporum differentia, et forte nonnunquam, uti Roscius, crudior fuit. Cic. lib. *De orat.* cap. 124. Liberatus igitur agitatione mentis, et animi motibus, atque passionum æstibus, et fluctibus undosis **698** expeditus Nilus, tempestate, qua jactatus fuerat, sedata, recuperato cum filio Theodulo, se recepit in portum quietis, in alcedonia sua, ubi adeptus εὐθυμίαν, seu tranquillitatem, e Seneca c. 2, ad Severum, *De vitæ tranquillitate*, nec enim, scribit moralis ille philosophus, imitari et transferre verba ad eorum formam necessum est, quod appellationis Græce vim habere debet, sicut alii, qui tranquillum animi verterunt, nec etiam apathiam Socraticam, de qua Lipsius post Ciceronem, lib. IV *Academic. Quæst.* c. 130 ; Plinium, lib. VII, *Nat. Histor.* c. 18 ; Senecam, lib. I, epist. 104 ; et S. Augustin. lib. XIV *De civit. Dei*, cap. 9, quæque impatientia, sive impassibilitas dicitur, et de qua sanctus Hieronymus etiam ad Ctesiphontem agit : non inquam Nilus sectabatur eam, sed eam, quam epist. 172, lib. II, ad Valerium Cubicularium ὑψηλοτάτην ἀπάθειαν, id est excelsissimam indolentiam ex Allatiana versione vocitat, aut uti apud ipsum vertebam ἀτάραχον, *imperturbabilem*, in Opusculis, eum se præstitit deinceps Nilus. Homini certe nihil est magis optabile, quam prosper, æquabilis, perpetuusque vitæ tenor sine ulla offensione, secundo cursu, cum tranquilla sunt omnia et placata, e Cicerone, orat. 27 *Post reditum ad Quirites*, lib. II. Contigit iste tam Nilo, quam Theodulo, post incursum Saracenorū, et Nilum quidem expleto quadraginta curriculo annorum rursus in eremo, ad gloriam cœlestem arbitror evectum, cum nonaginta plus minus percurreret annos.

Longævio rem migrasse contendebat Leo Allatius, vir Græcæ linguæ peritissimus et historiæ ; sed illi assentiri nequeo. Nam quod arguit in *Diatriba de*

Nilis, p. 13, in vivis adhuc egisse anno Christi quingentesimo ex Epist. 70, lib. 1 *Ad Zosarium tribunalum*, in qua, Ἰδού, scribit, *λοιπὸν πεντακοσιοστὸν ἔτος*, etc. *Ecce deinceps quingentesimus annus, nempe a nece Christi Domini pro nobis in cruce tam crudeliter affixi et occisi*; non quod effluxisset annus quingentesimus, sed quod quadringentesimus elapsus esset, et ad quingentesimum decurreretur sæculum, idque a particula *λοιπὸν* satis designatur, quæ significat deinceps. *Itaque deinceps (ait) ad quingentesimum vergimus*. Certe si Justino juniore imperante an. 567 C. N. reliquiæ sanctorum istius scilicet Nili, Theoduli, et aliorum anachoretarum Constantinopolim translatae sunt, antequam Mauritius Augustus iniiit imperium, obierat Nilus, et Theodulus adhuc ejus filius, ut e Menæo probatur; unde recte pro Mauritio Marcianum in eo reposuit R. P. Possinus in Notis ad Ἀγγημα, seu Narrationem cædis monachorum. Ego vero præterea emendavi pro ἐπὶ Μαρκιανῶ, et legendum censeo, ἕως Μαρκιανῶ, usque ad Marcianum ex ejusdem R. P. Possini consensu: moris etenim mihi est quod sum daturus in manus hominum, ante amicorum judicio examinare, ut verbis utar Plinii Junioris in *Epistola ad Maximum*, lib. VIII, et in primis viri tam eruditi, et in lectione versioneque Græcorum historicorum adeo versati. Quamobrem miror, Leonem Allatium ex hac epistola, quam rursus ingerit 699 integram, colligere Nilum supervivisse annum 500 C. N.; dilucide patet nempe in ea Nilum, cum inveheretur in Judæos, assereretque illos sæpe propter varia scelera captivos fuisse abductos, verum Deo annuente, μετ' ὀλίγα ἔτη, id est post paucos annos in terram promissionis revocatos esse; at propter manus sacrilegas in Dei Filium injectas illatamque mortem acerbissimam, damnatos παντελεῖ πορθήσαι, omnino ultimæ devastationi, sive (ut propheta Jeremias luget Lamentat. seu Thren. I, v. 14) datos in manum, de qua non poterunt surgere. Nilus exclamat: Ἰδού λοιπὸν πεντακοσιοστὸν ἔτος· id est *En deinceps, vel reliquus est, aut superest annus quingentesimus*, non quod expletus esset, sed quod properaret a quadringentesimo ad quingentesimum, sive quartum sæculum absolutum decurreret ad quintum, quod instabat; nam vixit, ut sæpius dixi, et ex epochis præfecturæ ac incursionis constat, ἕως Μαρκιανῶ, usque ad Marcianum, qui auspiciatus est principatum anno Christi 451. Ipse profecto Allatius, p. 14, ibidem agnoscit Nilum usurpasse numerum integrum et completum pro incompleto atque truncato, ut adjunctione simili conciliaret incrementum contra Judæos suæ demonstrationi, cujus exempla in sacris quoque Litteris frequentia sunt; nec vacat inhærare diutius in istis, vel refellere, quod Allatius putat annos triginta sub magistro Chrysostomo mores ad molliorem idoneos exuisse, etc., cum sederit Constantinopoli sanctus Chrysostomus annos novem plus minus, et Antiochiam Nilum profectum fuisse ad eum invi-

sendum nullibi compertum sit. Moneo tamen lectorem me non ad unguem vivumque reseccare, nec ad obrussam veri affricare, id est examinare ad lancem et ad trutinam, atque momenta scrupulose annos computando, sed *παχυμερέστερον*, ut loquuntur jurisconsulti; sufficit epochas præfecturæ, incursionis Arabum, quam intra C. N. 450 et 500 statuit Possinus sub Theodosio Juniore, p. 127 et 167, ad Notas in Narrationem, et exordium imperii Marciani figere, per annos denique quadraginta Nilus excoctus, et probatus in illa incursione, atque auctus sacerdotio ab episcopo Elusano, seu presbyteratu etiam, quantumvis illustrissimus archiepiscopus Iconiensis Caryophilus, neget eum fuisse sacerdotem, seu presbyterum p. 11 *Diatrib. Allat.*, qui oscitanter sæpe scribit, ut eum reprehendit Allatius passim, mentis pabulum, id est meditationem non deseruit, quin cibo illo solido pascebat animum, et promulsida degustabat æternæ beatitudinis voluptateque perfundebarur ætherea, contemplationi cœlesti sæpissime addictus, in qua exardescere igneus, et quamvis in terris degeret, evolabat crebrius ad cœlum, unde prævisas res tam in epistolis, quam in tractatibus verba non invita sequebantur; visitabat frequens loca Christi Domini vestigiis cœcata, et sacro cruore respersa: vicinia nempe, mosque priscus eum alliciebat; inoleverat quippe consuetudo invisendi Hierosolymam, e sancto Gregorio Nysseno, et Magno, qui hucusque perdurat. Vide Grets. *De peregrinat.* Intuitusque presbyteratui, 700 sacris litare, divina pangere præconia, monachos, et omnes populos, magnatesque ad Christi amorem excitare, laudes ejus decantare non cessabat per annos 40. Est in honore hic numerus quadragenarius, quem Christus jejuniis quadraginta dierum decoravit: id observavit Moyses, postquam divina lex ingressa est in orbem terrarum; Elias eo dierum numero Deum quærens, ejus visionem consecutus est, ut orabant sancti quadraginta martyres in stagno rigido die 9 Martii sub Licinio imperatore. Ita post annorum quadraginta spatium sanctus Nilus coronam accepit confessionis suæ, totque facinorum egregiorum, et virtutum, quas jam percensui, præsertim tolerantia; neque dubito quin, quæ voverat jejunia, et *δουλείαι ἐγκρατείας καὶ τῆς ἄλλης κακοπαθίας σκληρῶν*, id est *servitum temperantia, et alterius afflictionis austeriorem* pegerit. Multa illius genera supra pag. 660 notavi, et crediderim fuisse ista verberum, sive flagellorum, quæ invaluerat apud Ægyptios etiam, incussionem, Palladius ejus meminit episcopus Helenopolitanus, lib. VIII *Patr.* pag. 713, ubi Rosweid. Grets. et Rader. Joannes Climacus cap. 5 *De patientia* eos, qui ἀποροῦντες erant δακρύων (scribit) ἑαυτοὺς κατέκοπτον, qui non poterant lacrymari, semetipsos discindebant flagellis, ut Elias Cretensis exponit, ἑαυτοὺς πληκτικῶς βάλλοντες, καὶ πληττοντες, seipsos feriendo percutientes, atque adeo ferientes, quod cum Nilo per ætatem foret durius atque aspe-

rius, partim voluit junior et validior Theodulus su-
bire ac exsequi, nec enim tantum *Περὶ τῆς κατανό-
ξεως ψυχῆς*, id est, *De compunctione animæ*, Nilus
scripsit, ut jam indicavi pag. 657 superioris Indicis
librorum; sed et de corporis maceratione Nilus
tractat copiose in epistola, quam dedit ad Thaumasi-
um monachum, quæ lib. 3 numeratur 35, tum in
alia, quæ inscribitur Charicli presbytero eodem lib.
III, n. 243, ubi *Περὶ τῶν κατανοουμένων* conclu-
dit; et demum in lib. IV epistolis de *κατανόξει*
discipulo directis 1, 2, 3, 4, 5, 6.

Ex illis epistolis pellucide colligitur, Nilum ab
episcopis consultum et ab omni artis professori-
bus, præclare pieque respondisse, nec dubium est,
ipsum divinis in laudibus assiduum fuisse, tandem-
que in monte Sina grandævum vivere desisse: diu
enim vixit, qui bene vixit; sicut Job omnia dupli-
cia bona post tentationem accepit, ita duplicem
Nilus gratiam adeptus cum foret, atque vitam sanctam
transegisset, cum aliis, filio scilicet, et mona-
chis exercentibus sese simul, in æterna gloria victu-
rus, ad an. Christi 450 sive 451, atque ubi tria sæcula
perfecisset, sive tres ætates (nam quælibet γενεά, seu
ætas triginta continet annos), transiit ad cœlica gaudia
Nilus, relicto Theodulo, qui parentem imitatus, jam-
que τέλειος καλόγηρος, perfectius senex, ac mona-
chus plenus dierum ac meritorum, patris regulas
observans et monita, jejuniis, orationibus, ac divi-
nis alloquiis, et exercitiis intentus, denique requie-
vit etiam in pace.

Ambo in monte Sina exspirarunt. Deposita et tu-
mulata fuerunt, 701 ac inde Constantinopolim sub
juniore, seu posteriore Justino imperatore ad an-
num 567 P. M. deportata corpora ipsorum, et alio-
rum sanctorum monachorum ascetarum, ut testan-
tur Græci scriptores Menologii, et Nicephorus, lib.
Eccles. Histor. XIV, c. 14. Libet nunc adnectere,
quæ leguntur in Romano Martyrologio pridie Idus
Novembris, seu die duodecimo: « Constantinopoli
sancti Nili abbatis, qui ex præfecto urbis factus
monachus sub Theodosio Jnniore, doctrina et
sanctitate claruit; » ubi cardinalis Baronius; Michael
Neander Soraviansis, suspectus licet auctor, in me-
nologio Basiliano B. Nilum memorat in urbe
Constantinopolitana quondam eparchum, id est
præfectum. Sirletus in *Menologio*, Possevinus in
Apparatu sacro, Sixtus Senen. in *Bibliotheca sancta*,
cardinalis Bellarminus *De scriptoribus ecclesiasticis*,
pag. 123, Simlerus in *Epitoma Bibliothecæ Gesneri*,
suspecti etiam; P. Combes de Cyriacorum immu-
nitate, p. 127; Gretser. *De cruce* lib. I, cap. 35,
Vossius lib. II, *De histor. Græc.*: Bail in *Bibliotheca
concionat.* p. 196. Hahediesu, metropolita Sohem,
Latinitate donatus ab Abrahamo Echellensi, mihi
olim peramico, in Catalogo librorum Chaldæorum,
qui prostat Romæ anno 1653 excusus in duodeci-
mo, p. 41, indicat Evagrium monachum duos tomos
composuisse, at Nilum monachum duos admirabi-
les, et eremum illorum fuisse Lucinam. An com-

pacta fuerunt in eos omnia Nili Opera? an duo tan-
tum erant libri, qui tomorum titulo designantur?
R. P. Labbe Societatis Jesu, Tom. III, p. 123 *Dis-
sert. theolog.* in hanc sententiam scribit: « Omnia
Nili opuscula nondum quisquam in unum corpus
redegit; quod fuerat optandum in VV. PP. edit.
Colonien. et Parisien. Biblioth. Pleraque jam ex-
stant, alia reperientur in Bavarica, Vaticana, » etc.
Alphabetum abbatis Nili, quo erudiebat monachos
suos ad symbolicas locutiones lingua Coptica, in-
dicavit mihi R. P. Kircher amicissimus, et lingua-
rum peritissimus, ex eoque idiomate conversum in
Græcum fuit.

In *Horologia Græco* edito Venetiis 1565, in deci-
mo sexto, ad diem 12 Novembris: *Τοῦ ὁσίου Πα-
τρὸς ἡμῶν Νελλου κατὰ λυσιν ὄντου καὶ ἐλαλου.
Κοιτάκιον τοῦ ὁσίου, ἤχος π.λ. δ. Τῆ ὑπερμάχῳ
στρατηγῶ τὰς φρυγανώδεις τῶν καθῶν τῶν ἐκ
τοῦ σώματος ἀπαναστάσεις, τμητικῶς, Νεῖλε μα-
κάριε, ἐν ἀγρύπνῳ σου συντέκνοφας ἰασησῶ ἀλλ' ὡς
ἔχωρ καθήσῳλαρ πρὸς τὸν Κύριον ἐκ παντοίων με-
κινδύνων ἐλευθέρωσον, Ἰνα κράζω σοι. Χαίροι[ς],
Πάτερ παγκόσμιε, id est, ut interpretor, Nile
beate in vigili tua supplicatione concidisti cæsim
cremii similes passiones, quæ consurgunt e corpore;
verum uti pollens auctoritate apud Dominum, ex om-
nigenis libera me periculis, ut ad te proclamem, sal-
ve, Pater omnino adornate. Quantopere jucunda es-
set natalis sancti Nili solemnitas vel hinc conjice,
quod vinum in ea oleumque distribueretur mona-
chis a paracellariis, et Contacium, tanquam præ-
na canerent, sonitumque plausus ederent, quasi
supremo pugnatori et exercitus duci psallentes. En
etiam e Menæo Biblioth. Barberinæ M. S. cod. 201
p. 233.*

702 *Μηνὶ Νομβρίῳ, ἡ ἡμέρα, μνήμη τοῦ ἁγίου
Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου*: id est
(sicut in edito): *Mensis Novembris undecima die
memoria sancti Patris Theodori Studitæ*; et p. 236:
*Μηνὶ Νομβρίῳ, ἡ ἡμέρα μνήμη τοῦ ἁγίου Πατρὸς
ἡμῶν Νελλου τοῦ Ἀσκητοῦ*: id est: *Mensis Novembris
die duodecima memoria sancti Patris nostri Nili
exercitatoris.*

*Αἴγυπτον ἄρδει Νεῖλος· ἀλλὰ καὶ κτεῖν
λόγοις κατὰρδει καὶ θανῶν Νεῖλος μέγας.
Perluit exundans Ægyptium Nilus, at omnem
Mortuus hic Nilus sermonibus irrigat orbem.
Οὗτος πολλὸς ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις, ὅως τῆς βα-
σιλείας Μαρκανθοῦ τοῦ βασιλέως ἐπαρχὸς Κων-
σταντινουπόλεως γρωφιδόμενος σεμνῆ δὲ γυναι-
κὶ συζευχθεὶς, καὶ δύο τέκνα, ἄρδεν καὶ θῆλυ
ἀποτεκῶν, τὴν ἑαυτοῦ πεποίηκε σύζυγον τὴν
Κωνσταντινουπόλιν καταλιπεῖν, καὶ ἐν τοῖς Αἴ-
γύπτου μοναστηρίοις κατοικησάσθαι, μετρίως θά-
τε τὰ τέκνα, καὶ τοὺς ἐκγόνους, υἱὸν καὶ τὸν μὲν
παραλαβεῖν τὸν υἱὸν Θεόδουλον, τὴν δὲ τὴν ἑαυ-
τοῦ θυγατέρα· καὶ οὕτως ποιήσαντες διέστησαν
ἀπ' ἀλλήλων. Ἐπεὶ οὖν ὁ μακάριος Νεῖλος τὸ
ἔρος κατῆλθε τοῦ Σινῆ καὶ συνῆν τοῖς Πατράσι,*

Βάρβαροι τινες ἐξαίφνης ἐλθόντες ὡς θῆρες, τὸν υἱὸν Θεόδουλον ἔλαβον σὺν ἄλλοις πλείστοις αἰχμαλώτοις, ὃν ὡς αἰχμάλωτον ἐθρήνησε πλεόν τοῦ καθήκοντος, καθὼς ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ συνταθέντι γράμματι ἐμφέρεται. Τῆς θελᾶς οὖν καταξιώσεως ἱερωσύνης, καὶ λόγων ἀσκητικῆς πάσης σοφίας, καὶ συνθέσεως, καὶ ὠφελείας ἐκθεῖς, δυνάμει λόγου καὶ ἀγίου Πνεύματος χάριτι πρὸς ἀσκησιν ἐπαλειφοῦντας, ἐπιστολάς τε καὶ κεφάλαια πλείστα συνθεῖς, καὶ πολλοὺς τῷ θεῷ ἔρωτι τῷ Χριστῷ δι' αὐτῶν προσουκειώσας, ἐν εὐρήνῃ τελειοῦται. Κεῖται δὲ, ὡς φασιν, αὐτὸς, καὶ ὁ Θεόδουλος υἱὸς αὐτοῦ, μὲθ' ἐτέρων ἀσκητῶν ἐν τῷ σεβασμῷ τῶν τῶν Ἀγίων Ἀποστόλων ἐν τῷ Ὀρφανοτροφίῳ ὑποκάτω θυσιαστηρίου ὑπὸ Ἰουστίνου τοῦ βασιλέως κατα[τε]θέντες. Etsi Possinus ex Menologio Græcorum istud ediderit Elogium Sancti hujus Nili, prompsi tamen ego ex alio, quod exaratum calamo in charta papyracea visitur in BB. BB. cui rubrica inscriptum est, Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, nempe ipsa eadem die 1β', μνήμη τοῦ ὁσίου ἡμῶν Νεῖλου τοῦ Ἀσκητοῦ, qua die celebratur, μνήμη τοῦ ἐν ἄγιοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας τοῦ Ἑλεήμονος· scriptor illius erat Blasius monachus, et ad marginem varias lectiones adnotavi, sicque in Latinum converti: Hic (Nilus nempe) multus fuit in sermonibus, et in operibus usque ad imperium imperatoris Marciani, præfectus Constantinopolis innotuit (nam ἀρχὴ δὲνδρα δέκνουσι, id est, magistratus virum indicat). Honestæ vero mulieri matrimonio conjunctus, duosque liberos, masculum et feminam, suscipiens, effecit, ut ipsius conjux desereret Constantinopolim, et in Ægypti monasteria secederet; partiretur et liberos; et ipse quidem suscepit filium Theodulum, illa vero filiam suam; hisque peractis, invicem separati sunt. Postquam igitur beatus Nilus montem ad Sinai perrexit, et conversatus est cum Patribus inibi, barbari quidam derепente supervenientes, uti feræ bellæ, cum pluribus aliis captivis, filium ejus Theodulum ceperunt, quem uti captivum in servitutem redactum, 703 lusit plusquam decuerat, quemadmodum in libro super ea re composito præfertur. Divino igitur dignus habitus presbyteratu ipse Nilus Sermones de monastica exercitatione, omni sapientia, prudentia, et utilitate ad exercitationem idoneos exposuit, qui vi rationis, et Spiritus sancti gratia perungunt, Epistolas, et Capitula composuit; plerosque divino etiam amore per ipsa Christo cum admovisset, in pacem obdormivit. Jacet vero (ut aiunt) ipse, ac illius filius Theodulus cum aliis ascetis, id est, exercitatoribus in venerando sanctorum Apostolorum templo inferius sub altari deportati et translati. Verum Allatius quoque profert eadem sermo, quæ scilicet exscripsit e Menologio Græco, sed truncata; nihil enim de sepulcro, p. 9 Diatrib. de Nilis. Nicephorus vero, lib. xiv, c. 54, Nilum vita defunctum a Justino posteriore, inde (sive a monte Sina) translatum in fundamentis sacratoris mensæ, in eo quod

ab ipso Petro et Paulo apostolorum principibus, ad orphanotrophium est constructum, templo repositum fuisse affirmat. Apostolorum ecclesiam Constantinus M. anno imperii vicesimo construxit, Euseb. lib. iv *De vit. Constantini*, cap. 58 et 59; ex eoque Baronius cardinalis, et e Socrate ad annum Christi nati 330 P. M.; instauravit Constantius anno 358; dicebatur Apostolorum. Orphanotrophium autem primus condidit Constantinopoli, et hujusmodi pietatis adinvenit officium: Zoticus, e I. *Omnis* 34, C. *De episcopis, et clericis*; tum Nicon. de quibus Cujac. lib. 1, cap. 12 *Observat. jur.*; Justinianus Augustus ad Demosthenem P. P. in l. *sacrimus*, C. *De sacrosanct. eccles.* Anna Comnena, lib. 15 *Alexiadis* circa ecclesiam Sancti Pauli Orphanotrophium a patre suo conditum tradit instar urbis amplum istud ἐν τοῖς πρὸς τὴν ἀκρόπολιν μέρεσιν, ἐνθα καὶ τὸ στέμα τοῦ Πόντου ἀνοίγεται, ut me monuit reverendus Pater Possinus, qui vertit in Latinum p. 482 ad 485. Fuit et Romæ Orphanotrophium conditum a Gregorio M. in *Notit. Voc. Eccles.* ubi nunc Sancti Stephani ecclesia est, et Hospitium Æthiopum sive Indorum, Alexandri III munere haud procul a Basilica Sancti Petri, et Sancti Stephani ecclesiam Cata-Barbaræ, et Cata-Gallæ vocat, e Grimaldo, et Martinello. Ad illustrandam narrationem, et vitam Nili elucidandam, haud erit abs re quæ leguntur in Menologio imp. Basilii ante annos 727, MS. quod Paulus V Bibl. Vatic. intulit, cuique in margine C. 7, τοῦ βλα id est, codice 7 templi Blacheruen. Constantinopoli, et quæ contuli cum codice 74, item ms. BB. BB. p. 45, appingere: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἰδ' Ἰανουαρίου μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδούλου. Οὗτος ὑπῆρχεν υἱὸς Νεῖλου τοῦ σοφοῦ τοῦ γερουσιῶτος μὲν ἐκέρχου Κωνσταντινουπόλεως, καταλιπόντος δὲ τὴν δόξαν τοῦ κόσμου, καὶ ἀπελθόντος, καὶ μονάσαντος ἐν τῷ ὄρει Σινᾷ μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· τῶν δύο δὲ ὑπαρχόντων ἔπειτα, καὶ τὴν ἀσκητικὴν πολιτείαν διακόστων ἐξαίφνης ἐπισπεύστων Βαβάρων, καὶ ἀρξαμένων κατασφάζειν τοὺς ἁγίους Πατέρας, ὁ μὲν Νεῖλος ὡς ἠδυνήθη ἐφυγεν, ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Θεόδουλος ἐπατήθη αἰχμάλωτος μετὰ ἐτέρων ἐνὸς υἱοῦ, καὶ δεθέντες ἀπήγοντο εὐρόντων 704 δὲ τῶν Βαβάρων τόπον χλοερὸν, κατέκασαν, καὶ ἐδούλοτο σφάξαι τοὺς νέους, καὶ θῦσαι τῷ πρὸ τοῦ ἡλίου ἀνατέλλοντι ἀστρῷ, καὶ βουλομένων τοῦ πρῶτ' σφάξαι τοὺς νέους, καὶ προσάγειν θυσίαν τῷ ἀστρῷ πρῶτῳ, καὶ ὁ μὲν εἰς ἐφυγεν, οἱ δὲ Βάρβαροι κοιμηθέντες, τοῦ ἡλίου ἀνατείλαντος καὶ τοῦ ἀστρου κρυθέντος, οὐκ ἔσφαξαν τὸν Θεόδουλον βουλόμενοι δὲ πωλῆσαι, δύο μόνους χρυσίνους ἐλάμβανον, καὶ γυμνώσας ὁ εἰς τὸ ξίφος ἤθελε σφάξαι· τότε ἠγόρασαν αὐτὸν Ἐπισκοπος, καὶ ἀέλυσε, καὶ καλῶς βιώσας ἐκοιμήθη. Quæ, me interprete, ita sonant Latine: Eadem die decima quarta Januarii memoria sancti Patris nostri Theoduli. Fuit iste filius Nili sapientis, qui exstitit; præfectus Constantinopolis, qui

que dereliquit gloriam mundi, et abiit in montem Si-
na, ibique cum filio monachatum professus est, cum-
que ibi ambo existerent, et vitam exoratoriam duce-
rent, eximproviso incurrentibus barbaris et aggressis,
jugulari sanctos Patres. Nilus quidem potuit ausu-
gere, ejus autem filius in potestatem eorum venit
captivus cum uno alio adolescente, et ligati, tracti, et
abducti fuerunt. At barbari cum invenissent locum
virentem, requieverunt, volebantque jugulare adole-
scentes, et sacrificare Stellæ orienti ante solem, cum-
que staterent mane jugulare adolescentes, et offerre
sacrificium Stellæ matutinæ, unus quidem effugit;
barbari porro indormiscentes, exorto sole, et stella
jam recondita, minime Theodulum jugularunt; cum
autem dividere vellent, duos tantum aureos compe-
riebant, et unus denudans ensem, volebat mactare;
tum episcopus cum redemit, et liberavit; at ille vi-
vens præclare obdormiit. Adnotat egregie R. P. Pos-
sinus semper laudatissimus, p. 181 Nott. his di-
venditum, ac legitur in altero codice ms.: *Αὐτὸ
ῥὰρ θεοποιούνται οἱ μάταιοι, ἠδυνήθη γυνεὶρ εἰς
συνέθη τε καὶ ὄπῳ πρώτῳ κατασκευῆσαι, ἐν
τε παρελθὼν τὸν ὄστερα, ἢ ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον,
καὶ καταλιπεῖν τοῦ σφάξαι τὸν Θεοδούλου, ὄσεν
ἐαθησαν αὐτὸν εἰς πρόσω. Εἰς πόλιν τινα ἐλθόν-
τες μηδὲν ἔσπερον φέροντες τοῦ Θεοδούλου εἰ μὴ
δύο χρυσίνοις ἐγύμνωσαν τὸ εἶδος, καὶ ἔθεσαν
ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ ἀπηλόντες σφάξαι,
αὐτοῦ δὲ ἰκτετύοντος ἠγοράσθη παρὰ τοῦ
ἐπισκόπου· ἔσπερον δὲ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἀ-
έλαθον αὐτὸν, καὶ τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς κα-
λῶς βιώσας ἐν εἰρήρῃ ἐταλειώθη.* Id est: Illam
enim stellam fatui Deum esse fingunt, potuit aufuge-
re unus, contigit et somno matutino distineri barba-
ros, et interiri Astrum, seu Stellam præterire, Solem
vero exoriri, destiteruntque illi ab incepto, neque
Theodulum jugularunt; unde illum ad venundandum
sospitem reliquerunt, venientes autem ad urbem
quamdam, nihil aliud, nisi duos aureos pro Theodulo
proferentibus his, qui emebant, distinxerunt ensem,
et super ipsius collum posuerunt, minitantes sese illum
mactaturos. Ipse vero supplex, et exorans coemptus
fuit ab episcopo, dein ejus pater ipsum recepit, et
postmodum Theodulus vitam reliquam sancte tradu-
xit, ac in pace consummatus est. Plurima quoque
lux Historiæ Nilacæ affulgebis ex his, quæ in Menolo-
gio recensentur de monachis, quos necarunt barbari,

et quæ inserui supra pag. 679 et 688, per ὄστερον
πρότερον, 705 et ἀνωκάτω, id est, sus deque integra;
nam Photii, Nicephori, et aliorum scriptorum loca
laudibus sancti Nili personantia congerere longum
nimis et pavidum foret: ea præterea tam R. P.
Possinus, quam Allatius fuse præmiserunt. Unum
observabo, martyres olim antequam publica illis vene-
ratio decerneretur, illique in Canonem Missæ, seu
Liturgiæ sacræ Diptycha referrentur, solitos vindicari
abs episcopis, qui diligenter inquirebant cum plebi-
bus, ex Optato Milevitano, lib. I *Contra Parmenian.*,
et e sancto Augustino in *Brevic. post collation.*, sup-
plicii atque necis causam, quæ facit martyrem;
neque vero pro martyre Deus orabatur, ne huic
injuria fieret; sed is rogabatur, ut pro nobis exo-
raret Deum, tum super ejus monumentum ex-
struendo altare Deo, in album et numerum san-
ctorum eum asciscabant, ut affirmat etiam Nicolaus
Alemannus, *Dissert. de Lateranen. Pariet.* p. 54;
ex sancto Augustino serm. 113 *De divers.* et c. vi
Apocalyp. Verum iste ritus adhibitus fuit et con-
fessoribus ex Petro Damiano in *Vit. S. Romualdi*,
c. 72, et epistola 29 ad Henricum archiepiscopum
Ravennat., atque cardinale Baronio, cap. 5 in
Martyrologio Romano. Unde canonizatos hos, Ni-
lum scilicet atque Theodulum, fuisse liquet, quando
sub altari fuerunt eorum reconditæ reliquiæ; de-
clarabantur enim hoc ritu illos vixisse, ac rebus
gestis meruisse cœlestem beatitatem, et facultatem
pro nobis eos invocantibus apud Deum interve-
niendi. Sunt quippe phialæ aureæ plenæ odorem-
torum orationes sanctorum c. v, v. 8 *Apocalyp.*; et
multum valet *deprecatio justis assidua*, et sancti Ja-
cobi Epistola c. v, v. 16. Torrente namque volup-
tatis potantur in paradiso sancti, et in lumine bea-
tifico vident lucem inaccessibilem, et lumen indefi-
ciens, ac deliciis, gaudiisque arcanis Dei, quæ non
licet homini loqui, hoc est inenarrabilibus sine fine
perfruuntur. *Gloria hæc est omnibus sanctis ejus*, canit
David, Psal. CXLIX, v. 9, ad quam benignifica gratia
miserentis Altissimi nos ut evehat, redemptos sacro
sanguine Filii sui Domini nostri Jesu Christi, Ni-
lum et Theodulum, beatosque omnes spiritus votis
continuis obnixè deprecor, ut per eos, et Nilum
præcipue, cujus hic vitam in terris delineavi, vivam
æternum in cœlo, et inter eos mihi e peccatis meis
emergenti locus sursum inveniatur.

Sequitur apud Suaresium erratorum series quæ per paginas 17, in-folio, ut aiunt, expatiatur;
præmittuntur versus quibus Lectoris indulgentiam Editor sollicitat:

Humanum est errare, manus quoque lubrica fallit
Sunt fragiles calami difficilesque typi.
Ingenii est eadem non semper vena; remittit
Arcus lensus; habent ancipites gladii.
Corrige sic ergo errores per opuscula Nili,
Sanctu toti illius qui documenta legis.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΝΗΛΟΥ
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΚΤΩ ΤΗΣ ΚΑΚΙΑΣ ΛΟΓΙΣΜΩΝ.
—
SANCTI NILI
DE OCTO VITIOSIS COGITATIONIBUS.

(COTELERIUS, *Monumenta Ecclesiae Graecae*, t. III.).

MONITUM.

Ex duobus tractatibus, quos super eodem argumento, de octo vitiis, composuit B. Nilus, alterum ediderunt ac Latinitate donaverunt duo viri docti, Franciscus Combefisius in Auctario suo postremo, et Josephus Maria Suaresius in Collectione opusculorum Nili: eundemque rursus prælo comisit, cum antiqua versione nondum visa, non sine laude memorandus Emericus Bigotius; exstat autem in duobus scriptis codicibus Regiæ gazæ, 348, et 1346, seu 2425, quorum in hoc volupe mihi fuit cernere præclaram illam lectionem, quam tomo superiori ex antiquo interprete collegeram, ταπεινὸς ἐκεῖνος, καὶ σὺ μετέωρος. Alter vero tractatus, hic nempe, Latine prodiit in operibus Joannis Damasceni ab accurato scriptore Jacobo Billio translatus; nunc Græce profertur ad fidem duorum exemplarium Rectorum, num. 1770-1662. Atque horum primo præfigitur distichum,

Νηίλου μὲν ποταμοῖο ῥόος χθόνα οἶδε ποτίζειν·
Νηίλου δ' αὖ μοναχοῖο λόγος φρένας οἶδεν λαίλειν.

Hoc est, Billio interprete;

*Arva rigat Nilus fluvius: sed pectora sermo,
Ex monachi Nili qui fuit ore, rigat.*

De gula.

De octo vitiosis cogitationibus seu affectionibus scribere aggressi, gulæ, inquam, fornicationis, avaritiæ, iræ, tristitiæ, acediæ, inanis gloriæ, et superbiæ, prius de ventris continentia, a qua gulam quoque, ut adversariam, internoscere proclive est, verba faciemus. Patres itaque non unam jejunii regulam, neque unam et eandem percipiendi cibi formam mensuramque tradiderunt; quod vel ob ætatem, vel ob imbecillitatem, vel ob quemdam corporis habitum, non omnes eodem robore præditi sint. At vero unum omnibus scopum proposuerunt, ingluviem fugere et saturitatem aversari. Unius porro diei jejunium utilius esse censuerunt, quam illud quod aut duos aut tres aut quatuor dies, aut etiam usque ad hebdomadam sine cibo protrahitur. Aiunt enim eum qui inediam ultra modum protendit, ultra modum etiam frequenter cibis uti; hincque fieri, ut interdum quidem fraude seu excessu inediæ, corpus fatiscat, atque ad spiritualia munia obeunda pigrescat; interdum rursus alimenti copia depressum, animam ad acediam languidamque mollietiam ducat. Ac deinde

Περὶ γαστριμαργίας.

Περὶ τῶν ὀκτῶ τῆς κακίας λογισμῶν ἦτοι παθῶν ἐπιχειρήσαντες γράψαι, γαστριμαργίας λέγω καὶ πορνείας καὶ φιλαργυρίας καὶ ὀργῆς καὶ λύπης καὶ ἀκηδίας καὶ κενοδοξίας καὶ ὑπερηφανίας, προηγουμένως περὶ ἐγκρατείας γαστροῦ ἐροῦμεν, ἀφ' ἧς ῥῆδιον διαγνώσθαι¹ καὶ τὴν γαστριμαργίαν, ὡς ἀντικειμένην. Οἱ Πατέρες τοῖνον οὐχ ἓνα κανόνα νηστείας, οὐδὲ τὸν αὐτὸν τρόπον τῆς τῶν βρωμάτων μεταλήψεως, οὐδὲ τὸ αὐτὸ μέτρον παραδεδώκασιν· διὰ τὸ μὴ πάντας τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχειν ἢ δι' ἡλικίαν, ἢ δι' ἀσθένειαν, ἢ δι' ἔξιν τινὰ σώματος· ἓνα δὲ πᾶσι σκοπὸν ὑπέθεντο, φεύγειν τὴν πλησμονὴν καὶ ἀποστρέφασθαι τὸν κόρον. Τὴν δὲ καθημερινὴν νηστείαν ἐδοκίμασαν ὡφελιμωτέραν εἶναι τῆς ἐν δυσιν ἢ τρισιν ἢ τέσσαρσιν ἢ καὶ μέχρις ἑβδομάδος παρελκομένης. Φασὶ γὰρ τὸν ἀμέτρως τῇ νηστείᾳ παρεκτεινόμενον ὑπὲρ μέτρον πολλάκις κεχρησθαι τῇ τροφῇ, κάντεῦθεν ποτὲ μὲν τῇ ὑποβολῇ² τῆς αἰτίας ἀτονεῖν τὸ σῶμα, καὶ πρὸς τὰς πνευματικὰς λειτουργίας ὀκνηρότερον γίνεσθαι· ποτὲ δὲ τῷ πλήθει τῶν τροφῶν καταβαρυνόμενον, ἀγειν τὴν ψυχὴν εἰς ἀκηδίαν καὶ χαινώσιν. Καὶ πάλιν οὐ πᾶσιν ἀρμόδιον εἶπον εἶναι τὴν τῶν λαχάνων

VARIAE LECTIONES.

¹ Αἰ. διαγῶναι. ² Ἰντ. ὑπερβολῇ.

μετάληψιν, οὐδὲ πᾶσι τὴν τῶν ὀσπριων, οὐδὲ τὴν A
 τοῦ ξηροῦ ἄρτου τροφήν. Καὶ ἄλλον μὲν εἰρήκασιν
 ἐσθιοντὰ δύο λίτρας ἄρτου, πεινῶν, ἄλλον δὲ, δι' ἡμι-
 σείας μιᾶς χορτάζεσθαι. Πᾶσι μένοντι παρηγγεῖλαν,
 μὴ ἀπατεῖσθαι χορτασιὰ κοιλίας, μὴδὲ ἐξέλκεσθαι τῇ
 τοῦ φάρυγγος ἴδονῃ. Καὶ γὰρ οὐ μόνον ἡ ποσότης
 τῶν βρωμάτων, ἀλλὰ καὶ ἡ ποιότης τὰ πεπυρωμένα
 βέλη τῆς πορνείας ἐκτείνουσιν. Οἰασθῆποτε γὰρ τρο-
 φῆς γαστήρ πληρουμένη, φλόγα παθῶν εἴωθεν ἀνά-
 πτειν. Καὶ αὖθις, οὐ μόνον ἡ κραιπάλη τοῦ οἴνου με-
 θύσκει τὴν διάνοιαν, ἀλλὰ καὶ ἡ πλησμονὴ τοῦ ὕδα-
 τος· καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν, πάσης βρώσεως καὶ πόσεως
 ἀμετρία νυσταγμὸν καὶ κάρων ἀποτελεῖ. Ἡ γοῦν
 τῶν βρωμάτων χρῆσις πρὸς τὸ ζῆν παραλαμβάνεται
 μόνον, οὐ πρὸς τὸ δουλεύειν ταῖς ὀρμαῖς τῆς ἐπιθυ-
 μίας. Ὅθεν ὁ τῷ σώματι παρέχων ἄπερ ἡ χρεῖα μάλ-
 λον ἀπαιτεῖ, καὶ οὐχ ἄπερ ἡ ἡδονὴ βούλεται, βλάβην
 οὐδεμίαν ἔχει πρὸς ἔγκρατειαν. Ὅρος δὲ ἔγκρατείας
 καὶ κανὼν, ὑπὸ τῶν Πατέρων ἀνωθεν παραδεδομένοι,
 τὸν μεταλαμβάνοντα τροφῆς, ἐτι τῆς ὀρέξεως ἐγκρι-
 μένης, ἀπέχεσθαι ταύτης, καὶ μὴ ἀναμένειν τὸν κό-
 ρον. Καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ εἰπὼν, τῆς σαρκὸς πρό-
 νοιαν μὴ ποιῆσθαι· εἰς ἐπιθυμίας, οὐ τὴν ἀναγκαίαν
 κυβέρνησιν τῆς ζωῆς ἐκώλυσεν, ἀλλὰ τὴν φιλήδονον
 ἀπηγόρευσεν ἐπιθυμίαν. Πρὸς μένοντι καθαρότητα
 τελείας· ψυχῆς, ἡ ἀποχὴ μόνη τῶν βρωμάτων οὐκ
 λογιεῖται, μὴ συντερεχουσὴν μὲν τῶν ἄλλων ἀρετῶν·
 τὴν δὲ διὰ σωφροσύνης μερικὴν καθαρότητα μάλλον
 ἔγκρατεια κατορθοῖ, σύμμαχον προσλαμβάνουσα καὶ
 τὴν ταπεινῶσιν. Ὅ γὰρ ἐξ ἔγκρατείας μόνης ἐπιχει-
 ρῶν κατορθοῦν αὐτὴν, ἔοικε τῷ μὴ χεῖρι νηχομένῳ.
 Τινὲς δὲ τῶν ἔγκρατευσόμενων, μετρήσαντες τὸ αὐ-
 ταρκες τοῖς σώμασιν αὐτῶν, ἡμερήσιον βρῶμα, τὸ
 ἔκτον περιεῖλον (1)· ὅτε δὲ τοῦτο κατώρθωσαν,
 αὖθις ἀναλόγως ἠκρωτηρίασαν τὸ λειπόμενον· καὶ
 οὕτως ὀδῶν προβαίνοντες, ἐφθασαν εἰς τὸ μέτρον τὸ
 συνεχτικὸν μόνον τῆς ζωῆς. Ἀλλὰ ταῦτα περὶ ἔγκρα-
 τείας. Χρῆ δὲ καὶ περὶ γαστριμαργίας προστιθέναι
 τινά. Γαστριμαργίαν μὲν ἐκάλεσαν οἱ παλαιοὶ τὸ
 ὀξέως ἐσθίειν, καὶ πολλά, καὶ ἀδιαφόρως, καὶ πρὸ
 τοῦ καιροῦ· λαιμαργίαν δὲ, τὸ ἐνηδύνεσθαι βρώμασι·
 καὶ εἶναι διαφορὰν, τῆς μὲν τὸ ποσὸν, τῆς δὲ τὸ
 ποιόν. Ἐπεὶ γὰρ μαργαίνειν (2) ἐστὶ τὸ μάλινεσθαι,
 γαστρὸς μὲν μανία περὶ τὸ ποσὸν καταγίνεται· λαι-

olerum esum non omnibus convenire dixerunt,
 neque omnibus, leguminum, neque sicci panis ali-
 mentum. Quin alium quidem, duas panis libras
 comedentem, fame laborare dixerunt, alium vero
 semilibra una satiari. Illud tamen cunctos admo-
 nuerunt, ne ventris saturitate sese decipi, nec fau-
 cium voluptate pertrahi paterentur. Etenim non
 ciborum quantitas duntaxat, sed et qualitas, tela
 ignita fornicationis producit. Siquidem ex quovis
 cibi genere venter ingurgitetur, affectuum flammam
 excitare consuevit. Ac rursus, non solum vini
 crapula inebriat mentem, sed etiam aquæ satietas.
 Atque ut uno verbo dicam, cibi omnis potusque
 immoderata sumptio, soporem ac veternum efficit.
 Sane ciborum usus ad tuendam duntaxat vitam
 adhiberi debet, non item ut insultibus cupiditatis
 serviamus. Unde qui corpori, quæ magis neces-
 sitas poscit, non quæ voluptas expetit, submini-
 strat, nullum ad continentiam detrimentum pa-
 tietur. Decretum autem et regula continentiæ
 antiquitus a Patribus tradita, ejusmodi est, ut
 qui escam sumit, instante adhuc appetitu, ab ea
 abstat, neque saturitatem expectet. Sed et Apo-
 stolus^a, monendo, carnis curam non facere in
 desideriiis, non prohibuit necessariam vitæ gu-
 bernationem, sed libidinosam cupiditatem inter-
 dixit. Verumenimvero ad puritatem animæ per-
 sectam adipiscendam, ciborum abstinentia sola
 parum virium habet, nisi cæteræ virtutes concur-
 rant. At particularem eam puritatem quæ castitate
 comparatur, continentia potius præstat, assumpta
 in societatem humilitate. Nam qui eam per solam
 continentiam adipisci conatur, illi similis est qui
 una solum manu natat. Porro quidam ex conti-
 nentibus, corporum suorum viribus sufficientiam
 metientes, diurnum cibum sexta parte circumei-
 derunt; cum autem istud effecissent, rursus simili
 ratione, quod reliquum erat amputarunt; atque
 sic via quadam progrediendo, ad eam mensuram
 pervenerunt, quæ ad vitam duntaxat conservandam
 satis esset. Atque hæc de continentia. Oportet au-
 tem de gula quædam adjungere. Gulam veteres
 appellarunt, festinanter, et multa, et sine delectu,
 et ante tempus comedere; ingluviem vero, cibis

^a Rom. xiii, 14.

VARIÆ LECTIONES.

¹ Int. ποιῆσθαι. ² Int. τελείαν.

NOTÆ.

(1) Τὸ ἔκτον περιεῖλον. Hunc locum cum non intelligeret, seu potius, ut de tanto viro benigne sentiamus, indiligenter legeret Billius, τὸ ταυτῶν in versione sua expressit, sibi circumciderunt; tolerabili quidem sensu, sed intolerando errore. Labitur etiam magnus interpres in quibusdam aliis locis et vocibus; ut in βέουσεων, p. 191, b. τριβει, 206, c. διακονίαν, ibidem, τῷ σώματι συντηρεῖ τὴν ἰσὴν ἔγκρατειαν, 207, b. παρεμίνον, 210, a. ἀρρένεσις 216, a. μηδ' εἰς αὐτὰ τὰ πρόσωπα 216, c. δυνατὸν ἐστιν, etc., 218.

(2) Μαργαίνειν. Grammaticis adjungendi Patres, Clemens Alexandrinus *Pædagogoi* lib. ii, cap. 1, Isidorus Pelusiota lib. i, *Epist.* 384, Dorotheus *Doctrina* 15 et Maximus, *Quæstionum et dubiorum* cap. 59. In Philone, libro de temulentia sub finem. Ἀλλὰ καὶ τότε ὁμοῦς ἡ ἀπληστος ἐν αὐτοῖς ὄρεξις, ὡς περ ἐτι λιμώτουσα, μαργάζει. Et tamen sic quoque insatiabilis appetitus; tanquam famelicus furere non desinit. An errato typographico pro μαργάζει? Scio Hesychium μαργαίρειν, sicut et μαργαίνειν expungere ἐνθουσιάζειν· Μαργαίρει, inquit, λάμπει, ἐνθουσιάζει.

delectari; cum hac differentia, ut ad illam quantitas, ad hanc qualitas pertineat. Quia enim μαργαίνεν insanire significat, ventris quidem insania seu gula in quantitate versatur, gutturis autem sive ingluvies, in qualitate, quanquam nonnulli utramque uno nomine gulam vocaverunt. Hæc stomachum, hepar, splemem, denique imbecillitatem causatur, eosque qui propterea in graves morbos inciderunt.

Frugum principium flos est, ac virtutis activæ continentia, et affectuum vitiosorum gula ^b.

Ignis materia lignum est; libidinis autem, ventris satietas; et illud quidem suscitatur flammam, hæc vero pravam cupiditatem.

Venter egens, perturbationes animi consopit, quas plenus excitat.

Arida victus ratio, sobrium parit sensum: victus autem humidus et mollis, mentem demergit.

Solis quidem radios obscurat nebula; mentem vero, crassus vapor e cibis exhalans.

Ut terra inculca spinas producit, sic venter cibis onustus obscenas cogitationes.

Neque in cœno unguentum, neque in gulosis fragrans virtutis odor inveniri potest.

Helluonis oculus convivia curiose exquirat; continentis autem, spiritualium sapientumque virorum cœtus.

Sanctorum memorias numerat comedonis animus; continentis autem, eorum vitam imitatur.

Ne exquisitis nimisque cibis corpus sagines, illico enim insurget adversum te. Quin potius per continentiam ipsum coerce, sicque obtemperans reddes, ita ut nec inordinatis motibus prorumpat, nec præ petulanti impetu, equi in morem hinniat. Nam neque hostis obtruncatus terrorem incutit, neque corpus per continentiam dejectum perturbat animam; et quemadmodum cadaver flammam ignis minime sentit; sic neque

continentia castitatem parit; gula contra libidinis mater est.

Qui ventrem implens, pudicitia cultum proficitur, homini similis est, qui pollicetur se ignis vim stirpia compressurum, aut flammam oleo existenturum.

Qui pane et aqua saturatur, continens non est. Cujusvis enim saturitas, aliena est a continentia.

Cum gulæ demon præscriptam ciborum abstinentiam labefactare non valet, tum ascetam in summæ continentia cupiditatem maligne conjicit; ut dum ob corporis imbecillitatem non potest ad continentiam quæ modum excedit pertingere, excidat quoque ab ea quæ intra modum est. Quod etiam ipsum in aliis virtutum monasticis exercitationibus hostes faciunt.

^b Vita S. Sabæ, n. 5. Ephr. n. 446 De humilit., c. 1.

Α μου, περί τὸ ποῖον· τινὲς δὲ καὶ ἀμφὺ γαστριμαργίαν ὠνόμασαν. Αὕτη προφασίζεται στόμαχον, καὶ ἥπαρ, καὶ σπλήνα, καὶ ἀπλῶς ἀσθένειαν, καὶ τοὺς διὰ ταῦτα χαλεποὺς περιπεπωκότας νόσους.

Ἄρχη καρποφορίας, ἀνθος, καὶ πρακτικῆς, ἐγκράτεια, καὶ παθῶν, γαστριμαργία.

Ἕλιν πυρὸς, ξύλα· ἀκολασίας δὲ, πλησομένη γαστήρ· καὶ τὰ μὲν ἐξάπτει φλόγα, ἡ δὲ φαύλην ἐπιθυμίαν.

Γαστήρ ἐνδεὴς κοιμίζει πάθη· διεγείρει δὲ ταῦτα πεπληρωμένη.

Διαιτα ξηρὰ νηφάλιον τίττει φρόνημα· βίος δὲ ὑγρὸς νοῦν καταβαπτίζει.

Β Ἕλιν μὲν ἀκτίνας ὁμίχλη σκοτίζει· νοῦν δὲ, παχὺς ἀτμός, βρωμάτων ἀναδιδόμενος.

Γῆ μὲν χειρσοθεῖσα, βλαστάνει ἀκάνθια· γαστήρ δὲ βαρηθεῖσα, λογισμοὺς αἰσχροὺς.

Οὔτε ἐν βορδῶρι δυνατόν εὐρεῖν μύρον, οὔτε ἐν γαστριμάργοις εὐωδιαν ἀρετῆς.

Ὄφθαλμὸς γαστριμάργου περιεργάζεται συμπόσια· τοῦ δὲ ἐγκρατοῦς, ἀνδρῶν πνευματικῶν καὶ σοφῶν συνέδρια.

Μνήμας ἀγίων ἀριθμεῖ ψυχὴ γαστριμάργου· ἡ δὲ τοῦ ἐγκρατοῦς μιμεῖται βίους αὐτῶν.

Μὴ πιάνης τὸ σῶμα πολυτελεῖα καὶ κόρη· ταχὺ γὰρ καταναστήσεται σου. Δάμαζε δὲ τοῦτο δι' ἐγκράτειας, καὶ καταστήσεις εὐήνιον, μῆτε κινούμενον ἄτακτα, μῆτε χρεμετίζον ὑπὸ ὀρμῆς ἐμπαθοῦς. Οὕτε γὰρ πολέμιος ἀνηρημένος παρέχει φόβον· οὔτε σῶμα δι' ἐγκρατείας ταπεινωθὲν ταραττεῖ ψυχὴν. Καὶ ὥσπερ οὐκ οἶδε νεκρὸς φλόγα πυρὸς, οὕτως οὐδὲ ἐγκρατῆς κάμινον ἐμπαθείας.

is qui continentia præditus est, libidinis formam

Ἐγκράτεια τίττει σωφροσύνην· γαστριμαργία δὲ μήτηρ ἀκολασίας.

Ὁ πληρῶν γαστέρα, καὶ σωφρονεῖν ἐπαγγελόμενος, ὁμοίος ἐστὶ τῷ ἐπαγγελομένῳ χαλινοῦν ἐν καλάμῳ πυρὸς ὀρμῆν, ἢ ἐλαίῳ φλόγα σθεννεῖν.

Ὁ κορηννόμενος ἄρτου καὶ ὕδατος, ἐγκρατῆς οὐκ ἐστὶ. Παντὸς γὰρ κόρος, ἐγκρατείας ἀλλότριος.

Ὅταν ὁ τῆς γαστριμαργίας δαίμων ἀτονήσῃ διαφθεῖραι τὴν ὠρισμένην τῶν βρωμάτων ἐγκράτειαν, τότε κακοθήσῃ, εἰς ἐπιθυμίαν ἀροτάτης ἐγκρατείας ἐμβάλλει τὴν ἀσχητὴν· ἵνα τῆς ἀμέτρου μὴ δυνηθεὶς ἐφικέσθαι δι' ἀσθένειαν σώματος, ἐκπέσῃ καὶ τῆς συμμέτρου. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἄλλης ἀσκήσεως οἱ ἐχθροὶ ποιοῦσιν.

NOTÆ.

sed in hac significatione non respicitur ad ἐνθουσιασμοῦ furorem, ad ipsius Ἐλλαμψίν, respicitur, auctore eodem Hesychio voce ἐνθουσιασμός, ac

post eum Suida, et Varino; qui postremus per priores videtur corrigendus. Potest etiam in Philone emendari, μαιμάζει, idque magis placet.

Παραβάλλοντες εἰς οἴκους κοσμικῶν, τότε μάλιστα τῆς ἐγκρατείας ἀνθεξόμεθα· μήποτε διὰ γαστριμαργίας παχυνθεὶς ὁ νοῦς, ἀμελήσῃ τῆς συνηθείας, καὶ τοῖς ἐχθροῖς εὐάλωτος γένηται.

Χρὴ τοὺς μὲν γέροντας θυμοῦ κρατεῖν, γαστρὸς δὲ τοὺς νέους· τοῖς μὲν γὰρ οἱ ψυχικοὶ, τοῖς δὲ, μᾶλλον οἱ σωματικοὶ δαίμονες ἐπιτίθενται.

Γαστρὸς ἐγκράτεια ταπεινοὶ τὰ πάθη· θρασύνει δὲ ταῦτα γαστριμαργία.

Ἐν πλησμονῇ γαστρὸς, μῆδὲν ἐρεῦνα θεϊότερον. Νέφος μὲν, καλυπτήριον σελήνης· Θεοῦ δὲ σοφίας, γαστριμαργία.

Τρυφή καὶ μάλιστα νέφος³ (3), παθῶν θησαυρὸς, ψυχῆς θάνατος ἀβθαίρετος.

Νεάζοντι σώματι τρυφή καὶ μέθη τὸ τῶν ἡδονῶν ἀνάπτουσι πῦρ.

Παχεῖα γαστήρ, τῇ συνεχείᾳ τῶν θολερῶν ἀναθυμιάσεων, φυγαδεῦει οἶδε διανοίας λεπτότητα.

Ἐρωσ θεῖος, οὐ μεταωριζόμενος τῷ πετρῷ τῆς ἐγκρατείας, θάπτον πρὸς τὴν ὕλην καταπίπτει, βαρυνόμενος ταῖς πέδαις τῆς ἀκρασίας.

Πλησμονὴ συνεχῆς γαστρὸς ἀφροδισίων ἐρεθίζει σκιρτήματα.

Γαστήρ, φύλαξ παρακαταθήκης ἀπίστος, τὸ ἐμβαλλόμενον ἀποβάλλουσα.

Γαστριμαργὸς πίων, χοῖρος ἔτοιμος εἰς σφαγὴν. Αἷματος εἰσροὴ πνεύματος ἐκροὴν ἐργάζεται.

Ὁ μὲν ἔρχων γαστρὸς, ἐν παντὶ τόπῳ δύναται μετείναι τὴν ἀρετὴν· ὁ δὲ ὑπὸ ταύτης ἀρχόμενος, ἐν οὐδενὶ πάντως.

Δύο σκοποὶ τῆς ἐγκρατείας· ὁ μὲν, ἵνα τῶν ἡδέων τῆς παρουσίας ζωῆς στερηθέντες, τῶν ἡδέων τῆς μελλούσης τύχωμεν· ὁ δὲ, ἵνα ταπεινωθέντι τῷ σώματι καὶ ἡ ψυχὴ συνταπεινωθῇ, καὶ εὐκατάνοτος οὕτω γένηται. Λοιπὸν οὐκ πᾶς κρείων μὲν ἀπεχόμενος, ἑτέρων δὲ βρωμάτων ἐμπιπλάμενος, γαστριμαργὸς ἐστίν, ἐκπεσῶν τῶν εἰρημένων τῆς ἐγκρατείας σκοπῶν.

Ἡ γαστριμαργία πολλάκις, καὶ διὰ θυρίδος ἀγάπης, εἰσπηδᾷ εἰσθεν.

Ἡ γαστριμαργία ξηραίνει μὲν τὴν πηγὴν τῶν ἐπαινετῶν δακρύων, κινεῖ δὲ τὴν πηγὴν τῶν αἰσχίστων ρεύσεων.

Λέοντα μὲν κολακεύσας (4), πολλάκις ἡμερώσεις·

VARIÆ LECTIONES.

³ Αἱ. νέους.

NOTÆ.

(3) Τρυφή καὶ μάλιστα νέφος. Quam difficile sit, ex uno codice ms. omnibus numeris absolutam mendicis carentem accurare editionem, vel hic unus locus abunde ostendit. Quis enim, amabo, susciperetur, illud νέφος ex superiori linea sumptum, sedem vocabuli νέος occupare? Doctissimus vero Billius, qui vertit: *Luxus, mentis nubes est*, nisi aliter legerit, potuit simplicius reddere, *Luxus, et*

Quando ad eorum qui in mundo vivunt domos accedimus, tum vel maxime continentiam complecti studeamus; ne mens ubi per gulam saginata fuerit, consueti negligat, atque ab inimicis facile capiatur.

Cætera vitia ignavis et desidia languentibus hominibus insidiantur; superbia vero studiosis potius atque industriis. Eoque nomine Christus etiam dicebat: Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis dicite: Servi inutiles sumus. Ac si diceret: Cum bellua hæc in animos vestros subire parat, tum per huiusmodi verba fores illi occludite.

Reliqui affectus circa humanam naturam versantur; at superbia angelicam potentiam superavit.

1 Luc. xvii, 10.

Α οὖν αἰσθώμεθα ταύτης, ἐξουθενώσωμεν ἑαυτοὺς, ὡς ἐρήμους παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ ἀχρήστους καὶ ἀποθλήτους, καὶ θεῖν ἀεὶ παροργίζοντας, καὶ πρόσκομμα κειμένους τοῖς ἀδελφοῖς. Ἰαμα γὰρ, κενοδοξίας μὲν, καταφρόνησις δόξης· ὑπερηφανίας δὲ, ἡ μακαρία ταπεινώσις.

Ἐπερηφάνια ἐστίν, οἰδημα ψυχῆς. ἰχώρος περιληρωμένον.

Ὁ ὑπερήφανος, ἡ ἑαυτῷ, καὶ οὐ τῷ θεῷ ἐπιγράφει τὰ κατορθώματα, ἢ τοὺς μὴ κατορθοῦντας ἐξουθενεῖ. Διπλῆ γὰρ ἡ κακία τῆς ὑπερηφανίας.

Κλίμακος (11).

Μοναχὸς κυρίως ἐστίν, ἀμεταώριστον ὄμμα ψυχῆς, καὶ ἀκίνητος σώματος αἰσθησις.

Μοναχὸς ἐστίν, ὁ τοὺς πολεμίους δίκην θηρῶν προσκαλούμενος, καὶ ἐρεθίζων ἐν τῷ φεύγειν ἀπ' αὐτοῦ.

Μοναχὸς ἐστίν ἀδιάστατος ἔκστασις, καὶ λύπη ζωῆς.

Μοναχὸς ἐστίν ὁ ποιουθεὶς ταῖς ἀρεταῖς, ὡς ἄλλος ταῖς ἡδοναῖς.

Ἐπερηφάνιας ἀγγελος, παρουσία κενοδοξίας.

Φευκτεῖον τὴν ὑπερηφανίαν, ὡς κρημνὸν βαθὺν περιρηρημένον σωτηρίας ἀπάσης ἑνοδον.

Ἀντιλογία μὲν, ἀπόδειξις ὑπερηφανίας· ὑπερηφάνια δὲ, τεκμήριον ἀκαρπίας καὶ πενίας ψυχῆς.

Μοναχὸς ὑπερήφανος (12), αὐτάρκης ἑαυτῷ καὶ δεχὰ δαίμονος εἰς ἀπώλειαν.

Σαθρὰ κλίμαξ καταβάλλει τὸν ἐπιβαίνοντα, καὶ ὑπερηφανίας κλίμαξ, τὸν ἐποχοῦμενον.

Ἐπερηφάνια, δένδρον ὑψηλὸν σεσηπὸς, εὐθλάστους ἔχον κλάδους, ῥαδίως τὸν ἐπιβαίνοντα καταβάλλοντα.

Τὰ μὲν ἄλλα κακὰ, ῥαθυμοῦσιν ἐπιτίθενται τοῖς ἀνθρώποις· ἡ δ' ὑπερηφάνια, μάλλον σπουδάουσι. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· Ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν, λέγετε, ὅτι Ἄχρηστοὶ δοῦλοι ἐσμεν· μονονοῦχ λέγων, Ὅτε ἐπεισιέναι μέλλῃ τὸ θηρίον, τότε διὰ τῶν ῥημάτων τούτων ἀποκλείετε τὰς θύρας αὐτῷ.

Τὰ μὲν ἄλλα πάθη περὶ τὴν ἀνθρωπίνην στρέφεται φύσιν· ἡ δ' ὑπερηφάνια δύναμιν ἀγγελικὴν καταπάλασεν.

NOTÆ.

sensu: Si angeli simul cum caelo et terra creati sunt, mirum dictu, sex solis diebus diabolus in suo ordine permansit, siquidem vel istis etiam, atque ad tantam statim ac facius fuit malitiam et erga hominem invidiam prolapsus est; quandoquidem invidia diaboli mors intravit in mundum. » Sup. II, 24.

(11) Κλίμακος. Hæ Monachi descriptiones, quia sunt Joannis Climaci Scalæ λόγῳ 23, absuntque a

ms. Regio 1662, utpote auctoris Nilo recentioris, ad marginem, primamque sedem amandari debent.

(12) Μοναχὸς ὑπερήφανος, etc. Ibidem Climacus, cum aliquanta varietate, μοναχὸς ὑπερήφανος οὐ δεηθήσεται δαίμονος· αὐτὸς γὰρ λοιπὸν ἑαυτῷ δαίμων καὶ πολέμιος γέγονεν.

Ἡ ὑπερηφανία, φαντασίας ἐπάγει τῇ ψυχῇ φο- A
βεράς:

Ἐναδρουεὶ τὴν ὑπερηφανίαν ἢ πτώσις, καὶ γίνεται
χαλινὸς αὐτῆς.

Πρὸ δὲ τῆς πτώσεως, πάσῃ ἰσχύϊ φυλάσσου τὰς
τῆς ὑπερηφανίας ἀρχάς διαφυγεῖν.

Ὁ μὲν ταπεινῶρων, τοῦ Χριστοῦ μαθητῆς (13)
ἐστίν, εἰρηκτός· *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, διὲ πρῶός
εἰμι, καὶ ταπεινός τῇ καρδίᾳ.* Ὁ δὲ ὑπερήφανος,
τοῦ διαβόλου μιμητῆς ἐστίν, δι' ὑπερηφανίαν κατα-
βληθέντος.

Σάρκα μὲν λέπτυνε κατὰ τῆς πορνείας· ψυχὴν δὲ
ταπεινὸν κατὰ τῆς ὑπερηφανίας.

Μοναχός ἐστίν (14), ἀληκτον φῶς ἐν ὄφθαλμῷ
καρδίας. B

Μοναχός ἐστίν, ἀβυσσος ταπεινώσεως, ἐν αὐτῇ
πᾶν πνεῦμα κρημνίσας καὶ ἀποπνίξας.

Ἄναιρεῖ, κενοδοξίαν μὲν, ἢ κρύπτῃ ἐργασία,
ὑπερηφανίαν δὲ, τὸ τῷ Θεῷ ἐπιγράφειν τὰ κατορ-
θώματα, ἑαυτὸν δὲ ἐξουθενεῖν.

Μέμνησο τοῦ προτέρου σου βίου, καὶ τῶν ἀρχαίων
καρπωμάτων, καὶ λογίζου πῶς ἠέσχετό σε
τοιοῦτον ὄντα ζῆν ὁ Θεός· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ
καὶ ἔτρεφε, καὶ ἐφύλαττε· καὶ πάντως ταπεινο-
φρονήσεις, εἰ μὴ τις εἴης δυσαισθητός καὶ πεπωρω-
μένος.

Λέγε πρὸς τὴν ἐνοχλοῦσαν οἰσιν· Ἀπόστηθε ἀπ'
ἐμοῦ. Τίς γάρ ἐγώ; τί γάρ μοι κακατέρωται μέγα;
Καὶ γάρ τῶν ἁγίων, οἱ μὲν ἐλιθάσθησαν, οἱ δὲ ἐπρί-
σθησαν, οἱ δὲ μυριοίς εἴδεις θανάτου διὰ Χριστὸν C
ἀνῆρέθησαν.

Ἄδύνατον διαπεράσαι πέλαγος, δίχα πλοίου, καὶ
σωθῆναι χωρὶς ταπεινοφροσύνης.

Ζεῦξον δικαιοσύνην καὶ ὑπερηφανίαν, καὶ αὐθις
ἐτέρωθεν ἁμαρτίαν καὶ ταπεινώσιν, καὶ ὄψαι τὸ
ζεύγος τῆς ἁμαρτίας, πρὸ τοῦ ζεύγους τῆς δικαιο-
σύνης ἐλαύνον καὶ νικῶν, οὐ δι' οἰκίαν δύναμιν,
ἀλλὰ διὰ τὴν ἰσχύον τῆς συζύγου ταπεινοφροσύνης·
κάκεινο πάλιν ἐλαττούμενον, οὐ δι' ἀσθένειαν τῆς
δικαιοσύνης, ἀλλὰ διὰ τὸ βῆρος τῆς ὑπερηφανίας.
Ἐχεις παραδείγματα τὸν Φαρισαῖον καὶ τὸν Τελώ-
νην. Καίτοι ταπεινοφροσύνη κυρίως, οὐ τὸ, ἦντα
ἁμαρτωλὸν, ἔχειν ἑαυτὸν ἁμαρτωλὸν· εὐγνωμοσύνη D
γάρ τοῦτο, καὶ τῆς ἰδίας ἀσθενείας ἐπίγνωσις· ἀλλὰ
τὸ, ὄντα δίκαιον, ἔχειν ἑαυτὸν ἁμαρτωλὸν, καὶ μη-
δὲν τι μέγα περὶ ἑαυτοῦ φαντάζεσθαι.

Ἄμαρτωλὸς ἐνέχησε δίκαιον, ὁ Τελώνης τὸν Φα-

^k Matth. xi, 29. ^l Hebr. xi, 37.

Superbia horrenda spectra inducit animæ.

Lapsus insidias struit superbix, ipsiusque fre-
num efficitur.

Sed ante lapsum omnibus viribus excuba, ut
superbix retia effugias.

Qui humiliter de se sentit, Christi discipulus est,
cujus hæc verba fuerunt: *Discite a me, quia mitis
sum, et humilis corde* ^k. Superbus autem diaboli,
qui ob superbiam dejectus est, imitatoreni se
præbet.

Carnem quidem adversus fornicationem extenua;
animam vero adversus superbiam per humilitatem
dejice.

Monachus est perpetuum lumen in cordis oculo,

Monachus est abyssus humilitatis, in ea omnem
spiritum malum præcipitans et suffocans.

Inanem gloriam pessumdat occulta operatio; su-
perbiam vero, Deo ascribere bona opera et se-
ipsum nihili putare.

Recordare prioris tuæ vitæ, ac veterum delictor-
um, illudque tecum reputa, quo pacto te, cum
talis esses, vivere Deus sustinuerit; neque id so-
lum; sed etiam aluerit et conservavit: ac tum
procul dubio humilitatem concipies, nisi sensus fore
omnis expers atque obduratus sis.

Elationem tibi negotium exhibentem his verbis
alloquere: *Facesse a me. Quis enim ego sum?*
quid enim a me præclari gestum est? Etenim sancti
viri partim lapidati, partim secti sunt, partim de-
nique sexcentis mortis generibus Christi causa de
medio sunt sublati ^l.

Impossibile est, sine navi mare trajicere, et sa-
lutem consequi absque humilitate.

Junge justitiam cum superbia, atque alia rursus
ex parte peccatum cum humilitate; ac peccati,
quam justitiæ, jugum celerius currere atque vin-
cere concipies, non quidem ob potestatem suam,
sed ob conjunctæ humilitatis vires; atque aliorum
rursus superari, non propter justitiæ imbecillita-
tem, sed propter superbix grave pondus. Exempla
tibi præsto sunt in Pharisæo ac Publicano. Quan-
quam humilitas proprie in eo non consistit, ut
qui peccator est, peccatorem se putet (judicii enim
æquitas hoc est, ac propriæ infirmitatis agnitio);
verum in hoc, ut qui justitia præditus est, pecca-
toem sese ducat, nihilque magni de seipso mente
conciplat.

Peccator justam vicit, publicanus Pharisæum.

NOTÆ.

(13) Τοῦ Χριστοῦ μαθητῆς ἐστίν, etc. Hinc a
Joanne Cantacuzeno lib. iii, cap. 36, p. 469 Apocau-
chus per ironiam vocatur διδάσκαλος τῆς οἰκουμένης
καὶ μαθητῆς τοῦ πρᾶου καὶ φιλανθρώπου, *magister
orbis et discipulus mitis illius ac hominum amanti*;
hoc est, Jesu Christi, non autem Josephi Rhacen-

dyæ, juxta suavem admodum viri docti hariolatio-
nem, lib. vi, de Biblioth. Vindobon., p. 112.

(14) *Μοναχός ἐστίν.* Pariter istæ duæ monachi
delineationes Climacum agnoscunt auctorem eodem
in loco, pariterque non comparent in ms. memorato,
sicut nec præcedens sententia, *σάρκα μὲν, etc.*

Ille quidem justitiæ opera ostendit, dicens : *Jejuno bis in Sabbato*, et quæ deinceps sequuntur ; hic vero dictum duntaxat protulit humilitatis : *Deus, propitius esto mihi peccatori*^m ; et sermo opera superavit. Atque tantum thesaurum spiritus superbiæ exsufflavit, perque ipsius linguam, quasi per fenestram reconditas opes exportavit ; contra paupertas ob humilitatem in divitias mutata est.

Justo potius metuenda est superbia. Nam peccatorem conscientia deprimit, quæ semper eum accusat, nec caput attollere permittit : at justum, nisi attendat, præclara facinora attollunt. Et quemadmodum piratæ navem mercibus onustam potissimum adoriuntur ; sic etiam diabolus peccatores non admodum impugnat, vehementissime vero eos qui justii sunt.

Scopus monachi, cor suum ab omni pravo affectu purum servare : quod si non assequitur, aberrat.

Omnis virtutis fons, et radix, et caput, atque vinculum est discretio ; quam hac ratione quispiam sibi comparabit, si cum iis qui virtutis iter jam obierunt, quidquid instituit, communicet. Sic enim nunquam imprudenter in malum, tanquam in bonum, prolabetur.

Solitudinis hostis est, quisquis voluptatis amore flagrat.

Quando inimicus quosdam ad tarpem amoris affectum connectere vult, tunc et hunc et illum explorat, ut eorum uterque, aut certe alter, aptus inveniat.

Faciles et humani ut plurimum atque misericordes sunt, qui libidini student.

Egestionis quæ in somnis sunt, variis de causis oriuntur. Aut enim a natura existere solent, aut a renum imbecillitate, aut a relaxatione, aut ab indumentorum et straguli molliæ, aut ex ingluvie, aut ex crapula, aut ex affectu, aut ex inflatione ob effluxionem a longo tempore non factam, aut a proximi condemnatione, aut a dæmonum invidia. Ac prima quidem et secunda omni reprehensione carent, quandoquidem et simulacro : reliquæ autem, præter postremam, vitio vertuntur : quæ postrema non modo nullam reprehensionem habet, sed etiam fiduciam conciliat. Huic enim invidetur qui inclarescit.

Obscenæ noctis species interdum mente volvere non oportet. Id enim sibi proponunt dæmones, ut earum recordatione vigilantes etiam inficiant.

Maximæ libidinis ille est, qui spurcitiem suam persæpe non sine voluptatis sensu constitetur.

Hæc quoque dæmonum versutia est, ut eos qui

^m Luc. xviii, 12, 13.

ἄριστον. Ὁ μὲν ἔργα δικαιοσύνης ἔδειξεν, εἰπὼν, ὅτι *Νηστεύω δις τοῦ Σαββάτου*, καὶ τὰ ἐξῆς· ὁ δὲ, ῥῆμα μόνον εἶπε ταπεινοφροσύνης· Ὁ Θεός, *Ὑπάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ*· καὶ ὁ λόγος ἔργων περιεγένητο. Καὶ τὸν μὲν τοσοῦτον θησαυρὸν ἐξεφύσθη τὸ πνεῦμα τῆς ὑπερηφανίας, καὶ διὰ τῆς γλώσσης αὐτοῦ, καθάπερ διὰ θυρίδος, ἐξεφόρησε τὸν ἐναποκείμενον πλοῦτον· ἡ δὲ πενία, μετέβαλεν εἰς πλοῦτον, διὰ τὴν ταπεινοφροσύνην.

Μᾶλλον δίκαιος ὀφείλει φοβεῖσθαι τὴν ὑπερηφανίαν· τὸν μὲν γὰρ ἁμαρτωλῶν κάμπτει τὸ συνειδῆσαι κατηγοροῦν, καὶ μὴ συγχωροῦν ἀνανεῦειν· τὸν δὲ δίκαιον, ἐπαίρει τὸ κατόρθωμα, μὴ προσέχοντα. Καὶ καθάπερ οἱ πειραταὶ τῷ πεφορτισμένῳ μάλιστα πλοῦτον προσβάλλουσιν, οὕτω καὶ ὁ διάβολος οὐ πάντως πολεμεῖ τοὺς ἁμαρτωλοὺς, ἀλλὰ σφοδρότατα τοὺς δίκαιους.

Σκοπὸς τοῦ μοναχοῦ, καθαρὰν παντὸς πάθους¹¹ τηρεῖν τὴν καρδίαν· οὐτινος ἀποτυχῶν, πλανᾶται.

Πηγὴ καὶ ρίζα καὶ κεφαλὴ καὶ σύνδεσμος πάσης ἀρετῆς ἐστὶν ἡ διάκρισις, ἣν κηρύσσει· τις, τοὺς προωδεύουσι τὴν ὁδὸν ἀρετῆς, πάντα σκοπεῖ οἰκεῖον ἀνακονοῦμενος. Οὕτω γὰρ ἂν¹² ποτε λάθῃ τῷ φαύλῳ περιπίπτων ὡς ἀγαθῷ.

Ἐχθρὸς ἡσυχίας, ἅπας φιληθονος.

Ὅταν συνῆσαι τινὰς εἰς αἰσχρὰν διάθεσιν ἀγάπης ὁ ἔχθρὸς βουληθῆ, δοκιμάζει καὶ τοῦτον κάκιστον, ἵνα τούτων ἐκάτερος, ἢ πάντως ὁ ἕτερος, ἐπιτήδειος εὐρεθῆι.

Συμπαθεῖς ὡς ἐπίπαν καὶ ἐλεήμονες, οἱ φιληθονοί.

Αἱ κατὰ τοὺς ὕπνους ἐκκρίσεις, διαφόρους ἔχουσι τὰς αἰτίας. Ἡ γὰρ ἐκ φύσεως γίνεσθαι πεφύκασι, ἢ ἐξ ἀσθενείας νεφρῶν, ἢ ἐξ ἀνέσσεως, ἢ ἐκ μαλακότητος περιβλημάτων καὶ στρωμνῆς, ἢ ἐξ ἀδηφαγίας, ἢ ἐκ πολυποσίας, ἢ ἐκ συμπαθείας¹³, ἢ ἐκ φυσιώσεως ἐπὶ χρονίᾳ ἀρρώστια¹⁴, ἢ ἐκ κατακρίσεως τοῦ πλησίον, ἢ ἐκ φθόνου δαιμόνων. Ἡ μὲν οὖν πρώτη καὶ δευτέρα, ἀνεπιτήμητοι, ἐπεὶ καὶ ἀνείδωλοι· αἱ δὲ λοιπαὶ, πλὴν τῆς τελευταίας, καταδικάζονται· ἡ δὲ τελευταία, οὐ μόνον ἀνεπιτήμητος, ἀλλὰ καὶ θάρσους αἰτία. Φθονεῖται γὰρ ὁ εὐδοκίμων.

Τὰς αἰσχρὰς φαντασίας οὐ χρὴ μεθ' ἡμέραν ἀναλογίζεσθαι. Σκοπὸς γὰρ τοῖς δαίμοσι, καὶ νήφοντα μολύνει τῇ μνήμῃ τούτων.

Ἐμπαθεστάτος ὁ καὶ αὐτὴν πολλάκις τὴν τῶν μολυσμῶν ἐξομολόγησιν μετὰ ἡδουπαθείας¹⁵ ποιούμενος.

Καὶ τοῦτο πανουργία δαιμόνων, τὸ βλαβεροῖς προσ-

VARIAE LECTIONES.

¹¹ Al. inser. πονηροῦ. ¹² Al. κἄν l. οὐκ ἂν. ¹³ Al. ἐξ ἐμπαθείας. ¹⁴ Al. ἀρρώστια. Inl. ἀρρώστια. ¹⁵ Al. ἐμπαθείας.

ὡποιοὺς ὁμιλοῦντας, μὴ παρζυτικά βλάπτειν πολλάκις, ἀλλὰ μετὰ καιρὸν, μηδ' εἰς αὐτὰ τὰ πρόσωπα ἵνα δοκοῦντες ἐτέρωθεν βλαθῆναι, τῶς ταῦτα μὴ φυλαττώμεθα.

Τὸ αὐτὸ ἀμάρτημα, διαφόρως ἐν διαφόροις κρίνεσθαι· εἰωθεν· ἐξ ἡλικίας, ἐκ τόπου, ἐκ τρόπου, καὶ ἐξ ἐτέρων.

Εἰ μὴ προνοητικῶς τὴν τοῦ θήλεος ὁρμὴν αἰδοῖ Κύριος· ἐχαλίνωσεν, ἠτόμολε· δὲ τοῦτο πρὸς τὸ ἄρσεν, ὅπως οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ.

Τινὲς εὐλαβεῖς θεάμενοι προσώπου κάλλος, ὑπόθεσιν τοῦτο ποιοῦνται τῆς εἰς Θεὸν δοξολογίας, ὅπως ἐξ οὗτω φαυλοτάτης ὕλης τοιαύτην ὠραιότητα διεμύρφωσεν· καὶ δακρύουσι, τοῦτο μὲν ὅφ' ἡδονῆς, τοῦτο δὲ καὶ ὅτι τοιαύτη φαιδρότης ὑπὸ φαύλης ἡδονῆς καταμιαίνεται. Καὶ ὅπως θαυμαστὸν, πῶς ὁ ἐτέρων βόθρος, ἐτέροις ἀφορμῇ στεφάνων καθίσταται. Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ περὶ τὰς μελωδίας ποιοῦσιν, εἰς ἐκπληξὴν κινούμενοι τῆς μεγαλουργίας τοῦ Θεοῦ, καὶ θερμὴν ἀγάπην.

Πολεμοῦσι (15) τοῖς ἡσυχασταῖς οἱ δαιμονες τῆς πορνείας· ἴν' ὡς μάτην ἡσυχάζοντας, καταγάγωσιν εἰς τὰς πόλεις.

Οὐκ ἐνοχοῦσι πολλάκις τοῖς ἐν ταῖς πόλεσι μοναχοῖς· ἴν' ὡς μὴ πολεμούμενοι, μένωσιν ἐν ταῦταῖς.

Ἐνθα πολεμοῦνται, πάντως ἐκεῖ καὶ πολεμοῦσι. Μὴ πολεμούμενοι γὰρ, οὐδὲ πολεμοῦσιν.

Πολλοὺς τῶν μοναχῶν, ἤνικα γυναιξὶ διαλέγονται, δακρύνειν ποιεῖ καὶ στένειν ὁ πονηρὸς, καὶ θαυμασίως παραινεῖν, περὶ τῆς μνήμης θανάτου, καὶ σαφροσύνης· ἵνα τοῦτοις δελεασθεῖσαι αἱ ἄθλια, προσδράμωσιν ὡς ποιμένι τῶν λύκων, καὶ συνηθείας καὶ παρρησίας γενομένης, εἰς τὸν βόθρον ἐμπέσωσιν.

Φύγωμεν καρπὸν, οὗ μὴ ἐσθίειν ἐπηγγειλάμεθα· μὴ, ποτε βλέποντες αὐτὸν, πρὸς ἐπιθυμίαν ἐλθωμεν. Ἐκ τοῦ ὄρᾶν (16) γὰρ, τὸ ἐρᾶν, ὡς λέγουσιν οἱ τὰ τοιαῦτα σοφοί.

Δυνατὸν ἔστιν, ἐκ λαγνείας εἰς ἀγνείαν ἐλθεῖν. εἰ καὶ τινὲς φασὶν ἀδύνατον γενέσθαι μετὰ τὴν γεῦσιν τῆς ἀμαρτίας ἀγνόν. Ἄγνοι γὰρ πάντες ἀπλῶς εἰ ἄγιοι.

ᾠ Matth. xxiv, 22.

A cum perniciosis personis consuetudinem habent, sæpe non protinus detrimento afficiant, sed aliquanto post intervallo, neque erga easdem personas; quo nimirum, aliunde nobis detrimentum inferri existimantes, has interim minime caveamus.

Unum idemque peccatum varie in variis hominibus judicari consuevit; nempe ex ætate, ex loco, ex modo, aliisque rebus.

Nisi Dominus, pro sua providentia, feminæ impetum pudoris freno compressisset, verum ipsa ad masculum ultro proficisceretur, certe non fieret salva omnis caro.

Quidam pii viri, cum elegantem formam conspexerint, hinc Deum celebrandi occasionem arripiunt, quod ex materia usque adeo vili tantam pulchritudinem effinxerit: atque etiam illacrymant, partim lætitia, partim quod tantus splendor turpi voluptate contaminetur. Et sane mirum est, quo pacto quod aliis fovea est, aliis coronarum occasio fiat. Idem quoque in modulatis cantibus faciunt; hinc quippe in admirationem divinæ magnificentiæ, inque ardentem Dei amorem impelluntur.

Dæmones fornicationis solitariis bellum inferunt, quo videlicet eos, tanquam incassum solitudinem colentes, in urbes detrahant.

Monachis iis qui in urbibus commorantur, sæpe molestiam non exhibent; ut veluti minime bello vexati, in iis maneat.

Ubi bello lacessuntur, illic quoque omnino bellum gerunt. Cum enim non oppugnantur, nec impugnant.

In plerisque monachis, quoties feminas alloquuntur, malus ille id efficit ut lacrymas emitant et ingemiscant, ac de mortis memoria et castitatis cultu mirificas cohortationes habeant; quo scilicet his rebus miseræ illæ inescatæ, ad lupum accurrant tanquam ad pastorem, ortaque familiaritate et fiducia, in foveam incidant.

Fugiamus eum fructum, a cujus esu abstenturos nos professi sumus; ne forte cernentes eum, in cupiditatem veniamus. Etenim ex aspectu affectus seu amor oritur, ut aiunt qui in hujusmodi rebus sciti atque eruditi sunt.

Possibile est; ex salacitate ad castitatem se referre; etsi quidam affirmant impossibile esse, post gustum peccati effici castum: casti enim omnes plane sunt qui sunt sancti.

NOTÆ.

(15) Πολεμοῦσι τοῖς ἡσυχασταῖς. In Ms. 1770, initio Opusculi, istud scholion cernitur, ὁκτώ εἰσι τῆς κακίας λογισμοί· τοῖς μὲν ἡσυχάζουσιν, ὁ ἀκηδίας, ὁ κενοδοξίας, ὁ ὑπερηφανίας, ὁ φιλαργυρίας, καὶ ὁ λύπης· τοῖς δὲ ἐν ὑποταγῇ, ὁ γαστριμαργίας, καὶ ὀργῆς, καὶ πορνείας. Capitū de acedia superius, τοῖς ἐν ἡσυχίᾳ, μάλιστα πολεμεῖ τὸ πάθος τῆς ἀκηδίας.

(16) Ἐκ τοῦ ὄρᾶν τὸ ἐρᾶν. Post Platonem apud Theodoritum Serm. ult. in Græcos, Clemens Alexandrinus *Pædagogici* lib. iii, cap. 5. Isidorus Pelusiota lib. iii, epist. 254, lib. v, epist. 173. et Nilus noster lib. iii, epist. 318, quibus adde Hesychium in ὀμμάτειος πόθος, et Etymologicum magnum cum proverborum collectoribus.

Varius est libidinis dæmon. Etenim iis qui inexpertus sunt, suggerit ut semel experientiam capiant, ad solam voluptatis notionem; eos vero qui experti sunt, per recordationem ad novum experimentum pertrahit.

Multi, tum ex iis qui experientia edocti non sunt, ob voluptatis ignorationem, ab omni bello liberi, tum rursus ex iis qui experientia didicerunt, ob satietatem, ab omni molestia et obturbatione immunes permanserunt.

Qui corpus vicit, idem naturam superavit; qui autem naturam superavit, is naturam excessit; ac deinceps minoratus est paulo minus ab angelis: mirumque est, quo modo qui materia constat adversarium materia carentem prostraverit.

Cum omnes dæmones, tum is potissimum qui libidini præest, primum id student, ut menti, hoc est principi animæ parti, tenebras offundant.

Inpuras et obscenas cogitationes, quæ in pectore insident, immittit quidem libidinis spiritus; ejicit autem continentia, et humilitas, suique contemptus.

Incuria stuporis mater est; hujus autem filia, indolentia.

Varias causas somnus habet. Nam a natura contrahitur, a cibus, a jejunio, ab afflictione.

Magnum quidem et præclarum est, contumeliam perferre; majus vero, laudem sine detrimento præterire.

Qui supernam gloriam minime degustavit, terrenam non facile contempturus est.

• Heb. xi, 7.

A Ποικίλος ὁ τῆς λαγνείας δαίμων· τοὺς μὲν ἀπειροὺς ὑποτίθει, πείραν ἀπαξ λαβεῖν, πρὸς μόνην ἡδονήν· διαγνώσιν· τοὺς ἐν πείρᾳ δὲ, διὰ τῆς μνήμης ἐπὶ τῆ πείρᾳ ἐφέλλεται.

Πολλοὶ, καὶ τῶν μὴ λαβόντων πείραν, ἀπολέμηται διὰ τὴν ἀγνοίαν τῆς ἡδονῆς μεμενήκασι, καὶ τῶν ἐν πείρᾳ γεγενημένων, ἀνεσώθηται διὰ τὸν κόρον.

Ὁ τὸ σῶμα νικήσας, ἐνίκησε τὴν φύσιν· ὁ δὲ νικήσας τὴν φύσιν, ὑπὲρ τὴν φύσιν ἐγένετο· καὶ λοιπὸν, ἡλάττωται βραχὺ τι παρ' ἀγγέλους· καὶ θαῦμα, πῶς ὁ ἔνυλος τὸν ἄυλον ἀντίπαλον κατατάλαισιν.

B Καὶ πάντας μὲν οἱ δαίμονες, πρῶτον σκοτίζειν σπουδάζουσι τὸν ἡγεμόνα νοῦν· ὁ δὲ τῆς πορνείας μάλιστα.

Τοὺς ἐν τῇ καρδίᾳ βυπαροῦς καὶ ἀκαθάρτους λογισμοὺς, ὑποβάλλει μὲν τὸ πνεῦμα τῆς πορνείας. ἐκβάλλει δὲ ἐγκράτεια καὶ ταπεινώσις, καὶ περιφρόνησις αὐτῶν.

Ἀμέλεια μὲν μήτηρ ἀναίσθησις· ταύτης δὲ θυγάτηρ ἀναλγησία.

Διαφόρους τὰς αἰτίας ἔχει ὁ ὕπνος. Γίνεται γὰρ ἐκ φύσεως, ἐκ βρωμάτων, ἐκ νηστείας, ἐκ θλίψεως.

Μέγα μὲν, ὑπενεργεῖν ὕδριν· μεῖζον δὲ, παρελθεῖν ἀδολαδῶς ἔπαινον.

C Ὁ μὴ τῆς ἐνω δόξης γευσάμενος, οὐκ ἂν τῆς κάτω βραδίᾳ καταφρονήσει.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΥΠΕΡΕΧΙΟΥ ΠΑΡΑΙΝΗΣΙΣ ΑΣΚΗΤΩΝ

BEATI HYPERECHII ADHORTATIO AD MONACHOS.

MONITUM.

(Fr. Combefis., Auct. nov., 1.)

Auctorem antiquum et opus, argumento est, quod in tertio illo Apophthegmatum libro, Pelagio S. R. E. interprete, tres ejus exstant sententiæ; quæ totidem verbis hic habentur: nec plures illo, vel aliis ejusmodi libris exstant: ut non aliud agnovisse antiqui videantur beatissimi hujus abbatis Hyperechii, sive (ut Pall. vocat) Hyperichii, quam istud quod ex repositis mihi schedis, ad absolutam religiosam palæstra exercentium nomam, Arsenii Nilique opusculis (sive illis prior exercuerit Hyperechius, sive eadem ipse ætate, aut parum illis suppar; aliis ejus ignotis) subjungo; quod unum eam in rem luce clarius sit.

Ἀρχὴ ἀποταγῆς μοναχοῦ, φοβεῖσθαι τὸν Θεόν· Ἄφοδος δὲ μοναχός, ἔξω τῶν πυλῶν τῆς βασιλείας ἀυλισθησεται.

Ἀρχὴ ζωῆς μοναχοῦ, ἀγαθὴ γνῶσις· ἀγνωσία δὲ Θεοῦ, σκοτίζει τὴν ψυχὴν μοναχοῦ.

Ἀγαθὴ κληρονομία μοναχοῦ σωφροσύνη καὶ ἀγιασμός· ἀποκληρονόμος δὲ πατέρων γίνεται, ὁ ἐκτός τούτων μοναχός.

Ἄσκησις μοναχοῦ, μελέτῃ Γραφῶν, καὶ ποιήσις ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ· ἀνάσκητος δὲ ἐστίν, ὁ μὴ ἐν τούτοις ἀναστρεφόμενος μοναχός.

Βρῶσις μοναχοῦ, τὸ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ· πόσις δὲ αὐτοῦ ἐστίν, τὸ κατορθοῦν τὰ ἐντάλματα τοῦ Χριστοῦ· βρῶμα γὰρ αἰσθητὸν, οὐ παραστήσει μοναχὸν τῷ Θεῷ, ἀλλ' εἰς κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται.

Βῆμα μοναχοῦ σεμνῶς κινουμένου, ἐκτριβέτω βαθμούς· ἐκκλησιαστικούς. Βῆμα μοναχοῦ σεμνὸν, μὴ ἐκπορεύεται ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν.

Βίος μοναχοῦ ἀηλίδωτος ἐστω, μὴ χλευαζόμενος ὑπὸ γυναικαρίων ἐσωρευμένων ἀμαρτίας. Βίλος γὰρ πειρατηρίου ἐστίν ἡ γυνή, ἐν οἰκίαις ἐταιριζομένη.

Βουλὴ μοναχοῦ μετὰ συνετοῦ γινέσθω· βουλή δὲ ἀσύνετος, μὴ κατοικεῖτω ἐν καρδίᾳ μοναχοῦ.

Γρηγορῶν μοναχός ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, ἀποδιώκει φαγάσματα νυκτερινά· γαυριῶν δὲ μοναχός ἐν κατορθώμασι καὶ καθεύδων, ἰστούς ἀράχνης ὄφαινει.

Γενναῖος μοναχός, τῷ σημεῖω τοῦ σταυροῦ τοῦ βρόχου ἐκφεύγει τοῦ διαβόλου· γήινος μοναχός καὶ εἰς γῆν νενευκῶς, περιπαίρεται παγίσι σατανικαῖς.

Γνώμη μοναχοῦ διαπαντός ἐστω πρακτικὴ ἔργων ἀγαθῶν· γνώμην δὲ μοναχοῦ ἀπρακτον, οὐκ ἐμπιπλάται ἀγαθά.

Γυμνάσιον μοναχοῦ, λογισμοὶ ἐπάλληλοι· γρηγόρησις δὲ μοναχοῦ, πρᾶξιν λογισμοῦς ῥυπαρούς.

Γεώργιον μοναχοῦ, ψυχὴ ἀγαθὴ καρποφοροῦσα εὐαγγελικῶς· γεώργιον δὲ αὐτῆς μοναχός φάγεται, τὸν καρπὸν αὐτῆς· γλυκὺς γὰρ καρπός ἐν στόματι μοναχοῦ, τῶν ἰδίων πόνων ὁ μισθός.

Δύναμις μοναχοῦ, ἀκτημοσύνη βαστάζουσα τὸν Σατῆρα. Δεινὸν γὰρ παρὰ μοναχοῖς φιλαργυρία, ἀποκλείουσα βασιλείαν οὐρανῶν.

Δός καρδίαν σου, μοναχέ, εἰς σῶμά σου, ἵνα καὶ τὸν νοητὸν, καὶ τὸν πρακτικὸν ἀποδιώξης ἀπὸ σοῦ τὸν ἀντιδικόν, διάβολον.

Δῶρον ἀγαθὸν μοναχοῦ παρθεσία, ἀρματηλάτην ποιῶσα εἰς οὐρανοὺς σὺν τῷ ἁγίῳ Ἡλίᾳ· δι' ὃ μο-

1. Prima monachi abrenuntiatio, timere Deum : porro monachus non timens Deum, extra regni fores commorabitur.

2. Prima vita monachi, bona cognitio ac scientia ; Dei autem ignorantio monachi mentem obtenebrat.

3. Bona monachi possessio, castitas et sanctimonia ; qui autem extra hæc monachus est, alienus a patrum hæreditate efficitur.

4. Monachi exercitatio est Scripturarum meditatio Deique mandatorum opere exercita functio ; at exercitatione caret qui in his non versatur.

5. Monachi cibus, ut faciat Dei voluntatem : ejus autem potus, ut Christi mandata impleat. Cibus enim in sensum cadens eique subjectus non commendat monachum Deo ; sed in ventrem vadit et in secessum emittitur.

6. Gressus monachi, gravi modestoque incessu, ecclesiastica terat limina ac subsellia. Gressus monachi gravis et modestus non exeat de domo in domum.

7. Vita monachi labis pura sit, nihil muliercularum sannis obnoxia onustarum peccatis : arcis enim piratarum mulier telum est, quæ in domibus meretricatur.

8. Consilium monachi cum viro prudente sit ; quod autem sine prudentia consilium est, in corde monachi non moretur.

9. Pervigil monachus in psalmis et hymnis et canticis spiritalibus visa nocturna fugat : qui vero monachus recte factorum atque virtutis gloria superbit dormitatque, telas araneorum textit.

10. Fortis monachus signo crucis diaboli laqueos evadit : terrenus autem et in terram pronus Satanæ se laqueis innectit.

11. Monachi animus jugiter honorum operum functione solers sit ; cujus autem monachi iners animus, bonis non impletur.

12. Exercentis ludus monachi, aliæ aliis supervenientes cogitationes ; solers autem ac pervigil monachus sordidas cogitationes securat ac lenit.

13. Arvum monachi, bonus animus fructum ferens ex evangelicis rationibus ; ejus fructum, animi fructum comedit monachus. Dulcis enim fructus in ore monachi, laborum suorum merces.

14. Monachi robur, quæ Christum portet, inopia atque paupertas. Grande enim inter monachos malum, honorum cupiditas, quæ claudat regnum eorum.

15. Da, monache, cor tuum in corpus tuum (ei scilicet invigila), ut a te et mentis spiritu, et actione infensum adversarium expellas, id est diabolum.

16. Donum bonum monachi, virginitas, quæ in cælos cum sancto Elia sublimem aurigam fe-

rat⁴. Quamobrem ejus tu amore incensus, monache, igneum currum, duplici lacrymarum rivo oculis fluentium levi rore conspersus, conscendito.

17. Arbor vitæ in altum assurgens, humilitas.

18. Monachus nactus virtutem, bonos decerpit fructus.

19. Virginitatis virtus, abstinencia ab escis : qui autem monachus crapulæ deditus est, vita erit abominabilis, audietque ex Christi ore, *Habes mercedem tuam*⁵; nempe cavens dicere, accepturum cum mercedem suam a Christo, qui novit abscondita.

20. Monachus, quæ sunt Dei, Deo tribuens, ne extollatur; sed oratione ad Deum dicat : *Tua ex tuis tibi offero; unam a te uno animæ redemptionem quaerito*.

21. Orantem monachum mundo animo in nocturnis precibus exaudiet Dominus : in die vero Dominus illum illustrabit, ac velut clarum diem esse præstabit.

22. Misericors monachus sit fratrum amans, terramque bonam possidebit⁶.

23. In superbia monachi non requiescet Deus⁷; in ejus vero humilitate ac sensus modestia requiescet Spiritus sanctus. Hujus præsidio virtutis, regnum cælorum assequetur, ac brevi ejus possessione donabitur.

24. In omni tempore sit a sorde munda monachi tunica; non quæ lana, quæve lino contexta sit, sed spiritualis. Qui enim ejusmodi est, in media nocte cum Christo sponso ingreditur. Oleum inferat monachus in occursum sponsi⁸.

25. Monachi vita angeli in moram sit, peccatum incendio consumiens : vita enim monachi poenitentium holocausti oblatio est.

26. Vita monachi membra ejus insigniat cupiditati libidinique emortua; quippe cui beati Joannis vita ac disciplina exemplum extiterit.

27. Dæmonum æstus ac turbatio a monacho fugiat; angelica vero tranquillitas in eis choros ducat.

28. Dæmoniaci æstus excita procella, monachus iram teneat : vita enim monachi in lenitate innotescat et patientia.

29. Fervens spiritu monachus diabolum fugat; at qui monachus injuste fratrem æmulatur, diabolum ad se attrahit. Foris enim manebit cum quinque fatuis virginibus⁹, qui lampadem suam oleo splendidam lætamque non reddiderit.

30. Fermentum malitiæ nec nominetur inter monachos.

31. Sol non occidat super iracundiam¹⁰ monachi.

A ναχὸς ταύτης ἐραστῆς γενόμενος, ἐπίθα τῷ πυρίνῳ ἄρματι, δροσιζόμενος δυσὶν ὀχετοῖς θαυρών ἐκ σῶν ὀφθαλμῶν προχοομένων.

Ἀένθρον ζωῆς εἰς ὕψος ἐγειρόμενον, ταπεινώσεις.

Δύναμιν κεκτημένος μοναχὸς, τρυγᾷ τοὺς ἀγαθοὺς καρπούς.

Δύναμις παρθενίας, ἀποχὴ βρωμάτων · ὁ δὲ κραπαλῶν μοναχὸς, βίον αὐτοῦ βδελυθθήσεται, καὶ ἀκούσεται ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, Ἀπέχεις τὸν μισθὸν σου · δυσωπούμενος δὲ εἰπεῖν, λήψεται τὸν μισθὸν αὐτοῦ παρὰ τοῦ τὰ κρύφια γινώσκοντος Χριστοῦ.

Β Διδούς μοναχὸς τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ, μὴ ἐπιπέσθω · δέόμενος δὲ τοῦ Θεοῦ, λεγέτω, Τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν σοὶ προσφέρω · μόνον παρὰ σοῦ μόνου λήτρωσιν ψυχῆς ζητῶ.

Εὐχομένου μοναχοῦ καθαρῶς ἐν νυκτεριναῖς εὐχαῖς, εἰσακούσεται Κύριος · ἐν ἡμέρᾳ δὲ, τοῦτο λαμπρύνει Κύριος, καὶ ὡς ἡμέραν καθαρὰν ἀναδείξει.

Ἐλετήμων μοναχὸς φιλάδελφος ἔστω, καὶ κληρονομήσει τὴν ἀγαθὴν γῆν.

Ἐν ὑπερηφανίᾳ μοναχοῦ οὐκ ἀναπαύσεται Κύριος · ἐν ταπεινοφροσύνῃ δὲ αὐτοῦ ἀναπαύσεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐν ταπεινοφροσύνῃ δὲ αὐτοῦ ἔσται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐν τάχει κληρονομήσει αὐτήν.

Γ Ἐν παντὶ καιρῷ ἔστω ὁ χιτῶν τοῦ μοναχοῦ ἱεροσολοῦ · οὐχ ὁ ὕφαντος, ἀλλ' ὁ πνευματικὸς. Ἐν μέσῃ γὰρ νυκτὶ ὁ τοιοῦτος συνεισελεύσεται τῷ νυμφίῳ Χριστῷ εἰς τὴν παστάδα. Ἐλαιὸν ἐπικομιζέτω ὁ μοναχὸς, εἰς ἀπάντησιν τοῦ νυμφίου.

Ζωὴ μοναχοῦ κατὰ μίρησιν ἀγγέλου γινέσθω καταφλέγουσα ἁμαρτίαν. Ζωὴ γὰρ μοναχοῦ ἔστιν, ἡ τῶν μετανοούντων βλοκάρπωσις.

Ζωὴ μοναχοῦ, χαρακτηριζέσθω τὰ μέλη αὐτοῦ νενεκρωμένα πρὸς ἐπιθυμίαν ὑπάρχοντα. Ζωὴ γὰρ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου καὶ βίος ὑπογραμμὸς σοὶ γέγονεν.

Ζάλη δαιμόνων ἀπὸ μοναχοῦ φευγέτω · γαλήνη δὲ ἀγγέλων παρὰ μοναχοῦ χορευέτω.

Δ Ζάλης δαιμονικῆς ἐπιχειρομένης, κρατεῖται μοναχὸς θυμοῦ · ζωὴ γὰρ μοναχοῦ ἐν πραότητι καὶ ὑπομονῇ γυνωρίζεσθω.

Ζῶν τῷ πνεύματι μοναχὸς ἀποδιώκει τὸν διάβολον · ζηλῶν δὲ μοναχὸς ἀδίως τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐπισπάται τὸν διάβολον · ἔξω γὰρ μενεῖ μετὰ τῶν πέντε μωρῶν παρθένων, ὁ μὴ εἰλαίῳ φαιδρύνων τὴν ἑαυτοῦ λαμπάδα.

Ζύμη κακίας μὴ ὀνομαζέσθω παρὰ μοναχοῦς.

Ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ μεναχοῦ.

⁴ IV Reg. v, 4. ⁵ Matth. vi, 8. ⁶ Matth. v, 4.

⁷ 10. ⁸ Eph. iv, 26.

⁹ Isa. lxxvi, 2. ¹⁰ Matth. xxv, 10. ¹¹ Matth. xxv.

Ἦσυχος μοναχός, οὐ ταρασσεί ἀδελφούς· κραυγὴ ἂν
 33. Secum quietus monachus non turbat fra-
 33. Secum quietus monachus non turbat fra-
 tres : clamor vero monachi monasterium tur-
 bat.

Ἦχον ψαλμωδίας μὴ ἀνανεοῦ, μοναχέ· αὐτὴ γάρ
 ἡ τῶν ἀγγέλων ὕμνολογία.

Ἦχον θεάτρων διαβολικῶν φευγέτω μοναχός· αὐτὴ
 γάρ ἡ τῶν δαιμόνων ἀπάτη.

Ἦτω ἐπὶ τοῦ μετώπου σου ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ
 διαπαντός, μοναχέ· ἦτω καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὁ φό-
 βος τοῦ Θεοῦ, ἀσκητά.

Ἦσυχία μοναχοῦ μετὰ καθαρᾶς καρδίας, δυσωπεῖ
 τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Ἦθος χρηστὸν μοναχοῦ, φιλαδελφίαν ἐργάζεται, Β
 καὶ μάχην ἀποδιώκει.

Ἦρμωσμένος μοναχός (τῷ Κυρίῳ, μὴ ἐκδιδοῦν
 ἑαυτὸν τῷ διαβόλῳ, ἵνα μὴ καταισχυνηθῇ ἐπὶ τοῦ νυμ-
 φῶνος.

Θυρεὸς μοναχοῦ ἀκαταμάχητος, ὕμνος ἀγγέλων ἐν
 στόματι αὐτοῦ· θάνατος δὲ μοναχοῦ, ὕμνος ὑπὲρ
 μέτρον ἀγαπώμενος.

Θησαυρὸς μοναχοῦ ἀκτημοσύνη ἢ ἐκούσιος· θειό-
 τατος ἔσται, ὁ ταύτην ἐπανηρημένος μοναχός.

Θησαύρισον, μοναχέ, ἐν οὐρανῷ· ἀπέραντοι γάρ
 τῆς ἀναπαύσεώς σοι αἰῶνες.

Θεωρία μοναχοῦ, ἐν Γραφαῖς ἁγίαις γινέσθω, καὶ
 ἡ εὐδοκία αὐτοῦ ἐπὶ Κύριον.

Θύρα μοναχοῦ μὴ μοχλοῖς σιδηροῖς κλειέσθω.

Θάρσος μοναχοῦ, μὴ ἐν εὐσαρκίᾳ φαινέσθω.

Θαυμαστὸν πρόσωπον μοναχοῦ, ὑπὸ ἐγκρατείας
 λαμπρυνόμενον.

Ίασεις ψυχῆς μοναχῶν, διὰ προσευχῶν γίνονται,
 καὶ δι' ἐλεημοσυνῶν γνωρίζονται.

Ἰλαρὸς τῇ ὄψει μοναχός, ἀσκητοῦ ἀνάπαυσις, καὶ
 λογισμῶν πονηρῶν καθαίρεσις.

Ἰωάννης ὑπογράμμός σοι γινέσθω, μοναχέ, τρι- D
 χας καμήλου περιβεβλημένος, ἵνα Ἠλίας τῇ μηλώτῃ
 σκεπάσας, εἰς οὐρανούς ἀναγάγῃ.

Ἰάκωβος χερσὶ προτροπέσθω, ἐπὶ ταῖς προσπι-
 πτούσαις συμφοραῖς ὑπομονὴν σε διδάσκων.

Ἰωάννης σε πρὸς τὸν ἀναρχον Λόγον καθωδήγη-
 σεν.

Ἰκμάς ἱλαρότητος ἐπὶ μετώπῳ γινομένη μοναχοῦ,
 εὐφραίνει πλῆθος ἀδελφῶν· Ἰταμὸς δὲ μοναχός,
 σκορπίζει σύλλογον ἀδελφῶν.

Ἰσότης ἀδελφῶν ὑπερηφανίαν σκορπίζει, καὶ τα-
 πεινοφροσύνην βίζοι.

32. Secum quietus monachus non turbat fra-
 tres : clamor vero monachi monasterium tur-
 bat.

33. Psalmorum in divinas laudes decantanda
 sonitus ne displiceat, monache; hic enim angelo-
 rum laudatio est.

34. Sonitus diabolo auctore conflatorum specta-
 culorum fugiat monachus; hic enim dæmonum se-
 ductio est.

35. Sit tibi in fronte omni tempore Christi crux;
 sit et in corde tuo Dei timor, qui exeres virtutis
 palæstra.

36. Silentium monachi cum puro corde, Spiritum
 sanctum ut sui copiam faciat veniatque majore
 quasi vi inflectit.

37. Lenior monachi animus atque indoles frater-
 num præstat amorem, rixamque fugat.

38. Aptatus Domino monachus ne se ipse dia-
 bolo dedat, ne in thalamum inducendus, confusus
 erubescat.

39. Scutum monachi inexpugnabile, angelicum
 melos in ore ejus; mors vero monachi, modum ex-
 cedens carmina modulandi amor.

40. Thesaurus monachi inopia ac paupertas vo-
 luntaria; divinissimus erit qui ejus institutum ar-
 ripuerit, eamque delegerit, monachus.

41. Thesaurum tibi, monache, repone in cælo;
 nullo enim exitu finiendæ quietis sæcula te ma-
 nent.

42. Monachi contemplatio in sacris Scripturis
 C versetur; sitque ejus propensa voluntas in Domi-
 num.

43. Monachi ostium ferreis vectibus ne clau-
 datur.

44. Fiducia monachi non eo eluceat, quod carno-
 sus ventreque distentus est.

45. Dignus qui admirationem moveat monachi
 vultus, jejunii abstinentiæque luce splendescens ac
 exhilaratus.

46. Monachorum animi sanitates precibus præ-
 stantur, atque eleemosynis in apertum produun-
 tur.

47. Hilaris vultu monachus, ejus qui virtutis pa-
 læstra exercet, refectio, pravaramque cogitatio-
 um extinctio.

48. Joannes exemplo tibi sit, monache, pilis ca-
 melorum ac cilicio indutus¹¹, ut Elias¹² melôte
 opertum in cælos celso volatu ducat.

49. Jacobus manibus te incitet, qui in adversis
 quæ accidunt patientiam te doceat¹³.

50. Joannes in Verbum quod principio caret¹⁴,
 tibi ductor exstitit.

51. Hilaris stilla animi, fronti monachi affusa,
 fratrum cœlum recreat; qui autem monachus pe-
 tulantior est et procax, fratrum conventum dissi-
 pat.

52. Æqualitas fratrum superbiam dissipat, firma-
 que radice humilitatem locat.

¹¹ Matth. iii, 4; Marc. i, 6. ¹² IV Reg. ii, 4. ¹³ Jac. i, 2. ¹⁴ Joan. i, 1.

53. Compar angelis erit monachus, qui ventrem A contemnat, nec crapulam diligit.

54. Immensa pulchritudo in anima monachi, virginitas carens macula : pessima autem facies virginitas sordibus aspersa.

55. Pessimus puellae virgini contubernalis monachus, velut ignis in stipulam.

56. Qui mundum illudit monachus, Christo pene sodalis eique necessarius; mundi vero negotiis implicatus monachus¹³, non placet Christo, qui in numeros retulit.

57. Maximae praeco fidei ad regnum caelorum, monachus nullis laborans avaritiae sordibus; malus autem male peribit, qui ea labe laboret.

58. Junioris monachi ornatus pudicitia, nullis obnoxiam tenebris lucem virginitatis habens.

59. Pretiosum monachi pignus, virginitas; qui eam nactus sit monachus ac possideat, exaudietur.

60. Malitia atque pravitas in corde monachi ne versetur.

61. Bonorum sermones eructet monachus, oreque suo Altissimi verba loquatur.

62. Spontaneam famem assumat monachus, ut terrenum corpus humiliet, coelique civem animum exaltet.

63. Verbum veritatis loquatur monachus et mendacium exterminetur ex ore ejus.

64. Audito monachus duriore sermone, ne tollat animos ac ferociat, sed submissius agat, ut irae furorē avertat. Pacis enim mercedem accipiet, et Altissimi filius vocabitur¹⁴, qui filius pacis exsiterit.

65. Lugubri voce, modesto animi sensu et humilitate loquens monachus, vel ex saxeo pectore lacrymas eructiet.

66. Leo onagris formidabilis¹⁵; sic firmi pectoris monachus libidinis cogitationibus.

67. Monachus non in tempore solvens jejunium, velut qui a fundamentis effodit domum.

68. Ventis turbo excitans pulverem in campo; sic superbus monachus iram suscitans in monasterio.

69. Tranquilla itaque navigiis statio, portus: sic monachus in monasterio.

70. Aemula angelorum vita, monachus in terra tranquillū animi ac imperturbatū, qui libidinis jaculo haud sauciatus sit.

71. Ne festinaveris, monache, in superbia, ne festo casu ruinam feceris.

72. Aemulare, monache, Pauli humilitatem, ut pari cum sanctis sorte haeres efficiaris.

73. Imitare Publicanum, monache, ut cum Pharisaeo damneris.

74. Mosis lenitatem assume, monache, ut cor durum rupem convertas in stagna aquarum¹⁶. Postea enim factō rei periculo, habebis quantum lo-

ύσργγελος εσται μοναχος κοιλιας καταφρονων, και κραιπαλην ουκ αγαπων.

Κάλλος άμηχανον εν ψυχη μοναχου, παρθενια εσπιλος· ακαιστον δε προσωπον μοναχου, παρθενια εσπιλωμενη.

Κάκιστον μοναχος συνεισακτος, ως πυρ εις καλαμην.

Κόσμον άπατησας μοναχος, Χριστου συνδουλός γινεται· κόσμου δε πράγμασιν έμπεπλεγμένος μοναχος, ουκ άρεσκει τω στρατολογησαντι Χριστω.

Κήρυξ πιστότατος εις βασιλειαν ουρανων, μοναχος άφιλάργυρος· κακός δε κακώς άπολειται φιλάργυρος ών.

Κόσμος νεανίσκου μοναχου σωφροσύνη, άνεπισκέπτητον έχουσα παρθενιαν.

Κειμήλιον μοναχου, ύπακοή· ό κακτημένος μοναχος αύτην, εισακουσθήσεται.

Κακία μόν αυλιζέτω εν καρδιά μοναχου.

Λόγους αγαθων έρευγέσθω μοναχος, και λαλειτω εν στόματι αυτού λόγους Υψιστου.

Λιμόν εκούσιον αναλαβέτω μοναχος, του ταπεινώσαι γήινον σώμα, και ύψώσαι ουρανοπολιτην ψυχήν.

Λόγον άληθειας φθεγγέσθω μοναχος, και φεΰδος έξοριζέτω εκ στόματος αυτού.

Λόγον όταν άκούση μοναχος σκληρόν, μη θρασυνεσθω· άλλ' ύποπιπέτω, ίνα ύποστρέψη θυμόν έργης· λήφεται γάρ την της ειρήνης μισθόν, και υιός Υψιστου κληθήσεται, της ειρήνης γενόμενος υιός.

Λιγυρωός φθεγγόμενος μοναχος εν ταπεινοφροσύνη, και εκ λιθίνης καρδιας προσκαλείται έάκρυα.

Λέων φοβερός δνάγροις· ούτως μοναχος έδρζιος λογισμοις επιθυμιας.

Λύων μοναχος άκαιρος νηστειαν, ως ό κατασάπτων οίκον εκ θεμελίων.

Ααλιαψ άνέμου έγείρων κονιορτόν εν πεδίω· ούτως μοναχος ύπερήφανος, άνεγείρων όργην εν μοναστηρίω.

Λιμήν άχειμαστος πλοίοις, ούτως μοναχος εν μοναστηρίω [μοναστήριον μοναχψ].

Μίμημα άγγέλων, μοναχος έπι της γης άπαθής, δε ουκ έτρώθη τοξέυματι ήδονης.

Μή σπεύσης, μοναχε, εν ύπερήφανία, ίνα μη πέτρες πτώμα έξείσιον.

Μιμητής γενοΰ, μοναχε, της ταπεινοφροσύνης Παύλου, ίνα συκληρονόμος γένη των άγιων.

Μίμησαι τον τελώνην, μοναχε, ίνα μη τω Φαρισαίω συγκατακριθής.

Μωυσειώς τδ πρδον έπιλεξαι, μοναχε, ίνα την καρδιαν άκρότομον ούσαν εις λιμνας ύδάτων μεταβάλης· μετά ταΰτα γάρ έξεις [λέξεις] πείραν λαθών

¹³ II Tim. II, 4. ¹⁴ Matth. V, 9. ¹⁵ Eccli. XIII, 23. ¹⁶ Luc. XVII, 10. ¹⁷ Psal. CXXII, 8.

ὡς καλὸν ἢ πραῖτον· Ἐπὶ θ̄δατος ἀναπαύσεως A
ἐξέθρεψέ με.

Μὴ σκληρὸς ἀναφανῆς, μοναχέ· μνήσθητι ὅτι οὐ-
δεὶς σκληρὸς ὑπέμεινε.

Μὴ τὸν Ἄβελ καταλιπὼν, τῷ ὑπερηφάνῳ Κάθν
προστέθης, καὶ τῶν ἐκείνου μερίδων συμμετοχὸς
γίνῃ.

Μάθε ὡς καλὸν ἢ ταπεινοφροσύνη, καὶ ταύτην
ἐκλεξαι· ἀνάγει γὰρ εἰς οὐρανόν.

Μισθὸς ἀγαθὸς σοι πρόκειται, μοναχέ, τῆς ταπει-
νοφροσύνης, ἢ τῶν οὐρανῶν βασιλεία· μὴ ταύτης
ἀμοιρήσῃς.

Νέος μοναχὸς στηριχθεὶς σωφροσύνη, κενοδοξίαν
παρορῶν· νεόφυτον γὰρ παρὰ Θεοῦ ἡγαπημένον,
μοναχὸς σωφροσύνη ἀρδευόμενος.

Νηστεία χαλινὸς μοναχοῦ· ὁ ρίπτων αὐτήν, ἵππος
θλυμανῆς εὐρίσκειται· νέος δὲ ἀχαλινωτὸς ἀφειδῶς
ἀμαρτάνει.

Νίπτων μοναχὸς πόδας δούλων, λαμπρύνει καρδίαν
αὐτοῦ, καὶ ἔξει θησαυρὸν ἐν οὐρανοῖς.

Νίπτων μοναχὸς πόδας ἀμαρτωλῶν ἀδιακρίτως,
εὐλογίαν ἀπολλυμένων ἐφ' ἑαυτὸν ἐπισπάται.

Νέμος πηγὴ ζωῆς, μοναχοῦ ἐν χειρὶ πρακτικοῦ.

Νύκτα ἡμέραν ἀπεργάζεται μοναχὸς ἐγρηγορῶς,
ἐν εὐχαίς παρεδρεύων.

Νύσσων μοναχὸς καρδίαν ἑαυτοῦ, προχέει δάκρυα,
καὶ οὐρανὸθεν ἔλεον προσκαλεῖται.

Νᾶμα θεῖον ἐν στόματι μοναχοῦ, ψαλμὸς ἐξομολο-
γήσεως.

Ξύλον ζωῆρον, μοναχὸς ἀπαθῆς, ἐπὶ γῆς. Ξύλον
ζωῆς ἐν οὐρανοῖς, μοναχὸς ἐπὶ γῆς ἀγγελικῶν ἐπαν-
ηρημένος βίον.

Ξίφος οξύτατον κατὰ τοῦ διαβόλου, ψαλμῶδία ἐν
στόματι μοναχοῦ.

Ξύλον ξηρὸν ἐπὶ Ἐλισσαίου σίδηρον ἐκ βυθοῦ
ἀνήγαγε· ξηρὸν σῶμα ὑπὸ νηστείας γινόμενον ἐπὶ
μοναχοῦ, ψυχὴν ἐκ βυθοῦ ἀνιμάται.

Ξηραίνει ὀχτεοὺς ἡδονικὸς νηστεία μοναχοῦ.

Ξίφος κατὰ τῶν παθῶν ἐγρηγόροις μοναχοῦ, ὑπὸ
προσευχῆς ἀκονουμένη.

Ξενισμὸς λαχάνων ἐν ἀγάπῃ ὑπὸ μοναχοῦ γινό-
μενος, ἀγαθὸν ὑπὲρ στέαρ ὀλοκαρπώσεως.

Ξένια καὶ δῶρα ἀπατᾷ σοφοῦς· ὁ δεχόμενος αὐτὰ
ἐπὶ ἀδικίᾳ ἐτέρων, οὐκ ἔστιν ἀσκητής.

Ἵρον νηστείας μοναχοῦ, ἀποβίσις· πρὸ τελευταῖης
μὴ ἀπόσχῃ αὐτῆς.

Ἵρος εὐχῆς μοναχοῦ ἀόριστος· ἐν παντὶ γὰρ
καιρῷ εὐλογεῖν τὸν Θεὸν καλὸν ἔστιν.

Ἵνειδίξων μοναχοὺς ἀσκητής, παρὰ Θεῷ ἄτιμος,
καὶ παρὰ ἀνθρώποις βδελυκτός.

num sit lenitas : Super aquam quietis educaris
me ²⁰.

75. Cave durus videaris, monache; memento nul-
lum qui sit durus patientiam tenuisse.

76. Ne relicto Abele, superbo Caino adjungere ²¹,
ejusque partium socius efficiare.

77. Discito quantum bonum sit sensus modestia,
id est humilitas, eamque deligito; quippe quæ sub-
limem in cœlum ferat.

78. Bona tibi humilitatis merces, monache, pro-
posita est regnum cœlorum; cave ne ejus exper-
tem contingat fore.

79. Junior monachus castitate fulciatur, spreta
inani gloria: dilecta enim apud Deum novella plan-
B tatio, monachus castitate irriguus.

80. Jejunium, monachi frenum: qui projecerit,
equus cæstro libidinis furens inveniatur ²². Juvenis
enim freno carens, licenter nulloque modo indul-
get peccatis.

81. Monachus sanctorum pedes lavans ²³, cordi
suo nitorem addit, ac thesaurum in cœlis habebit.

82. Monachus nullo discretionis judicio peccato-
rum lavans pedes, benedictionem pereuntium in se
ipse irahit.

83. Lex fons vitæ, in manu monachi qui actionem
colit.

84. Noctem diem facit pervigil monachus, qu-
scilicet precibus assiduus sit.

85. Monachus cor suum pungens, lacrymas pro-
C fundit, cœlitusque misericordiam asciscit.

86. Divinus latex in ore monachi, psalmus con-
fessionis.

87. Arbor virens, monachus in terra affectibus li-
ber. Arbor vitæ in cœlis, monachus angelicam vi-
tæ rationem in terra amplexus.

88. Acutissimus adversus diabolum gladius, as-
sumpta Psalmorum modulatio in ore monachi.

89. Lignum aridum, agente Elisæo, imo ex gur-
gite ferrum extulit ²⁴; corpus jejunio arefactum,
agente monacho, animum e profundo extrahit.

90. Jejunium monachi libidinum rivos arefacit.
91. Gladius adversus libidines atque vitia, pervi-
gil monachi animus, precandi diligentia exacutus.

92. Olerum hospitalis cœna in charitate, pia
D monachi sedulitate, melior est quam adeps holo-
causti.

93. Xenia et dona seducunt sapientes ²⁵: qui hæc
accipit ut aliis injuriam faciat, virtutis palestra
non exercet, aut monachus existit.

94. Finis jejunii monachi, ipse vitæ exitus: cave
igitur ante mortem illo abstinueris.

95. Finis orationis monachi, nullum finem agno-
scit: bonum enim est omni tempore laudare Deum.

96. Exercitator (et qui solitudinis cultu privatus
agat) monachis exprobens, tum Deo spretus nul-
liusque illi frugis, tum hominibus execrabilis est.

²⁰ Psal. XIII, 2. ²¹ Gen. iv. ²² Jer. v, 8. ²³ I Tim. v, 10. ²⁴ IV Reg. vi, 5. ²⁵ Eccl. xx, 51.

97. Qui monachus in ira minime compos linguæ est, hic talis nec libidinum ac vitiorum compos futurus est.

98. Indulgens iræ monachus, animam occidit, propeque astantes acutissimis gravius convulnerat jaculis.

99. Væ monacho qui justificat seipsum in conspectu hominum! hic enim talis execrabilis apud Deum.

100. Segnis monachus sermones vanos meditabitur; fallaxque ejus fabulatio ac colloquium.

101. Ira præceps monachus, in tentationes incidet: qui autem lenis est, sedabit iram.

102. Qui confidit in corporis robore, ruinam dabit; qui autem confidit in Domino, salvus erit.

103. Qui proximum spernit ut peccatorem, deploratæ sortis monachus est: qui autem eum pluris se facit, exaltabitur.

104. Lenis monachus exaltabitur, et in conspectu magnatum laudabitur.

105. Ante tentationem, te ipse, monache, armis instrue, (eveniet enim) ut in tentatione probatus appareas.

106. Ne amplas opes obesamque carnem paraveris, monache; quæ enim arcta sit et angusta via²⁴, ambo hæc respuit.

107. Qui Pauli discipulus existas, dicito cum illo: *Omnia arbitratus sum ut stercola, ut Christum lucrificerem*²⁷.

108. Ignis ardeus in præcordiis monachi, libido quæ in crapula accensa sit.

109. Jugis fons Christus: inde bauriens, olentis factoris incendium exstingue.

110. Quas in manibus opes teneas, quamque crapula obesam carnem reddas, non admittentur intra cæli januas. Noli ergo, monache, fiduciam habere in divitiis obesæque carnis luxurie, ut liceat dicere: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*²⁸.

111. Segnis monachus a cogitationibus suffocabitur, haud secus ac triticum a spinis suffocatur²⁹.

112. Verbum pravum ne proferat monachus: non enim vitis profert spinas.

113. Dulcibus verbis proximo loquatur monachus: non enim mel amaritudinem habet.

114. Caveat monachus ne sit piger præstando justitiæ opera; apis enim semper operi sedula incumbit.

115. Jordanis fluentum expiandis peccatis, lacrymæ. Ait enim Christus: *Beati qui lugent, quoniam consolabuntur*³⁰.

116. Perflatur monachus cogitationum turbine; ipse vero angelicis verbis seipsum firmiter statuat.

117. Libera, monache, quanta facultas absque probro proximum a peccato: Deus enim non repellit eos qui convertuntur.

Ὁ μὴ κρατῶν γλώσσης αὐτοῦ μοναχὸς ἐν καιρῷ ὀργῆς, οὐδὲ παθῶν κρατήσει ὁ τοιοῦτος.

Ὁ ὀργιζόμενος μοναχὸς ἀναιρεῖ ψυχὴν, καὶ κατατιρώσκει βέλεσιν ἀξυτάτοις τοὺς ἔγγιστα αὐτοῦ.

Οὐαὶ μοναχῷ δικαιοῦντι ἑαυτὸν ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων· βδελυκτὸς ὁ τοιοῦτος παρὰ θεῶν.

Ὁ κνηρὸς μοναχὸς μελετήσει λόγους ματαίους, καὶ ἡ ὀμίλια αὐτοῦ ἀπατηλῆ.

Ὁ ξύς μοναχὸς ἐμπεσεῖται εἰς πειρασμούς· ὁ δὲ παρὰς καταπαύσει ὀργὴν.

Ὁ πεποιθὼς ἐπὶ δυνάμει σώματος, πεσεῖται· ὁ δὲ πεποιθὼς ἐπὶ Κυρίου, σωθήσεται.

Ὁ ἐξουθενῶν τὸν πλησίον ὡς ἀμαρτωλὸν, ταλαίπωρος μοναχὸς· ὁ δὲ προτιμῶν τὸν πλησίον, ὑψωθείσεται.

Παρὰς μοναχὸς ὑψωθείσεται, καὶ ἐν ἐφέσει δυναστῶν ἐπαινεθήσεται.

Πρὸ πειρασμοῦ καθόπλιζε σεαυτὸν, μοναχέ· συμβήσεται γάρ, ἵνα ἐν τῷ πειρασμῷ δόκιμος ἀναφανῆς.

Πλοῦτον καὶ πολυσαρκίαν μὴ κτήσῃ, μοναχέ· ἡ γὰρ στενὴ καὶ τεθλιμμένη ὁδὸς τὰ συναμφοτέτερα ἀπωθεῖται.

Παῦλον γενόμενος μαθητῆς, λέγε σὺν αὐτῷ· *Ἡγῆμαι πάντα σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω*.

Πῦρ καιόμενον ἐν τοῖς ἑκάτοισι τοῦ μοναχοῦ, ἦδον ἢ ἐν κραϊπάλῃ ἐναπτομένη.

Ἡγῆ ἁένναος ὁ Χριστός· ἐκ ταύτης ἀρῦόμενος, τὴν δυσώδη πυρκαϊὰν ἀπόσβεσον.

Πλοῦτος ἐν χερσὶ καταχόμενος, καὶ πολυσαρκία ἐν κραϊπάλῃ συνισταμένη, οὐκ εἰσοδεθήσεται εἰς πύλας οὐρανῶν. Πεποιθὼς σὺν ἑστω, μοναχέ, μὴ ἐν πλάσῳ καὶ πολυσαρκίᾳ, ἵνα δυνατὸς ᾖς τοῦ λέγειν, *Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλῆματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν*.

Ῥάθυμος μοναχὸς πληγήσεται ὑπὸ λογισμῶν, ὡς ὑπὸ ἀκανθῶν σίτος.

Ῥῆμα πονηρὸν μὴ προφερέτω μοναχός· ἀρπῆλος γὰρ ἀκανθηφόρος οὐ γίνεται.

Ῥῆμασι γλυκυτάτοις λαλεῖτω μοναχὸς τῷ πλησίον· μέλι γὰρ πικρίαν οὐκ ἔχει.

Ῥάθυμος μοναχὸς μὴ γινέσθω πρὸς τὰ τῆς δικαιοσύνης ἔργα· ἡ γὰρ μέλισσα διὰ παντὸς ἐργάζεται.

Ῥεῖθρον Ἰορδάνου καθάρσιον ἀμαρτημάτων δάκρυα. Χριστὸς γὰρ εἶπε· *Μακάριοι οἱ κλαίοντες, οἵτις ἑλεῖσονται*.

Ῥιπίζεται μοναχὸς ὑπὸ λαλιακος λογισμῶν· βήμασι δὲ ἀγγελικαῖς στηριζέτω ἑαυτὸν κραταιῶς.

Ῥῦσαι, μοναχέ, τὸν πλησίον ἀπὸ ἀμαρτίας χωρὶς ὀνειδισμοῦ, ὅση σοὶ δύναμις· θεὸς γὰρ τοὺς ἐπιστρέφοντας οὐκ ἀπωθεῖται.

²⁴ Matth. vii, 14. ²⁷ Philipp. iii, 8. ²⁸ Matth. vi, 12. ²⁹ Marc. iv, 7. ³⁰ Matth. v, 5.

Ῥῆμα κακίας καὶ πονηρίας μὴ ἀποκλείσῃς ἐν καρδίᾳ σου κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου, μοναχὲ, ἵνα δυνατὸς ᾖς τοῦ λέγειν· Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα, καὶ τὰ ἐξῆς.

Στέφανος μοναχοῦ, εἰρήνη καὶ ἀγιασμός· ὁ κεκτημένος αὐτὰ, βίβηται τὸν Κύριον.

Σωφροσύνη μοναχοῦ ἀνυψώσει κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν μέσῳ καλῶν δοξασθήσεται.

Σώφρων μοναχὸς ἐν ἐκκλησίαις τιμηθήσεται.

Σοφία μοναχοῦ μὴ ἐν κομπολογίᾳ γνωρίζεσθω, ἀλλ' ἐν εὐσεβείᾳ καὶ πραύτητι γινέσθω. Σοφὸς ἔσται ὁ τοιοῦτος, καὶ οἰκονόμος πλήθους ἀδελφῶν. Σοφὸς γὰρ ἀληθῶς ἔστιν, οὐχ ὁ τῷ λόγῳ διδάσκων, ἀλλ' ὁ τῷ ἔργῳ παιδεύων.

Συνετὸς μοναχὸς φάλαγγας δαιμόνων πυκτεύσας, ἄτρωτος διαμένει τῶν ἐκείθεν βολῶν.

Στηριζόμενος μοναχὸς τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ, τὴν κεφαλὴν συντρίβει τοῦ δράκοντος.

Στόμα μοναχοῦ ἀνοιγέσθω λόγῳ Θεοῦ· καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ διαπαντὸς μελετᾷ λόγια Θεοῦ ἀμετρωρίστως.

Τίμιον κτῆμα μοναχοῦ παρθενία φωτὶ ἐλεημοσύνης καταλάμπουσα· τοῦτο φυλάξας μοναχὸς, εἰσελεύσεται εἰς τὸν νυμφῶνα.

Τήρησον ἐντολὰς Ἰησοῦ, μοναχὲ, καὶ Πατέρων παραγγελίας φυλάξαι σπουδάσων, ἀσκητὰ· ταῦτα γὰρ ποιῶν, κληρονόμος βασιλείας οὐρανῶν ἀναδειχθήσῃ.

Τολμηρὸς μοναχὸς ἐμπειρεῖται εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου· τὸν δὲ πραύην καταλήψεται εἰρήνη, καὶ στέφανος ἀγαλλιάσεως.

Τρυφητὴς μοναχὸς ἐν ἀπάταις ἔσται καὶ ἐν φαντασίαις νυκτεριναῖς· τοῦ δὲ νηστεύοντος, ἀσπιλος ἡ κοίτη καὶ ἀφάνταστος ὕπνος.

Τῷ φοβουμένῳ τὸν Κύριον μοναχῷ οὐ συναντήσεται πρᾶγμα πονηρὸν· τὸν γὰρ τοιοῦτον φυλάξει ὁ Κύριος· καὶ ἐν ἡμέρᾳ τελευτῆς ἔξει ὁ τοιοῦτος ἰλασμόν.

Ἰποταγὴ μοναχοῦ οὐκ ἐν τῷ μεῖζονι γνωρίζεται, ἀλλ' ἐν τῷ ἐλαχίστῳ δοξάζεται.

Ἰπομονὴ μοναχοῦ οὐκ ἐν ἀσθενείᾳ μόνον γνωρίζεται, ἀλλ' ἐν τοῖς πειρασμοῖς δοκιμάζεται.

Ἰπομονὴ μοναχοῦ ἔργον τέλειον ἔχουσα, τὸ καλὸν τῆς ψυχῆς διασώζει κτῆμα.

Ἰπομονὴ ἐν ταῖς θλίψεσι παρὰ μοναχοῦ πιστῶς τελουμένη, ἐλπίδα ποιεῖται μὴ κατασχύνουσαν.

Ἰπομονὴ μοναχοῦ ἕως ἐσχάτου αὐτοῦ διασώζει αὐτόν· Ὁ γὰρ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.

Ἰμνολογία μοναχοῦ ἀκατάπαυστος ἔστω· τὰ γὰρ Σεραφίμ ἀκατάπαυστος δοξολογεῖ.

118. Verbum malitiæ et nequitiae ne clauseris in corde tuo adversus fratrem tuum, o monache, ut liceat dicere: *Dimitte nobis debita nostra*, etc.

119. Corona monachi, pax et sanctimonia; quæ qui nactus fuerit, videbit Dominum²¹.

120. Castitas monachi sublime tollet caput ejus, et in medio bonorum clarificabitur.

121. Castus monachus in conventibus honorabitur.

122. Sapientia monachi non in pompa verborum innoscat, sed in pietate ac lenitate existat. Hic talis sapiens erit, et qui fratrum cœtui ædificationem præstet. Sapiens enim est, non qui sermone docet, sed qui opere erudit ac officii admonet.

123. Prudens monachus ac intelligens, cum turbis dæmonum colluctatus, eorum illæsus jaculis perseverat.

124. Monachus qui nitatur Christi cruce, caput conteret draconis.

125. Os monachi aperiatur sermoni Dei; ejusque semper animus nihil vaga mente meditetur Dei eloquia.

126. Pretiosa possessio monachi virginitas elemosynæ luce collustrata: hac monachus servata in nuptialem thalamum ingreditur.

127. Serva Altissimi mandata, monache; ac qui virtutis palæstra exerces, cura ut serves Patrum documenta. Hæc enim si feceris, hæres regni cœlorum efficieris.

128. Audax monachus ac ferox incidet in tentationem et in laqueum diaboli; mansuetum autem excipient pax et corona exultationis.

129. Deliciis vivens monachus in illusionibus erit et in visis nocturnis; ejus vero qui jejunium colat, a sorde mundum cubile, somnusque nulla visa habens.

130. Monacho qui timeat Dominum, non occurret malum aliquod; hunc enim talem Dominus custodit, et in die mortis habebit propitiationem.

131. Monachi subjectio non in re magni noscitur, sed in minimo laudatur.

132. Patientia monachi non solum in infirmitate ostenditur, verum etiam in tentationibus probatur.

133. Patientia monachi opus perfectum habens²², præclaram animi dotem incolumem servat.

134. Patientia in adversitatibus a monacho fideliter observata, spem illi tribuit quæ non confundetur.

